AL-IDRISI, Muhammad b. Muhammad al-Sarif

Geographia nubiensis id est accuratissima totius orbis in septem climata divisi descriptio... -- Parisiis : [S.n.], 1620

[12], 278, [14], 54, [2] p., A4, B2, A-Z4, 2A-2N4 ; 4º

Pie de imp. tomado del colofón

1. Geografía 2. Geografía I. Título

R-5057 Ejemp. deteriorado, afectando a la mención de responsabilidad, al pie de imp. y a los prelim. -- Enc. piel deteriorada. -- Ex-libris: "Ex Bibliotheca D. Emmanuelis Vicentii à Murgutio"

# GEOGRAPHIA
# NVBIENSIS
## IDEST
# ACCVRATISSIMA
## TOTIVS ORBIS IN SEPTEM CLIMATA DIVISI DESCRIPTIO, CONTINENS

præſertim exactam vniuerſæ Aſiæ, & Africæ, rerumq; in illis hactenus incognitarum explicationem.

[illegible] EX ARABICO [illegible]

[illegible] s;
[illegible] Syriacarum & Arabicarum [illegible], in-
[illegible] ebus ſermonis [illegible] eo-
[illegible], Romæ typis Medic[illegible] tam, La-
[illegible] vtrumq; noſtro ore caderet, do-
[illegible] ti monitis, q[illegible]e mandata potius
[illegible] ſtimulis opus illud per-
[illegible] ſulcantibus, [illegible]ctiſſimi Scaligeri quem
[illegible]m; ex mari R[illegible] [illegible]otius illarum rerum addi-
[illegible] tarum leucaru[illegible] narrantibus nobis, ex
[illegible] am deſertæ [illegible] mus in deprehendera-
[illegible] m, quarum [illegible] diligentiam, vel cum
[illegible] a mea [illegible] operi admoue-
[illegible] tend[illegible] am nos [illegible]ANCISCVS
[illegible], & Pe[illegible] non pauca de-
[illegible] in Gallias, Legatio-
[illegible]

Ex Bibliotheca D. Emmanuelis Vincentii à Murgutio.

# ILLVSTRISSIMO VIRO
## D. DOMINO
# GVILLELMO DV VAIR
### EPISCOPO ET COMITI LEXOVIENSI,
*Regi Chriſtianiſſ. à ſacris Franciæ Sigillis.*

CVM nos è longinqua terrarum regione
aduenas, blando vt ſolebat cæteros omnes,
excepiſſ[illegible]t vultu, doctiſſimus ille & num-
quam ſatis laudatus IACOBVS THVANVS;
[illegible]biſcum familiaritate plerumq; vſus eſt, in-
cum [illegible]ebus ſermones hortabatur, vt Geo-
[illegible], Romæ typis Mediceis editam, La-
[illegible] vtrumq; noſtro ore caderet, do-
[illegible] monitis, q[illegible] mandata potius
[illegible] ſtimulis opus illud per-
[illegible]m, ex mari [illegible]tiſſimi Scaligeri quem
[illegible] potius illarum rerum addi-
[illegible] narrantibus nobis, ex
[illegible]mus. in deprehendera-
[illegible] ligentiam, vel cum
[illegible] operi admoue-
[illegible] & P[illegible] [illegible]NCISCVS
[illegible] non pauca de-
[illegible] allias, Legatio-

iuſſu Henrici Magni tranſuexerat, quos præ manibus ex ſua Bibliotheca Arabica Salomonis & Iobi atque adeò omnes Veteris Teſtamenti libros ab hinc trecentum annis Arabicè deſcriptos, habebamus, iámque primo ſtilo à nobis Latinè exarati, extremam autlituram aut manũ deſiderabant, ad vmbilicum perducendos decreuerat. Sed dum vtriq; ſatisfacere ſtudebamus, neutri facere ſatis videbamur, ideóque ſedula cura, huic ſolæ Geographiæ incumbentes, eam tandem multo cum ſudore, diligentia, & vigilijs Latinam factam, typis, totius Reipublicæ litterariæ beneficio, cõmittere ſuaſi, noſtrorum laborum fructus omnibus prægustandos exhibemus. Quis autem opus iſtud, quod à nobis tanti ac tales Viri ardentiſſimo deſiderio expoſtularunt, non ſit grato animo amplexurus? cùm illud præſertim, res ad hæc vſq; tempora nobis incognitas, ac ſupra illud omne qu[illegible] mirari ſolitum eſt mirabiles, contineat [illegible] turæ ſecreta tanta indagine ac dilig[illegible] nihil aut incuria omiſſum, aut ocu[illegible] luſtratum, relictum videatur. M[illegible] ijs omnibus qui longinquis pe[illegible] turæ prodigijs ac th[illegible] præcipuè, quibus hoc [illegible] tam arduum támque pe[illegible] laboribus ſuperare cc[illegible] animi contra res [illegible] Dux autlior adfu[illegible] rium, Orientis p[illegible] terras gens iſta [illegible] quæ maria non [illegible] ſcit, quam lingu[illegible] quæ belli, quæ [illegible]

tum non poſſidet, quid deniq; omnium rerum in Francorum manu, aut ſub eorum imperio olim non fuit, vel eorum arma etiam nunc non formidat?

De Europa vt nihil dicamus, quoniã illius quàm longa atq; larga eſt, vbique accolæ eſſe videntur Galli, ſiue milites, ſiue etiã ſtrenui Duces ac Principes, ſiue qui diſcendi cupiditate impulſi, quicquid in Hiſtoricis minus explanatum, aut tẽporum mutatione obſcurum, è locorum aſpectu certiorem doctrinam appetunt, quis neſcit Francos paſſim in Moſcouia, Vngaria, Tartaria, Sinarum regno, Moluccis inſulis, Iaua vtraq; reperiri, & per totam Aſiam tanquam inter ſuos penates, per Africam, Americam, Indias, & quicquid terrarum remotiſſimum eſt, verſari? Nimirum gens iſta, præ cæteris nationibus bonarum artium ſtudio dedita, & excultis inde moribus humano conſortio aptiſſima, eruditorum virorum
[illegible] tantopere delectatur, vt nouarum ac
[illegible]m addiſcendi deſiderio ardentiſſimè
[illegible]orum colloquio fructus vberrimos
experiatur. Neque enim vana eſt
eorum qui ſic peragrarint, in pa-
[illegible]at, vt quoties de re qua-
[illegible]ntentiam rogatus dixerit;
[illegible] alliciat, quod ex eius ore
[illegible]ho aſportata, credan-
[illegible]mus, Te, VIR ILLVSTRI-
[illegible] non intellexit aut vi-
[illegible]di nitore pari gloriæ
[illegible]am non modo actioni-
[illegible]ni ſcientiarum genere
[illegible]um eloquentiæ culmen
[illegible]amque benigno vultu eos

A iij

omnes excipias qui de ſummis negotijs tecum agũt, vel etiam illos qui in aliquod vitæ aut fortunarũ diſcrimen adducti, Regiam clementiam te adſtipuláte ſollicitant.

Tantam rectè in rebus omnibus animi moderationem licet inter cæteras naturæ dotes numerare poſſis, credimus tamen ſummopere auctam, quòd præcipuas Europæ vrbes ac regiones adieris, & eruditiſſimorum virorum colloquio ac familiaritate ſemper vſus, ipſos tanti feceris vt ſi vel graues Reipublicæ curæ quibus incũbis permitterent, licet te nullę lateant ſcientię, ſemper addiſcendarum nouarum aut mirabilium rerum cupiditate, cum illis optares eloquentiam tuam exercere. Nos verò, quoniam huius momenti non ſumus vt tuo abutentes otio, à ſedula te pro Rege ac Regno ſollicitudine audeamus reuocare, hanc Nubę Geographiam, tuo dicatam nomini, vices noſtras obituram ſupplices offerimus, vt quotieſcunq; animum oblec
notitia regionum longinquarum, iſt
mira diligentia eas deſcripſit, perc
quid volueris perquirere poſſis. I
thodo orbem totum, Aſiam pr
deſcripſit, vt quod ab ip
quum fecerit. Precipuè v
nullas vrbes, oppidula, ca
tes, puteos, hortos, di
linquit, vt vel ſaxis ipſi
datur. Inſuper de ip
vtriuſque temporis
mercio ac lutris, deq
marum, lapillorúmq; fo
ſit, vt cęteris ad ſua vſque
pręcipuiſſe credatur.

Mirabamur quidem inter meditandum vtriuſque Linguę commutationem, quo lepore res à ſe deſcriptas Nuba noſter condierat, quotque nubes, aut aliorum nugas perſpicacis ingenij ſui radijs fugarat; Sed vix ac ne vix quidem lachrymas compreſſimus, vbi ad eas peruenimus regiones, Terram Sanctam ac Syriam, quas olim ſceptro Gallico moderatas, Damietam à D. Ludouico obſeſſam & captam noueramus, támque rebus omnibus abundantes prouincias, repetitis votis LVDOVICO XIII. iterum parere optabamus. Hoc, ſi prępotenti Numini ita videretur, incolas ipſos efflagitare, Maronitas exoptare, Chriſtianos miſeros expoſtulare teſtes fuimus, ac niſi noſtra ſcelera obluctarentur, gloriam illam immortalem huiuſce nominis Regi Francorum debitam, pro ea qua erga ſacram ipſius Majeſtatem affecti ſumus mente, augurabamur. Tu igitur, ... R ILLVSTRISSIME, hoc munuſculum grato acci... ...ſtri erga te perpetui obſequij argumen... ...um, licet maximus fuerit, minimum ... quem libenter tuo iuſſu ſubiremus ... oſque interim, dum majora au... ...s fauere non aſpernatus.

...rum.

... GABRIEL SIONITA,
*...Arabicarum literarum Regius*
*...erpres*, &

... SRONITA, *earundem Regius*
*...ronitæ.*

# AD LECTOREM.

VERSIONIS huiuſce, candide Lector, pondus non leue, cùm grauium Virorum in nos auctoritas, tùm maximè noſtrum in Reipublicæ literariæ commoda ſtudium, ſuſcipere nos impulere; Nam licet Opus hoc tam ſcribæ inſcitia, quàm typographi incuria mendis conſperſum plurimis multò ante deprehendiſſemus, ac proinde fore vt magnum nobis faceſſeret negotium præuidiſſemus: vt ne tamen Amicorum ſuaſionibus, ac bono publico deeſſe videremur, labori nos accinximus, & Geogr
phiam iſtam varijs ijſque nouis atque præſta
bus refertam ex arcanis Arabicæ lingu
plicare propoſuimus. Nefas enim eſſe
rem hunc Arabem tam luculentum, ta
ſauboni verbis vtamur, ſanè
gus noſceretur, tot ſæculis ig
quam, cuius laudem eximiam
apud eruditiſſimos, nec vnquam
Perronium, Iacobum Th
fælicis memoriæ vi
Leidenſi A
que ſemper
præfati dignitatem maxim
pleno ſæpius non prædicauit, a
Præterea videbatur nobis iniq

mentum certiſsimum, quod & Viros literatos ex eiuſdem Authoris pleniſsima circa regiones orientales narratione, & Arabicæ linguæ ſtudioſos ex eius elegantiſſimo ſermone Arabico percepturos eſſe noſcebamus.

Igitur hæc orbis deſcriptio, quam Arabs iſte veterũ more Geographorum in Climata ſeptem diuiſit, continet præcipuè exactam totius Aſiæ Aphricæque, regionũ ſcilicet Europæis hucuſque non ſatis cognitarum explicationem. Verùm de partibus Europæ vtpote Arabi ignotis (Hiſpaniam ſi demas, quam ipſe, quoniam perluſtrauerat, vt innuit pag. 148. non minore quàm modernus quiſq; præſtare queat diligentia deſcribit) breuem idem Author tractatum contexit. In diſtantijs locorum aſſignandis quandoq; maius, quandoq; minus iuſto ſpatium præfigit; ſed nil mirum, cùm & alios Geographos longinquis atq; peregrinis de regionibus agẽtes eandẽ culpam commiſiſſe videamus. Imò in multis tempori potius rerum edaci quàm Authoris vitio talis error tribuendus eſt; tempus enim, vt affirmat

errores computatione menſuræ ſæpius parit,
iarum modo, alibi itinerum auctis, & di-
uere maria tam longo æuo, alibi proceſſe-
uminum, aut correxere flexus. Hanc
culpa vel temporum iniuria
omina locorum propria inter-
m, cunctis lectioni neceſſarijs omnino
ſcribæ prius, dein typographi ne-
aliquot ex prædictis nomini-
e maluimus, ne in re
GABRIEL ius, beneuole
Arabicarum li a quidem reſt-
arum rerum ſtudia, quibus
ijs nos auocant. Tuum eſt in eo-
difficultates nos effugerunt, ac-
cere. Certè quod ad orientales

*plagas attinet, nomina ni fallimur omnia regionum in ijs contentarum Diuini Numinis, atque aliorum librorum Arabicorum adminiculo ſatis fœliciter enucleauimus: regionum autem Europæarum appellationes non ita ſedulò curauimus, quippe quarum notitiam faciliùs aliunde conſequi valeas.*

*Illud autem non te effugiat, nempe Geographum iſtum in diſtantijs locorum exprimendis vti varijs menſuræ generibus, ac præſertim duobus (reliqua enim ſunt ſe ipſis nota) Statione ſcilicet, & Curſu. Hoc, qui curſum nauis diurnum, ſeu nauigationem diei, hoc eſt ſpatium centum millium paſſuum explet, maritimum iter metitur: illo, nempe ſtatione, terreſtrem partitur viam. Quoniam tamen ſtationis vocabulum menſuram certam nequaquam denotat, ſed domicilia quædam in quæ propter habitationum infrequentiam viatori neceſſariò diuertendum: inde fit vt ſtationum, quæ aliter dietæ vocari poſſent, aliæ alijs longiores ſint, aliæ breuiores. Et verò quæ iuſtæ ſunt xxv. mil. paſſuum, quæ grandes pluribus, paucioribus quæ l… ues terminantur.*

*Cautum præterea te volumus, Lect… rabes voce Peninſulæ: quocirca ne fera… men inſulæ (quod tamen rarò euentu… lis aptatum repereris.*

*Atque bis de operis huiuſc… ſentaneum eſt vt de ipſius Aut… paucis etiam diſſeramus. Is ergo ſ… ginalis imperfectio nobis obſta… plaria, cùm ſcilicet num… in lucem prodirent, ſcripſit G… quadringentos ſeptuaginta. I… gnante, diſertis ait verbis G… matis IV. ſuum ſe librū condidi… anno Dom. 1151. Intelligi aute… uſq; Siciliæ Regem, non Roger…*

*ꝟt vult Caſaubonus, apertè patet ex eodem Authore Arabe, qui* ij. *parte climatis* iij. *declarat eum eſſe Rogerium, qui Tripolim Barbarorum, & Inſulam Carconam expugnauit; Scriptum verò legimus apud Chronicos Tripolim, inſulam Melitam, aliaſque regiones à Rogerio Primo victas & captas. Deinde cùm Ciuitas Hieroſolymorum capta ſit à Chriſtianis anno Dom.* 1099. *& cuſtodita vſque ad annum* 1187. *quo Salaadinus eam denuò ſub Moſlemanorum poteſtate redegit: cumque Geopraphus noſter* v. *P[illegible] climatis* iij. *aſſerat editum à ſe hoc opus quo tempore Hieroſoly[illegible]at ſub ditione Chriſtianorum, quì fieri poteſt vt intelligat Roger[illegible] quem ſcimus adoleſcentem obijſſe, & quidem Tancredo parr[illegible]ente obijſſe anno Dom.* 1194? *Itaque pro certa temporum co[illegible]ientia, dicendum eſt Geographiam hanc ſcriptam fuiſſe ſub Rog[illegible]rimo, atque ita ante annos circiter quadringentos ſeptuaginta.*

*Quod autem a[illegible]dem religionem attinet, etſi Caſaubonus in [illegible], quas habuit in [illegible]lam B. Greg. Nyſſeni ad Euſtathiam, [illegible] cum [illegible]one Mahomedanum: pace tamen tanti [illegible]iſtianus, vt ſatis declarant permulta [illegible]ſtum Redemptorem vocat Domi[illegible] [illegible]ellat Dominã Mariam eius geni[illegible]* وثما دار بها الانبيا مصوس ونن *[illegible] eſt.* Eam verò (*nempè teſtu*[illegible] [illegible] per gyrum pi[illegible] [illegible] Chriſti, ac Dominæ Mariæ [illegible] *ns de agro Peregrinorum* [illegible] *cat abſolutè Dominum* [illegible] *eſt*, Eſtque (*videlicet ager* [illegible] ad id, *vt ſcilicet in ea Pere*[illegible] *formulas nunquam memini me* [illegible] *qui titulum dominationis nulli* [illegible] *tribuunt, & nihilominus eum* [illegible] *At cùm de Chriſto Domino*

*mentionem faciunt, aiunt,* عيسى عليه السلام *Ideſt,* Iſa, ſiue Ieſus, cui pax. *Verùm quoniam Author hic noſter librum non modò Chriſtianis, ſed etiam Turcis communem eſſe cupiebat, profeſſionem ſuam ex induſtria noluit aperire; Vnde varijs in locis cum Sancti alicuius meminit, non vtitur voce Arabica, ſed Italica (non enim erat linguæ Italicæ ignarus, vt ex multis conijcimus) literis Arabicis expreſſa, vt ſenſus illius Arabes lateret. Ita V. part climatis* iij. الوادى المسمى الاردن كنيسة عظيمة على اسم شنت يوحنا *Hoc eſt,* Et ad amnem, qui vocatur Iordanis, eccleſia ... a- gna cernitur nomini ſant, *ideſt ſancti,* Ioannis ſa... *dem- que alibi ſæpiùs.*

*Denique prædicti Viri patriam conijcere neq... aliunde, niſi ex initio* IV. *partis climatis* j. *vbi de Nili N... fluuiorum ortu diſſerens habet hæc verba* الذى يشق ارضنا *Ideſt,* Nilus Æ- gypti, qui ſecat patriam noſtram, *ex... loco, vt ad rem no- ſtram facit, ſanè ſubambiguo Caſau... pinatur Aegypti... iuſtæ ſunt fuiſſe hunc Arabem, nos tamen præſ... is primùm diligen... plur bu... ibus au... ponderatis, ex ijs deprehendimus aliqu... Auth... ferentiam inter Aegyptum, ac terr... mus, Lect... de topographia Nubiæ, quam G... circa ne fera noctialem protendi, & eiuſdem ... rarò euentu... Aegyptum ipſam irrigari doc... ter affirmamus fuiſſe illum patr... huiuſ... noſtram hanc opinionem hiſce a... us Aut... rationibus Erpenius ſupr... em. Is ergo tio vt pondus non exiguu... nobis obſ... a tis ex eius ſent... ia noſ... cet nun... ſtudioſe Lector, cur Geograp... ipſit G... ſem. Tu interim, quoquo modo ... nta. I... bis opus ſanè perutile ne aſp... bis G... VALE.* ... condid... ... gi aute... ... Roger...

# LIBER RELAXATIONIS ANIMI CVRIOSI,

## IN QVO DESCRIBVNTVR PLAGÆ, Te[illegible]ni, Prouinciæ, Inſulæ, Vrbes, Regioneſque.

In no[illegible]e Dei miſericordis, miſeratoris, in quo auxilium.

*La[illegible]o Domino creaturarum.*

LEGE[illegible] mihi librum, qui Curioſi animi [illegible]ibitur, & eius ſenſum, mentemq; [illegible]rriſit valdè methodus ipſius. Sed [illegible] multa ſunt ſuperflua ſæpeque re[illegible]limatum deſcriptione nonnulla [illegible] adiunguntur: idcircò ſelegi ex [illegible]debantur, quæq; ad Portus, & [illegible]iudicaui. Quapropter po[illegible]um & ſolum eſſe fateor, qui [illegible]otector eſt, auxiliũ expoſco. *Præfatiuncula Au[illegible]oris.*

*[illegible]æ vocatur Geographia.*

[illegible]opinionibus erud[illegible]orum vi[illegible] Philoſophorum antiquo[illegible] globi inſtar: & aquam [illegible]tem; aquam verò aëre vnde[illegible] eſſe aliquid contiguum

cœlo Lunæ, ob motum & quietem ſeſe contingentium: Illud autem eſt ignis ambiens aërem, cuius craſſities pedetentim fit minor vſque ad vtrumque polum, ob tarditatem motus partium vtrique adiacentium. Et quidem tam terra, quàm aqua, aër, & ignis ſunt in concauo cœli Lunæ: & creaturæ omnes ſuperficiem terræ occupant: & aër attrahit quod in earum corporibus leue eſt, terraque ſimiliter quod in earumdem creaturarum corporibus graue eſt allicit veluti magnes qui ferrum ad ſe trahit.

Terra autem diuiditur duas in partes linea Æqui...ctiali, ab Oriente ad Occidentem: atque hæc linea e... longitudo terræ, eſtque maxima linearum omnium quæ ſunt in Sphæra: quemadmodum Zodiacus in cœlo linea omnium maxima. Et circumferentia cœli in l... vbi eſt linea Æquinoctialis, eſt trecentorum ſexagin... graduum; gradus autem eſt viginti quinque leucarum, ...ca verò duodecim millium cubitorum: cubitus autem ...inti quatuor digitorum: digitus autem ſex granorum ...dei compoſitorum ...ſeſeque in ventre tangentium. Ita... ...rcuitus terræ eſt c... tum milliũ milliũ, & triginta du... ...illium cubit... leucarum verò vndecim millium ... ...onem I... rum. Hermes tamen menſus eſt ... parti conſtituit centum milliaria, ... tentiam, terræ ambitus ſit trig... leucarum autem duodecim mi... Æquinoctialem & quemlib... ginta graduum. Ambitus ... paris eſt menſuræ; veruntа... lem non ſunt habitationes in... quartum gradum: rel... qui... laque in eo reperitur habi... & gelu: ſed creaturæ omne... te; nam ... quoque m... lineam Æquinoctialem, eſt d... mo æſtu, & tranſitu ſolis prop... vnde fit vt aquæ plagæ huiu... tur animalia, neque germina... enim eſſe poſſunt animalia & ge...

... Aegyptiſtæ ſunt ... ſum diligentius ... Arab...

humores. Terra prætereà eſt per ſe Sphærica, verùm nō habet perfectam rotūditatem: quia ſunt in illa decliuitates, ſuntq; accliuitates: & aqua fluit in ipſa ab accliui ad decliue.

Mare [a] Ambiens ambit mediā partē terræ ambitu cōtinenti quaſi zona, adeò vt media tātùm pars terræ appareat, ac ſi eſſet, verbi cauſſa, ouum immerſum in aquā cratere contētam; nā eodē modo dimidia pars terræ eſt obruta mari; mare verò ambitur aëre, & aër expellit illam, aut attrahit, vti prædiximus.

*a i. Oceanus.*

Hanc autē plagam terræ habitatam diuiſerunt ſapientes in Climata ſeptē, quorū vnumquodq; procedit ab Occidente ad Orientem iuxtà lineam Æquinoctialē. Nō ſunt tamē iſta Climata lineæ reales, ſed intellectuales, Aſtrologica ſcientia excogitatæ. Et in ſingulis climatibus reperiuntur plures vrbes, arces, pagi, atque populi inter ſe diſſimiles: & in quolibet climate ſunt montes excelſi, & planities amplæ, fontes, fluuiiq; currentes, & ſtagna conſiſtentia, fodinæ, germina, & animalia diuerſa, quæ ferè omnia Diuino auxilio, atque robore, inferiùs memorabimus. Diſtinguntur prædicta ſeptem climata [illegible]ribus ſeptem, quæ Sinus appellantur, quorum ſex ſunt con[illegible]a, vnum diſcretum, quod nulli parti prædictorum ma[illegible]n iugitur.[b] Vnum ex his maribus, quę alluunt terrā habita[illegible], eſt mare Si[illegible] Indiæ, & Sindæ, & [c] Iaman; incipit autem [illegible]m gradibus ſuprà lineam Æquino[illegible]ur ad Occidentem. Atque in pri[illegible], tum Sindam, poſtremò Iaman [illegible]uenitq; vſque ad [d] Bab-Alman[illegible]gitudo. Tota autem longitu[illegible] ( vti accepimus à peritis via[illegible] ſulcantibus, & ab ijs, qui vela faciunt [illegible]m, ex mari Rubro ad Vacuac ) eſt qua[illegible]tarum leucarum. Suntque in hoc mari [illegible]am deſertæ trecentæ circiter, & infrà [illegible]m, quarum notitiam habere potui[illegible] confirmat.

[illegible] Viride, eſtq; ſinus Perſiæ, & [illegible]idie ad Aquilonē, declinat tamē [illegible] ad latus Occidētale Sindæ, [illegible] peruenitq; vſque ad Obol- lam

*b Eſt hoc mare quod dicitur Indicum & Arabicum ex quo emergit Sinus Perſicus.*

*c Iaman eſt Arabia fœlix.*

*d i. oſtium Luctus. hodiè Babelmandel.*

*e Karamania.*

Iam prope Abadan,ibique terminatur; inde refleċtuntur aquæ eius ad Meridiem,tranſitque per regiones [a] Albahrain, & terram Iamámæ, extẽditurq; ad Oman, & terram Seger de regionibus Iaman, atque illic iungitur mari Sin. Longitudo verò maris huiuſce eſt quadringentarum quadraginta leucarum: & in ipſo ſunt duo montes Ouair, & Koſair. Profunditas eius eſt à ſeptuaginta vlnis ad octoginta. Suntque in illo Inſulę tàm habitatæ, quàm deſertæ nouem, de quibus infrà, Deo fauente, mentionem faciemus.

*a i. duorũ marium.*

Ab hoc etiã mari Sin deriuatur mare Rubrũ,habetque principiũ ſuũ à Bab-Almãdab, vbi videlicet terminatur mare Indicũ, progrediturque per plagã Septentrionalem, aliquãto cum flexu ad Occidẽtem: attingit enim latus Occidentale Iaman, tranſitque per regiones Tehamæ,& [b] Hagiaz vſq; ad Madian, Ailan,& Faran,donec perueniat ad vrbẽ [c] Calzem à qua ſumit denominationem. Tùm reuertũtur eius aquæ ad Meridiẽ,tenduntq; ad latus Orientale regionis Sayd, ad [d] Giun-almalec: inde pergit ad Aidhab, ad Inſulã Sauaken, ad regionẽ Zalegh prouinciæ Bagiat, peruenitq; ad Æthiopiam, iungiturq; mari Indico. Longitudo eius maris eſt mille quadringẽtorũ milliarium; & maior pars profundi huius maris eſt vadoſa, n[...] fragium nauibus inferens: quare nemo ill[...] audet ſulcar[...] præter peritiſſimos nautas, qui vada [...] vias atque canales bene callent. [...] cim Inſulę,de quibus ſedulò infrà [...]

*b Arabia.*
*c Mare Rubrũ vocatur Arabicè Alcalzem.*
*d i. Sinũ regis.*

Secundum mare magnum [...] tur mare Damaſcenum [...] nebroſo, quod eſt ad plag[...] initium ſuum in climate quarto, & [...] vici, quoniam ibi latitudo eius eſt de[...] rium. Tendit autem Orientem verſũ [...] barorum, & partem Aquilonarem [...] nec ven[...]at ad Occidens medium [...] tingat, vſque ad flumen [...] Marachiæ, ad terram Alex[...] terræ Deſerti, & terræ Pale[...] ueniat extremitas ei⁹ ad [e] S[...] ctitur ad Occidentem, p[...]

*e Nigro eſt Soldinum.*

ſtantinopolitanum, ad Inſulam Peloponneſi, ad [a] Otrantũ (ibique habet originem ſuam mare Venetorum) & ad maria Siciliæ, ad regiones Romæ, ad terram Sauonæ, & Narbonæ, tranſitque propè montes Pyrenæos, & tendit ad partem orientalem Andaluziæ, ad mediam ſcilicet ipſius partem, quæ reſpicit Auſtrum, & terminatur ad duas [b] inſulas, vnde principium ſumpſerat. Longitudo huius maris Damaſceni ab initio ipſius vſque ad terminos, eſt mille centum triginta ſex leucarum; continẽtur autẽ in illo inſulæ ferè centum, numerando tàm paruas, quàm magnas, tàm cultas, quàm incultas, quas ſuo loco referemus, Deo iuuante.

[a] *Plinio, Hydruntũ.*

[b] *Gades.*

Ab hoc mari Damaſceno egrediũtur duo ſinus; Vnus Venetorũ, qui incipit ab orientali latere Calabriæ de terra Romanorũ propè vrbẽ Otranti, tenditque ad Septentrionẽ cum aliquantulo flexu ad Occidentẽ, & trãſit per terrã Bari ad maritima S. Angeli: tùm progrediẽs in Occidentẽ attingit regionem Anconæ quouſque perueniat ad oras maritimas Venetorum; & terminantur fines eius ad Aquileiam: indeque reuertuntur littora eius Orientem verſus ad regiones Croatiæ, & Dalmatiæ, & Macedoniæ, donec iungatur mari Damaſceno, vnde cœperat. Longitudo huius maris ab initio ad extremum [illegible] ac centum milliariorum; continetque in-[illegible]um ſex ſunt habitatæ, reliquæ deſertæ,

[illegible] ditur è mari Damaſceno, appella-[illegible] maris Damaſceni parte, in qua eſt [illegible] do faucium ipſius eſt quantum [illegible] anſitque per Arban, & attingit Conſtã-[illegible] uã latitudo ipſius eſt quatuor milliũ paſ-[illegible] do procedens ſpatio ſexaginta milliariorũ, [illegible] õtũ, ibiq; latitudo oris illius eſt ſex milliũ [illegible] ont⁹ procurrẽs in partẽ orientalẽ attingit [illegible] terrã Heracliæ, & protenditur vſque ad [illegible] pezondæ, ad terram Aſca-[illegible] minantur extremitates huius [illegible] it Chozaræi. Indè vertitur litus [illegible] que regionibus Ruſſiæ, & regio-[illegible] nis Daiabres, extenditurque ad

 oſtium

oſtium fluminis Danubii, donec perueniat ad anguſtum os maris Conſtantinopolitani; & Conſtantinopolim alluens tendit ad regiones Macedoniæ ab oriente, donec redeat ad locum, vndè cœperat. Longitudo autem Ponti ab anguſtis faucibus vſque ad eum locum vbi deſinit, eſt mille trecentorum milliarium. Suntq; in illo ſex inſulæ, quarum, glorioſo Deo iuuante, ſuo loco meminerimus.

Mare autem Giorgian, & Dailem eſt ab omnibus prædictis maribus omninò ſeparatum, & ingrediuntur in illud amnes permulti, finteſque continuo manantes. Iungitur huic mari ex parte occidentali regio Adherbigian & Dailem: ex parte verò meridionali regio Tabarcſtan: ex parte orientali terra Azaz: ex parte ſeptentrionali terra Chozar. Longitudo eius ex parte Chozar vſq; ad [a] Ain-alhamm eſt mille milliarium; latitudo verò ipſius à latere Giorgian vſque ad oſtium Ethel, ſexcentorum quinquaginta. Suntque in ipſo quatuor inſulæ, de quibus infrà. Ad ſingula autem ex prędictis maribus iacent variæ regiones, atq; populi, quos poſtea ſingillatìm referemus, fauer e Deo glorioſiſſimo. In his etiam maribus reperiuntur piſces, & animantia diuerſarum ſpecierum, aliaque mira, de quibus ſu[illegible] loco, glorioſiſſimo Deo auxilium præſtante.

[a] i. fontē mœroris.

# DE CLIMA[illegible]

## *PRIMA PARS CLI*[illegible]

INCIPIT Clima iſtud e[illegible] mari occidentali, quod[illegible] brarum*, eſtque illud, vltra[illegible] ratur. Suntque ibi in ipſo [illegible] vocatæ, è quibus cæpit P[illegible] gitudinem, & latitudinem[illegible] dictis inſulis cerni ſtatuam [illegible] quamque ſtatuam eſſe long[illegible] per quamlibet ſtatuam ha[illegible] innuens. Hæ ſtatuę ſunt

Idolum Cades, quæ eſt ad occidentalem partem Andaluziȩ: & nemo nouit vllam eſſe habitationem vltra illas.

Extant in hac propoſita climatis parte vrbes Vlil, & Salla, Tocrur, Dau, Beriſſa, & Mura; omneſq; hȩ regiones ſunt de terra Meczaræ Nigrorum: Inſula verò [a] Vlil in mari ſita eſt non longè à litore: & in ipſa eſt celebris illa Salina, prȩter quam nulla alia, quod ſciatur, extat Salina in tota Nigrorum regione, ſed ex ipſa diſpenſatur ſal in omnes eorum regiones. Nàm cymbȩ ad hanc inſulam venientes ſale ſeſe onerant, indeque vela faciunt ad oſtium Nili, quod diſtat à prȩdicta inſula nauigatione vnius diei: per Nilum deindè perluſtrant Salla, Tocrur, Beriſſa, Ghana, reliquaſque regiones Vancarȩ,& Caughæ, vniuerſamque regionē Nigrorum, qui vt plurimùm non niſi ad ipſummet Nilum, aut ad flumen influens in Nilum degunt; Reliqua terrȩ ſpatia Nilo vtrinque adiacentia, ſunt ſolitudines deſertæ & penitùs incultæ, in quibus inueniuntur quidem Aquationes: ſed non reperitur in illis aqua, niſi ad duas dies, ad quatuor, quinque, ſex, atque duodecim; cuiuſmodi eſt aditus Beneſer, quȩ eſt in itinere quod ducit à Segelmaſſa ad Ghana, vbi ad dies quatuordecim nulla reperitur aqua; Quapropter [b] Commeatus ad hos aditu[illegible] ſeundos aquam ſecum deferunt in vaſis, [illegible]amelorum; Atque huic aditui mul[illegible]um regionibus, quarum terra, vt [illegible]uia ventis agitatur, & hùc atque [illegible]aquȩ inueniri poſſit. Eȩdem iſtȩ [illegible]oxiȩ, & idcircò incolȩ huius [illegible]u[illegible]liquarum partium tertij Cli[illegible]ris, & Solis ardore, ſunt nigri co[illegible]ntra id quod accidit incolis ſexti & [illegible] inſula Vlil ad vrbem Sella ſunt ſexde[illegible]em ea vrbs ſita ad ripam Nili ſepten[illegible]oſa & ad ipſam confluunt Nigri: [illegible]ciues ſunt fortes ac ma[illegible]egis Tocrur, qui eſt rex po[illegible]lites, necnon fortitudinem [illegible]ignotam, regionem tutam, [illegible]cus autem ſedis eius, & regio, in

[a] *Eſt hæc inſula fortaſſis illarum vna quæ olim heſperides dictæ, nunc inſulæ capitis viridis, diſtantes 150. leucis fere ab oſtio nigri fluuij, qui hìc eſt nilus.*

[b] *vulgò Carauannæ.*

in qua ipſe moratur, eſt vrbs Tocrur, quę ad Auſtralem Nili partem ſita eſt, & diſtat à Salla biduò, tàm per Nilum, quàm itinere terreſtri. Vrbs iſta Tocrur eſt maior vrbe Salla, & mercibus affluentior: & remotiores Occidentis incolæ deferunt ad eã conchilia, & æs, extrahuntq; ex ipſa aurũ & tibiarũ armillas. Cibus autẽ habitatorum Sallę & Tocrur eſt [a] dhora, & piſces, atque lacticinia: pleraque ipſorum armenta ſunt cameli & capræ; veſtitus plebeorum eſt ex vellere, & capita ſua tegunt pileis laneis; veſtitus verò nobilium, indumenta goſſipina cum pallio. A prædictis vrbibus Salla & Tocrur ad Segelmaſſa eſt iter quadraginta dierum ſecundùm inceſſum carauannæ. Propinquior huic locus ex regionibus [b] Lamtunę ſolitudinis eſt Azca, diſtant autẽ ab inuicem ſpatio viginti quinque ſtationum; & viatores deferunt ſecum aquam ad duas, quatuor, quinque, & ſex dies. Eodem modo, ab inſula Vlil ad Vrbem Segelmaſſa ſunt quadraginta ferè ſtationes inceſſu carauãnæ. Ab vrbe Tocrur ad vrbem Beriſſa Nilo adiacentem ab Oriente, eſt interuallum duodecim ſtationum. Vrbs Beriſſa eſt parua, nec muris cin[illegible], ſed vel oppidum populoſum: ciues tamen ipſius ſunt mercato[illegible] quoquouorſum proficiſcentes, ſuntq; ſubditi domino To[illegible] rur. Ex parte auſtrali vrbis Beriſſæ iacet ter[illegible] diſtant- que ab inuicem ſpatio decẽ ferè die[illegible] la, Tocrur, & Ghanæ inuadunt t[illegible] uos ducentes eius habitatores, [illegible] tes, diuendunt illos mercatori[illegible] mercatores deindè ducunt [illegible]

In tota verò terra Laml[illegible] paruæ quaſi pagi; quarum vna [illegible] diſtant ab inuicẽ itinere quatuor di[illegible] gentes illarum partium) ſunt Iudæi, [illegible] rique infidelitatis atque ignorantiæ [illegible] habitatorum omnium regionis La[illegible] vſum rationis, nota inu[illegible] bent enim hoc ſibi in ſign[illegible] uerſum dominium ipſoru[illegible] Nilum influens. Trans ter[illegible] tationem reperiri vllam ignc[illegible]

[a] Genus millij ordinario maioris.

[b] Lemptunæ

lem ex parte occidentali cum terra Meczaræ: ex orientali, cum terra Vancaræ: ex aquilonari, cum terra Ghanæ: ex meridionali, cum terra deſerta; & populi illius vtuntur lingua diuerſa ab idiomatibus gentium Meczaræ, & Ghanæ. Inter Beriſſam ſuperiùs memoratam, & Ghanam, ad orientem, eſt iter duodecim dierum: iacetque illa in media via, quæ ducit ad vrbem Salla, & Tocrur. Similiter ab vrbe Beriſſa ad Audegheſt habetur interuallum duodecim ſtationum: eſt autem Audegheſt ad ſeptentrionale latus Beriſſę.

In partibus Nigrorum nullæ cernuntur fruges recentes, præter dactylos, qui à gente Vareclan ſolitudinis eò deferuntur è regionibus Segelmaſſæ, aut regionibus Zab. Terram iſtam Nilus alluit ab oriente ad occidentem, ibique ad ripas ipſius naſcuntur arundines Indicæ, arbores ebeni, atque buxi, ſalicum, & tamariſci, arborumque ſimilium ſyluæ latiſſimæ, in quibus cubant, & habitant armenta eorum, & ad quarum vmbras ipſi recipiunt ſeſe in ardenti calore, æſtuque vehementiore. In his ſyluis reperiuntur leones, camelopardale, cerui, [a] debuth, lepores, [b] muſtelæ albæ, atq; hiſtrices. In Nilo quoque ſunt varia piſcium tàm paruæ,
[illegible]m magnæ molis genera, quibus veſcuntur plerique Ni-
[illegible]rum [illegible] eadem [illegible] piſces, qui quidem pinguedine, ac
[illegible] Ab [illegible] quoque præſtant, ſale condiunt, ac repo-
[illegible]gha ad vrbem Kuçu [illegible]m regionum ſunt arcus, & ſa-
[illegible]s, camelorum inceſſu. [illegible]cipuè impetus illorum; Vtun-
[illegible] ad Nigros, & magni [illegible] ſcientia, & miro artificio
[illegible], quod effluere [illegible] & ſagittas, nec non arcuum
[illegible]e præbet [illegible] ſciarac. Huius eiuſdem
[illegible] vrbem Ku luto, [illegible] abibus latis, longæ enim
[illegible] Eorum ornatus eſt aurical-
[illegible] atq; [c] onyces ficti. Prædicta
[illegible] potum, veſtitum, & ornatum
[illegible] præcipuam Nigrorum partem
[illegible] regio magno calore atq;
[illegible] in vrbibus, ſerunt cæpas,
[illegible] in magnitudinem creſ-
[illegible]nta eſt apud eoſdem frumenti, neq;
[illegible] Lc[illegible]anta dhora, è qua vinum



[a] *Vide Leonem Afric. lib. 9. pag. 382. verbo Debuth. Debuth eſt bellua nocturna, cadauerum, quæ etiam exhumat, auida.*

[b] *Species animalis è cuius pelle cõficiuntur pretioſiſſimi atque pulcherrimi rhenones.*

[c] *Vox Arabica eſt* Mogzear, *id eſt Horrenda; eſtq; ſpecies quadam orbiculorum permiſta materiei, nigro alboq; colore diſtinctorum, oculi uè figuram referentium;*

*Vocatur autē eo nomine, quòd is, qui illa in* eliciunt ad bibendum. Pretioſiores, lautioreſque carnes, quibus veſcuntur, ſunt piſces, & carnes camelorum ſiccæ.

*puluerem redacta comedit marore, & ſomnijs horribilibus vexetur.*

---

# SECVNDA PARS
## Climatis Primi.

VRBES, quæ in hac ſecunda primi Climatis parte continentur, ſunt Malel, & Ghana, Tirca, Maráſa, Sacmára. Ghanára, Reghebil, & Semegda. Ab vrbe Malel ad magnam vrbem Ghana ſunt duodecim circiter ſtationes, per loca arenoſa, & planities aridas. Ghana autem ſunt duæ vrbes ad duo litora maris dulcis appoſitæ, eſtq; inter omnes Nigrorū regiones maxima, populóſiſſima, & mercibus opulētiſſima; & ad ipsā cōferunt ſeſe mercatores diuites non modò ex omnibus locis finitimis, verùm etiam ex omnibus partibus Occidentis vlterioris. Eius incolæ ſunt Moſlemanni, & rex ipſius (vti fertur) originem trahit à Saleh Abdalla filij Haſan, filii Hoſain, filij Aali ... Talel... que rex abſolutus, quamuis ob... diſtant... Moſlemannorū Abbaſæo. Ha... Nili fortiſſimæ munitiſſimæq; ... picturis, atque feneſtris vitreis ... prędictū palatium anno ... Eius regnum atque dom... ſuperiùs memoratæ, auri ... leberrimæ. Quare ex certa ... remotioris exploratum habet... teren... ex auro integrum, ... tum inſtrumentis, ſed di... tum, ponderis triginta ... & regio throno adapta ... gulariſſima nulli alij præterquàm ... culiarem præ omnibus Nigrorum ... conciliat. Eſt autem rex iſt...

*a Auunculus Mohamedis.*

iuſtiſſimus; & ex moribus, quos ſeruat in agendo cum hominibus, & iuſtitia in illos exercenda, vnus eſt, habere illum duces aliquot, qui quolibet mane equis ædes eius adeunt. Horum autem ducum quilibet tympanum geſtans, ad caput ſuum allidit, nec ſilet donec ad palatij portam deueniat: cumque duces omnes apud illum conuenerint, equum ipſe conſcendit, eoſque præcedens luſtrat plateas vrbis, & ſuburbia. Tunc ſi quis fuerit oppreſſus, aut moleſtia aliqua vexatus, offert ſe Regi, neque recedit à pręſentia illius donec ſua cauſſa decidatur. His peractis ſuum in palatium reuertitur, & duces omnes abſcedunt. Horis pomeridianis, cùm ſolis ardor quieuerit, equum denuò conſcendit, & egreditur ſeptus vndequaq; militibus ſuis: tunc nemini patet ad illum aditus neque acceſſus. Bis igitur ſingulis diebus certa, & ſtatuta conſuetudine equitat. Atque hoc de eius iuſtitia notum eſt. Veſtitus eius eſt ſindonis ſericę, qua ſe pręcingit: aut [a] Borda, qua ſe amicit: geſtat fœmoralia, & ſandalia coriacea in pedibus ſuis: equos conſcendit. Ornamenta habet pulcherrima, & apparatum perfectum, quem diebus feſtis ſuis ante ſe portari iubet. habet prętereà ſigna plu- [illegible] vno vexillo. Pręcedunt illum elephantes, camelo- [illegible] animantium genera, quę in partibus Ni- [illegible] quòd denique populi habent in Nilo [illegible] ad vrbem Kuçu [illegible]ibus exercent expiſcationem, [illegible] camelorum inceſſu [illegible]que vrbem. Indumenta verò [illegible] ad Nigros, [illegible] tegendis verendis, vel pallia, [illegible], quod effluens [illegible] Terra autem Ghanę iungitur à la[illegible] præbet ciuibus regionibus Meczaræ, ab orienta[illegible] vrbem Kucu ſita, [illegible] ſeptentrionali cum deſerto [illegible] flum [illegible] Barbarorum terras interiecto, [illegible] Infidelium, habitatorum ſci-

[illegible] limites terræ Vancaræ eſt iter [illegible] celeberrima eſt in præ[illegible] eadem eſt inſula longitu[illegible] tum & quinquaginta la[illegible] icéſque [illegible] que circundat toto anni [illegible] equos [illegible] ſe Auguſto, & ęſtu graueſ-

a Pallium nigrũ quadratum, quo ſe Arabes inuoluunt.

 cen-

cente, Niloque inundante, inſula iſta vel certè maior pars illius aquis obruitur, manetque ſepulta aquis quamdiu Nilus terram inundare conſueuit. At cùm aquæ decreuerint, & Nilus in alueum ſe ſuum colligere cœperit, omnes, qui ſunt in regione Nigrorũ degentes in inſulis illis, redeũt in locum ſuum, & toto ſpatio dierum quibus decreſcit Nilus, terram leuiter effodiunt, & nullus eorum opera ſua fruſtratur, ſed quilibet, pro dono Dei, multum, vel parum auri inuenit effodiendo. Poſtquàm autem Nilus ad priſtinos ſeſe limites omninò receperit, vendũt quod repererũt, atque inter ſeſe mercantur; & quidem maior pars eius auri emitur à mercatoribus Vareclan, & à remotioribus occidentalibus, & ſuas in regiones illud ferentes, percutiunt, & cudunt in nummos, iiſque mercantur; atque id quidem quotannis.

Ex vrbibus autem terræ Vancáræ eſt vrbs Tirca magna, & frequens populo, diſtatque à Ghana ſpatio ſex dierum, via curſum Nili comitante. A Tirca ad vrbem Maráſa habetur iter ſex dierum. Et ab hac ad regiones Secmáræ ſex ſunt ſtationes. Ab vrbe Secmara ad vrbem Semagda eſt iter octo dierum. Vrbs iſta pulchra eſt, atque elegans [illegible] dulcis litus ſita: diſtatque ab vrbe Reghebil à Saleh [illegible] bus. Ab vrbe item Secmára ad præ[illegible] mercato[illegible] Meridiem versùs, eſt iter ſex [illegible]diti domino T[illegible] quoque ad litus maris dulcis, [illegible] diſtant [illegible] menſuræ, ſita ſub monte, qui i[illegible] dionali. Inter vrbem Reghebil, [illegible] bem Ghanára ineſt interuallum [illegible] autem Vrbs Ghanara ad ripa[illegible] lo, & frequenti robuſtoque p[illegible] be ad vrbem Ghana eſt iter v[illegible] rara eſt aqua. Omnes iſtæ reg[illegible] ſunt ſub ditione Domini G[illegible]

# TERTIA PARS
## *Clima..s Tertij.*

CIVITATES celebriores, quæ in hac tertia primi Climatis parte continentur, ſunt ciuitas Kaugha, & Kucu, Tamalma, Zaghára, Mathan, Angími, Nuábia, & Tágua. Porrò vrbs Kaugha eſt ad litus ſeptentrionale maris dulcis, è quo eius incolę aquas hauriunt ad bibendum. Subiacet hęc vrbs dominio Vancáræ: nonnulli tamē Nigrorum aſcribunt illam dominio Kanem. Cæterùm eſt vrbs populoſa, abſque mœnibus, mercatura, negotijs, & artibus incolarum vſui neceſſarijs nobilis. Mulieres huiuſce vrbis magicis præſtigiis ita ſunt præditæ, vt ipſis magia peculiari modo tribuatur: dicuntur enim eſſe in hac arte peritiſſimæ, cel.berrimæ, & ſummè efficaces. A Kaugha ad Semegon..m, occidentem versùs, intercedit ſpatium decem die.. Item à Kaugha ad Ghana eſt iter ferè menſis cum di.. Ab eadem Kaugha ad Damocla, menſis interuallum ..etur. Ab eadem quoquè ad Sabia, ferè menſis. Rursùs ..gha ad vrbem Kuçu ſu.t viginti ſtationes, Aquilonem ..s, camelorum inceſſu. Vrbs autem Kucu eſt celeberri.. ad Nigros, & magnitudine præſtans, ſita ad ripam .., quod effluens è parte ſeptentrionali, eam alluit, ..e præbet ciuibus illius. & licet ferant complures ..rbem Kucu ſitam eſſe ad ripam [a] fluminis, alij ..è flum.. influens in Nilum: verior ta..um labi donec tranſeat Kucu ..indere ſe in ſolitudinem per ..atque fluuius Eufrates in ..ur.

..olutus, à nemine depen..um plenum, & dominium ma..ceſque namenta, atque apparatus ..equos, camelos conſcendunt, ſunt-

a i. Nili.

que infenſi, ac noxij gentibus ſibi conterminis. Quod ad veſtitum huius regionis attinet, plebei pellibus tegunt pudenda, mercatores verò induunt ſe tunicis, & veſtibus, geſtantque pileos in capite, & auro ſe ornant. Proceres autem, & nobiliores amiciuntur ſindone, adeunt mercatores, & verſantur cum iis, dantque illis merces per modum mutui. Naſcitur hac in terra lignum, quod ſerpentinum nuncupatur, eiuſque proprietas eſt, vt ſi apponatur latibulo ſerpentis, ſtatim egrediatur ſerpens ad illud. Item, qui tenet huiuſmodi lignum, quotquot voluerit ſerpentes manu capiet abſque vllo timore, quin potiùs in iis captandis, fortitudinem in ſe quandam ſentire ſibi videbitur. Huius tamen rei veritas apud remotiores occidentis populos, & Vareclanitas eſt nũquam ſerpentes accedere ad eum, qui lignum hoc manu tenuerit, aut collo geſtauerit: atque id quidem notiſſimum eſt. Hoc lignum ſimile eſt Pyrethro, contortum, ſed nigri coloris.

Vrbs Kucu diſtat ab vrbe Ghana itinere menſis cum dimidio, ab vrbe verò Tamalma, Orientem versùs, ſtationibus quatuordecim. Vrbs iſta parua eſt, de terra Kouar, frequens populo, ſine mœnib⁹. A Tamalma ad vrbẽ Mathan, de te[illegible] Kanem, duodecim ſunt ſtationes: Hæc etiam parua [illegible] artium vſualium in ea exercetur nulla, merces perp[illegible] poſſident autem eius incolæ camelos, & capras. Ab [illegible] Mathan iſta ad vrbem Angimi habetur iter octo dierum [illegible] hæc quoque pertinet ad terram Kanem, eſtque admod[illegible] parua, ciuibus non multis, atque his quidem abiecti ani[illegible] culta: ſunt autem confines Nubæ ex parte orientali, & [illegible] duò diſtant à Nilo, Meridiem versùs, & bibunt [illegible] teorum. Ab eadem Angimi ad vrbem [illegible] dierum; Zaghára autem mult[illegible] frequentes: & circa eam de[illegible] Zagharitarum, qui ciuium c[illegible] parui momenti mercatu[illegible] apud illos. Iſti ſimiliter [illegible] duntque dhora, & carn[illegible] ces myrrhatos, atque lacti[illegible] contegunt ſe pellibus conc[illegible]

velociſſimi curſu. Ab vrbe Zaghára ad Mathan eſt ſpatium octo ſtationum, & in Mathan commoratur Imperator, ac Princeps illius, cuius milites vtplurimùm nudi ſunt, ſagittarii. Ab hac vrbe Mathan ad vrbē Tagua tredecim habentur ſtationes: & hæc Metropolis eſt regionis Taguitarum infidelium, nullam religionem colentium. Horum regio confinis eſt terræ Nubæ, & ad ipſos pértinet Somna ciuitas parua. Ferunt autem nonnulli, qui peragrarunt vrbes Kouar, Dominum Ialac, qui principatum ſuum habet à Rege Nubæ, abiiſſe in vrbem Somna, eamque combuſſiſſe, & funditùs euertiſſe, ac varias in partes diſperſiſſe ciues illius, & modò ipſam eſſe dirutam. Ab vrbe Tagua ad hanc eandem ſex ſunt ſtationes. Et ab vrbe Tagua ad vrbem Nuabiam, è qua nomen habet Nuba regio, & ex hac Nubitæ, ſtationes decem & octo.

## *QVARTA PARS*
### *Climatis Primi.*

[illegible]N hac quarta primi Climatis parte continetur Regio Nubarum, pars Æthiopiæ, & reliqua meridionalis Taguitarum, & pars regio-[illegible]t interioris. Celebriores loci, & vr-[illegible]olitanæ in regionibus Nubarum [illegible]ancala, Ialac, & Sula. In terra verò Nagiágha. In terra denique Vahat Ægypti, vrbs Aſuan, & An-

[illegible]ır ſeparatio duorum Nilorum, [illegible]cat terram noſtram fluens à [illegible] ad vtrumque litus ſitæ ſunt [illegible]liæ in inſulis ipſius. Alte-[illegible]os Occidentis termi-[illegible]um plu[illegible]nt omnes, aut certè ple-[illegible]iceſque, or[illegible] [illegible] equos, & [illegible] è monte Lunę, qui eſt vltrà lineam

lineam Æquinoctialem ſexdecim gradibus. Nam Nilus originem in hoc monte habet è decem fontibus, quorum quinque confluunt ad ingentem lacum, reliqui ex eodem monte labentes concurrunt pariter in alterum magnum lacum. Tum ab vnoquoque horum lacuum egrediuntur tria flumina, quæ tandem in vnum concurrentia, efficiunt maximum lacum, ſecùs quem eſt ciuitas Tumi nuncupata, eſtque vrbs populoſa, & in ea ſeritur oriza. Ad ripam huiuſce lacus eſt etiam ſimulacrum quoddam manibus ad pectus leuatis, & fertur eſſe Maſnah, in quem actum ita fuit, quòd homo ſceleſtus eſſet. In prædicto lacu reperiuntur piſces habentes capita volucrum ſimilia cum roſtris, aliaque reptilia monſtruoſa. Lacus prædictus eſt ſuper lineam æquinoctialem conſtitutus, tangens illam. Infimam partem huiuſce lacus, in quem flumina confluere prædiximus, mons occupat ſecans maiorem ipſius partem: & extra lacum ſeſe protendens in partem ſeptentrionalem cum aliquanto flexu ad Occidentem, trahit ſecum vnum Nili brachium, quod pergit in plagas occidentales; Atque iſte eſt Nilus terræ Nigrorum, eique adiacent omnes ferè ipſorum regiones. Ad orientale eiuſdem mòntis latus [illegible] rum Nili brachium, & in Septentrionem ten[illegible] ram Nubarum, & regiones terræ Ægypti [illegible] Ægypti diuiditur in quatuor partes, [illegible] in mare Damaſcenum, quarta in [illegible] ximus eſt Alexandriæ, diſt[illegible] rium. Is autem lacus non eſt mari [illegible] uenit ex eluuie Nili, non tamen [illegible] timis; Verùm de his ſpecia[illegible] Deo Potentiſſimo, & Glori[illegible] Lunæ, videlicet ab eo ſpatio, [illegible] & lacus, fluens (Nilus) per S[illegible] maximum, conficit iter de[illegible] quæ inter duos paruos [illegible] Occidentem, eſt ſex [illegible]

Tres extant præterea [illegible] ad ortum protenſi, quorum [illegible] appellatur à Preſbyteris Æ[illegible]

dus huic vicinus, à Septentrione, vocatur ab ipſis Mons auri quòd in eo reperiantur aurifodinæ. Tertius mons huic ſecundo proximus vnà cum terra, quàm occupat, vocatur terra ſerpentum: ferunt enim incolæ terræ illius eſſe ibi ſerpentes maximos, qui ſolo aſpectu interficiunt. Extant etiã in eodem monte ſcorpiones magni vt aues, nigri coloris, illicò necantes.

De regionibus Nubæ ſuperiùs memoratis eſt vrbs Cuſa interior, diſtatque ab vrbe Nuabia itinere ſex dierum: non longè diſſita eſt à Nilo, iacetque ſuprà lineam æquinoctialem. De terra quoque Nubæ eſt ciuitas Ghalua ſecùs ripã Nili, infrà vrbem Dancala ad iter quinque dierum per eundem Nilum, ſita: atque ita incolæ Ghaluæ proficiſcuntur in terrã Ægypti. Inter Ghalua verò & Ialac interuenit ſpatium decem dierum itinere terreſtri: ſed per Nilum deſcendendo, breuior via. Longitudo autem regionis Nubæ ſecundùm litus Nili, eſt duorum menſium, & ampliùs. Similiter incolæ Ghaluæ, & Dancalæ cymbis Nilum ſulcantes deſcendunt ab vrbe Nuabia ad vrbem Ialac, quæ iacet inter
) eiuſdem Nili brachia. Porrò nauiculæ Nigrorum, vbi
ac proceſſerunt vſque ad montem Gianádel, cùm ne-
riùs progredi ad terram Ægypti, redire cogun-
eius impedimenti eſt, quoniam Deus, cuius
creauit eum montem, & ſtatuit partẽ,
Nigrorum, adæquatam, alterã, quæ
uptam: & Nilus magno, atque hor-
cipitem deorſum inter ſaxoſas, &
Nubarum, aliorumque Ni-
ocum appulerunt, præterire
m illud fatale: ſed mercatores
orum dorſa merces ſuas con-
faciunt ad vrbem Aſuan, quæ
iſtat ſpatio duodecim fe-
uan prædicta licet ſit è
n inter ſe prelia exercent.
nauiculæ non aſcẽ-
bem Aſuan tantùm, quæ eſt
ciuitas parua, populoſa ta-

men,& frumento,atque omnibus leguminum generibus, frugibus, ac oleribus plurima: abundat bouinis, ouinis, caprinis, aliiſque carnibus miræ ſuauitatis, & pinguedinis, quæ cunctis diebus vili pretio emuntur: ſunt prætereà in illa merces plurimæ, quæ inde ad regiones Nubæ transferuntur. In eius limites irruunt aliquandò equi Nigrorum, qui vocantur Albanin, & dicuntur eſſe Græci, religionemque Chriſtianam profiteri à diebus Coptitarum, ante exortam Moſlemannorum ſectam; verùm deficiunt à fide Chriſtianorũ, ſunt enim Iacobitæ. Hi vagantur per eas partes, quæ ſunt inter terram Bogæ, & terram Æthyopiæ, & perueniunt vſque ad regiones Nubæ. Sunt autem perpetuò vagi, nec vnquam eodem conſiſtunt in loco, non ſecùs ac gens Lamtunæ ſolitudinis in remotioribus occidentis partibus.

Ab orientali parte Aſuan nullam habent Moſlemanni regionem conterminam, præter montem Ollacqi, cuius ad radices extat vallis arida, inaquoſa; at ſi quis fodiat in monte, proximas inuenit aquarum venas copioſè erumpente[illegible] Præfato in monte extát auri, argentique fodinæ, ad q[illegible] concurrunt varij foſſores.

Non procul ab vrbe Aſuan ad latus Nili meridi[illegible]
etiam mons alius, cuius in radicibus extat fo[illegible]
in deſerto ab ædificijs remoto. Nec re[illegible]
rum orbe ſmaragdus aliundè quàm [illegible]
nè foſſoribus perfrequens eſt: ex [illegible]
hitur poſteà in partes vniuerſas. [illegible]
morata, quæ eſt in terra B[illegible]
decim dierum itinere medio[illegible]
nem. Aſuan deinde habet a[illegible]
Aluahat, quæ modò deſerta e[illegible]
poribus habitata, & fontib[illegible]
tempora cernuntur in il[illegible]
oppidorum deſtruct[illegible]
quis pariter ex ea egredi[illegible]
præhendit in terris illis [illegible]
rum veſtigia. Memorat a[illegible]
noſtra tempeſtate pecudes ca[illegible]

tæ naturam homines fugiunt, & à venatoribus capiuntur vt reliquæ belluæ.

Maior pars Aluahat protenditur inferiùs vnà cum terra Ægypti, & in illa cernuntur quædam ædificiorum reliquiæ, de quibus infrà, opitulante Deo. Prætereà ab vrbe Ialac eſt iter triginta ſtationum ad vrbem Marcata paruam quidem & ſine mœnibus, multis tamen inſtructam ciuibus, qui hordeo veſcuntur, & piſcibus, atque lacticinijs, quibus abundant: Ad hanc ingrediũtur mercatores ab vrbe Zalegh, quæ eſt ſecùs mare Rubrum.

---

## *QVINTA PARS*
### *Climatis primi.*

CONtinet hæc pars quinta primi Climatis maiorem partem terræ[a] Habaſciæ, multaſque regiones ipſius. Maxima autem inter eius vrbes eſt Genbita, quæ quidem populoſa eſt, ſed in ſolitudine, ab habitationibus remota: eius vil[illegible]e campi adiacent flumini, quod Habaſciam ſecans [illegible] terra[a] habetque ad ripas eius vrbes Marcata &[b], [illegible] [illegible]ius fluminis eſt vltrà lineam æquino-
[illegible]num Vaha [illegible]ibus terræ habitatæ, ex parte Meri-
bes Metrop[illegible] [illegible]ccidentem, & Septentrionem do-
ſunt Cuſa, Ghalua, D[illegible] [illegible]æ, vbi exonerat ſeſe in brachium
Æthiopiæ, Marcata, & [illegible] [illegible]alluit, vti ſupradiximus. Eſt
[illegible]teriori[illegible], & ſuperiore parte [illegible]s, copioſus aquis, tardo flu-
ca[illegible]a, & Redini. [illegible] Æthyopum.

In hac eadem [illegible] [illegible]cantes hoc flumen, aſſerentes
videlicet Nili Æ[illegible] [illegible] ſibi perſuadentes, quòd elu-
Meridie in Aquilo[illegible] [illegible]tum [illegible] [illegible] [illegible]crementum, eodem huic
Mo[illegible] vrbes Æg[illegible] ſcilicet [illegible] At quamuis prædi-
Præt[illegible]Nili fluit [illegible]u camel[illegible] [illegible]hendant eõdem mo-
[illegible], [illegible] ſecùs i[illegible] [illegible]bæ, creb[illegible] [illegible] [illegible]iſtinguentes hunc à
[illegible] Nigrit[illegible] [illegible]um. D[illegible] [illegible]em, videlicet fluuium hunc
Hi duo [illegible] [illegible]us flu[illegible] [illegible] ea, quæ traduntur in libris hac

a Æthyopiæ.

b i Habaſcia.

de reſcriptis, quæque memorantur de proprietatibus huiuſce fluminis, fluxu, atque ingreſſu in Nilum propè vrbem Ialac. Memorat hæc Ptolemeus Peluſius in ſuo libro, qui de Geographia inſcribitur: & Haſan filius Almondher in libro mirabilium, vbi agit de fluminibus, deque origine & influxu illorum.

Inter vrbes Habaſciæ maritimas eſt vrbs Zalegh, & Mancóna, Ecqent, & Bacte, vſque ad contermina ædificia oppidorum Bárbaræ. Prędictarum vrbium incolæ veſcuntur piſcibus, quos capiunt: & lacticiniis, atque leguminibus, quę deferunt ex oppidis ſuis ad prædicti fluminis ripam ſitis.

Ciuitas autem Nagiágha parua eſt, ſecùs flumen locata: eius incolæ agriculturæ vacant, ſerunt Dhora & hordeum, annonam ſibi ex his parant, ijſdemque veſcuntur. Inter hanc, & vrbem Márcata ſuperiùs commemoratam intercedit ſpatium ſex dierum, ſecundo flumine: aduerſa verò vnda, plús decẽ, prò ratione virium. Horum cymbę paruę ſunt, nàm lignorum penuria laborant. Citrà duas vrbes iſtas, ad plagam meridionalem, nulla reperitur habitatio, nec quidquam notatu dignum. Vrbs autem Na[illegible]agha diſtat ab vrbe Genbíta ſtationibus octo, eademque diſtantia eſt inter Márcata, & Genbíta. Porrò Genb[illegible], vt ſuprà r[illegible]tulimus, eſt in terra deſerta, & eius [illegible] bibunt aquas puteorum.

Ciuitas Zalegh ſita eſt ad litus [illegible] Salſi, quod iungitur mari Rubro; & totum huiuſce maris profundum ita plenum eſt breuiis vſque ad [a] [illegible]gb-almandab, vt naues magnæ nequeant illud ſulcare, & [illegible] a[illegible]ſdò audeant paruę cymb[illegible] illud aggredi, ventis abrept[illegible] [illegible]fragium patiantur. A Zalegh ad oras maritimas Iaman[illegible]res ſunt curſus iuſtæ menſurę. Zalegh autẽ exiguis li[illegible]udatur limitibus, celebris tamen eſt incolarum fre[illegible]a, & magno concurſu [illegible]gantium: nàm plerique [illegible] [illegible]aris [b] Calzem accedunt ad ipſam varijs onuſta[illegible] argẽ[illegible]uas diuendunt in Æthiopiæ regionibus, [illegible] [illegible]ntum reportantes.

Ab hac vrbe ad vrbem Ma[illegible] [illegible]betur iter pedeſtre quinque dierum, maritimum [illegible]e[illegible] [illegible] Iacet e[illegible] [illegible]gione

[a] idest oſtiū funeſtum.

[b] i. Rubri maris.

gione huius vrbis in deſerto, regio quędam Calgiun vocata, diſtantqueabinuicem ſpatio duodecim ſtationum, per ſolitudinem. Mancóna ab Ecqent quatriduò diſtat itinere terreſtri: eſt autem hæc ſita propè litus ex parte meridionali, & ad illam confluunt parua nauigia non admodum onuſta: quoniam totum mare iſtud, qua parte reſpicit terram Habaſcię, plenum eſt breuiis, & vadis nauigationem prohibentibus, vt ſuprà diximus. Vrbs Ecqent parua eſt, nec admodùm populoſa, imò magna ex parte diruta. Ab hac ad Bacte eſt iter quinque dierum. Et ab eadem ad octo dierum ſpatium reperitur vrbs Batta Barbaræ contermina oppidis, quorum primum, nec quidem longè ab illa, eſt Gua.

## SEXTA PARS
### *Climatis primi.*

SExta hæc primi climatis pars comprehendit in auſtrali parte vrbem Carcóna, & Marca, atque Nogia: & tres iſtæ regiones ſunt de terra Barbarę, & ad ha[illegible] terminatur dominium ipſius: iacent aut[illegible] ſecùs mare Iaman. Vſitatior cibus degentium in oppidis Barbarę, ſunt carnes teſtudinum marinarum.

A Gua ad Carcóna habetur ſpatium duarum dierum itinere maritimo: atque huic mag[illegible]us impendet mons in meridionalem partem protenſus. [illegible] Carcóna ad Terma tridui eſt interuallum, itin[illegible] it[illegible]aritimo: & ab hac inchoatur mons Chacuni, qu[illegible] mo[illegible] habet ſeptem erumpentia capita & extenditur ſub aqua[illegible] mare milliaribus quadraginta [illegible]tuor. Propè montis [illegible] capita extant regiones quędam paruæ quaſi pagi, [illegible] vocantur a Alhaueiat. Ab hoc monte Chacúni ad Ma[illegible] [illegible]oras comitante, eſt interuallum trium bre[illegible] [illegible], via verò terreſtri ſeptem dierum ſpatium. Duabus ſtationibus à Marca eſt flumen coden[illegible] qu[illegible] fluxu decurrens, ſecùs quod ſe-

a *ideſt Præcipitium.*

 minatur

minatur millium. A Marca ad regionem Nogia ſecùs mare collocatam dies eſt cum dimidia, itinere maritimo, terreſtri autem quatriduum; Nogia verò eſt vltima Bárbaræ terra. Et ab eadem Nogia ad vrbem Carnua paruam & ſecùs mare ſitam, habetur iter octo dierum. Ab hac ad Bezóna oppidum magnum, & populoſum, ſex dierum eſt iter. Huius, & prędictæ regionis incolę comedunt ranas, ſerpentes, & alia id genus nauſeoſa, quorum ab eſu natura abhorret humana. Huic terrę iungitur etiã regio Zengitarum. Item Carnua, & Bezóna duæ vrbes, quarum incolæ ſunt infideles, iunguntur regionibus Zengitarum propè litus maris Salſi. Regiones omnes memoratæ proſpectant à ſeptentrione terram Iaman, è qua ſeparantur ſinu maris, cuius eſt ibi latitudo ſexcentorum milliarium, alibi maior, aut minor, prout eiuſdem maris oræ vel per deſerta panduntur vel promontoriis reſtringuntur.

Comprehendit etiam hæc pars ex iis, quę continentur in hoc mari, quatuor Inſulas, quarum duæ ſunt ad plagam Orientalem, in [a] Giun-alhaſciſc, & vna vocatur Chartan, altera Martan, de quibus infrà ſuo loco, prçelſo Deo iuuante: Tertia eſt inſula Socotra, è qua nominatio[nem] ſumit Aloë, diſtans à litore duobus curſibus, ... diſtan... do: quam reſpicit de terra Iaman vrbs Berba... ſuprà ... de quibus etiam infrà ſuo loco, Deo dant... ibunt aquas quæ de ipſis ſunt memoratu di... Cámbela, eſtque ad plagam ...us maris Salſi, quod iungitur deſerta quidem illa, ſed ... ce maris profundum ita ple- tes ſpatioſi, prærupti, ... b-almandab, vt naues magnæ rapacium genera: eſt e... endò audeant paruę cymb... mare. Ad hanc inſulam ... orfragium patiantur. A Za- cipiunt qui ab itinere ... biles ſunt curſus iuſtæ men- rubri, vel Habaſciæ ... udatur limitibus, celebris timis oris Iaman ... a, & magno concurſu ... i-

Ab eadem ... ... maris [b] Calzem accedunt ad curſuum. M... arge... uas diuendunt in Æthio- & altior pars ... ntum reportantes. ptentrionem cum ... betur iter pedeſtre gitudo eſt duodecim ferè ... Iacet e... e- gione



[a] Id eſt ſinu herbarum.

parte reſpicit terram Habaſciæ, plenum eſt cùm breuiis, tùm inſulis crebris vſque ad Zalegh, ad Ecqent, ad Bacte, ita vt mare iſtud nequeat ab hac parte vllo modo ſulcari. Narrat autem auctor libri Mirabilium nullam propè montem hunc nauim tranſire ferreis compactam clauis, quin ab illo attrahatur, ac tali ratione detineatur, vt liberari minimè valeat. Porrò mons prædictus Mandab extēditur per oras maritimas Iaman, vt diximus: nec poſſunt vlla ratione naues maris Rubri aſcendentes ad Iaman eundo, aut reuertendo illàc præterire: quoniam mare eo in loco adeò perſtringitur, vt percipiat quis amicum ſuum ab altera parte continentis Iaman. Extat in tergo huius montis antrum, in quod ſiquis ingrediatur: nunquā regreditur: aut enim à feris deuoratur, aut certè in foueas cadit. Id verò nōnulli cùm animaduertiſsēt, tranſtulerūt ſe illò, & antrum lapidibus ac cæmento obſtruxerunt; quarè nemo hoc tēpore illud adit.

Inſula verò Sócotra eſt ampla limitibus, menſura præſtans, nitida tellure, ferax arborum, & pleraque ipſius germina ſunt arbores Aloës. Atque hæc aloë ſuperat bonitate [illegible]quas omnes, vt illam, quæ colligitur in Hadhramut de [illegible]man, in Seger, & alibi. Ea inſula, vt diximus, iungi[illegible] ſeptentrionali, quàm occidentali parte cum [illegible]a; imò numeratur inter regiones eiuſdem [illegible]tior cibus degentium in [illegible]tinet; Reſpondet autem illi ex [illegible]dinum marinarum [illegible]um vrbs Melinda, & Món[illegible] A Gua ad [illegible] verò [illegible]abetur [illegible]ſulæ Sócotræ ſunt Chri[illegible]uere maritimo: atque huic mag[illegible]o cùm Alexander victo[illegible]dionalem partem protenſus [illegible], & claſſis eius inſulas [illegible]eſt interuallum, itine[illegible] em [illegible]in Regem interfeciſſet [illegible]tur mons Chacuni, qui mo[illegible] mandauerat ei, vt quæ[illegible]pita, & extenditur ſub aqua [illegible]der ſemper id habuit ta [illegible] Propè montis habe[illegible] [illegible]datum) poſt captas qu[illegible] quæ quaſi pagi [illegible] que [illegible] Indiæ, reuerſus hoc [illegible] Chacuni ad M[illegible] [illegible] is quoque deui[illegible]eſt i[illegible]allum trium bre[illegible] [illegible]qua telluris præ[illegible]ſeptem dierum ſpatium. [illegible]prou[illegible]s, ſcripſit ea de re ad flumen eodem qu[illegible] fluxu o ad Ariſtotelem delato, [illegible] vt expulſis eius inſulæ habitatori-

bitatoribus, Græcos pro eis ſubſtitueret, iiſque curam cõmitteret arboris Aloës tuendæ, fouendæque, cùm propter plurimas, & præſtantiſſimas eius vtilitates, tùm quia non ſunt perfecta medicamina abſque ipſa: tùm etiam ob vtilitatem, quam adfert omnibus gentibus, quæ illam ſumunt, & mercantur: tùm demùm quia eſt ſua natura medicamen optimum, & vtiliſſimum. Præſtitit id Alexander, & omnibus eius incolis expulſis ſuffecit in illam gentem Græcam, cui mandauit cuſtodiam, curam, & plantationem arboris Aloës. Folia huiuſce arboris leguntur menſe Iulio, tùm ſuccus ex ijs elicitur, & in ollis æneis, aut aliis vaſis concoquitur, deindè in vtribus reponitur, ac demùm menſe Auguſto ſoli exponitur exſiccandus.

*a i. Herba ſinu.* Inſulæ verò Chartan, & Martan prędictæ ſunt in [a] Giun-Alhaſciſc, eregione terræ Seger, in qua naſcitur thus. Et vtraque harum inſularum eſt habitata: degit enim in ipſis natio quædam Arabum, qui diuerſis, & antiquis vtuntur linguis, Arabibus hac noſtra tempeſtate ignotis. Aduenit ſæpiùs ad illos Ambarum optimum, quod emunt à mercatoribus illùc nauigantibus. Extrahuntur ex his inſulis conchæ teſtudinum, & Zailaan genus etiam concha[illegible] . & dorſa teſtudinum, ex quibus conficiunt ſibi paropſides ad lauandum, & pinſendum.

De regionibus autem Iaman [b]
Mechlaf-Alherda; Caſtellum
namque Caſtellum vocat
eſt Caſtellum paruum
carnibus, lacticiniis
tam. Ab hoc ad Caſte
tiones itinere terre
tores; eſtque
bid quinquagin
eſt ingens, & ei
fluunt mercatores p
*b i. Ægypti.* [b] Metſr, aſcenden
que deferunt ad eam
ria aromatum ſpecies &
tẽ ſita propè paruũ flum

millibus paſſ. per viam, quæ ducit ad terram Iaman; nam à Zabid ad Gilan habetur ſpatium XXXVI. milliarium: A Gilan ad Alhan, XLII. ab Alhan ad Alorf, XXX. ab Alorf demùm ad Sanaa, XXIV. Omnia prædicta loca ſunt pagi, atque caſtella non admodum magna, ſed tamen populoſa, in quæ diuertunt mercatores, viatoreſque, & commeatum indè ſibi comparant. Vrbs autem Sanaa eſt opibus referta, ædificiis frequens, & in tota terra Iaman vetuſtiſſima, latiſſima, & populoſiſſima; eſtque ſita in principio primi climatis, cœli temperie, & telluris fœcunditate celebris, caloris enim atque frigoris perpetuo lætatur temperamento. Ab hac vrbe ad Dhamar vrbem paruam, raris, & anguſtis ædificijs extructam habentur XLVIII. M. P. Ab vrbe rurſum Sanaa ad Aden eſt interuallum CIV. milliarium, itinere, quod ducit ad [a] Daiar-Dahes. Nam à Sanaa ad Dhamar habentur XLVIII. M. P. indè ad caſtellum Sabtan XXIV. tum ad Hagiar & Nadar duo oppida propinqua, LX. M. P. præterea ad caſtellum Abin, LXXII. M. P. ab hoc denique ad Aden, XII. M. P.

[a] *Afr. Taiſſa.*

Eſt autem Aden vrbs parua, celebris tamen, quia eſt por[illegible]que m[illegible] & ex ipſa ſoluuntur nauigia Sindæ, In[illegible]um, & ad ipſam deferuntur vaſa Sinica: eandē [illegible] circundat à longè ex latere ſui ſeptentrionali [illegible]us ab vno mari ad aliud. Mons iſte [illegible]ibus degentium in [illegible]itatē duo foramina veluti duo [illegible]inum marinarum [illegible] effuſque; diſtatque vnum A Gua ad Carcona habetur i[illegible]orſum capto, diebus quatere maritimo: atque huic mag[illegible]en ingredi aut egredi niſi [illegible]idionalem parte [illegible] tenſus. [illegible]piunt iter maritimum: & eſt interuallum, itin[illegible] tem[illegible] tur mons Chacuni, qui mo[illegible] [illegible]entur ſtationes lepita & extenditur ſub aqua [illegible] [illegible]os parua quaſi cata[illegible] Propè montis habe[illegible] que terminus inter diqu[illegible] [illegible]æ quaſi pagi [illegible] que à Sanaa ſtationibus h[illegible]te Chacuni ad M[illegible] quatuor inſunt ſtatioeſt interuallum trium bre[illegible] parua, complectiturque ſeptem dierum ſpatium. Duo pro[illegible] [illegible]cent ædificia ciuium, flumen eodem qu[illegible] fluxio [illegible]ius ſunt diuerſarum na-

 tionum

tionum Iaman, diſtatque à Sanaa tribus ſtationibus. Ab vrbe Habran ad Saada ineſt ſpatium quadraginta octo milliarium. Et ab Aden ad opidum Abin, Orientem versùs litora perlegendo, milliarium duodecim: eſtque hæc propè mare Iaman, & eius habitatores ſunt celebres in arte magica: diſtat autem à Laſaa itinere maritimo diei ac noctis: terreſtri verò, quinque dierum; mons enim interiacet, qui litora ſecans protenditur à mari ad deſertum vſquè, ac viam impedit. Ciuitas Laſaa eſt parua admodùm, ad mare Salſum extructa, diſtatque à Sciórama duabus ferè diebus, incedendo ſecùs litora. Inter Laſaa, & Sciórama occurrit oppidum magnum, vbi extat laculus calidus, ciſternæ inſtar, in quo incolę illarum partium lauant ſeſe, & ægroti ſui ad illum delati curantur à diuerſis languorum, & morborum generibus. Prædictæ duæ vrbes ſunt ſitæ in oris maritimis terræ Hádhramut, diſtantque abinuicem terreſtri itinere duarum dierum.

In terra Hádhramut extant duæ vrbes, vna Sciabam, altera Tarim dicta, remotę abinuicem vnius ſtationis interuallo. Itém ex vrbibus Hádhramut eſt Mareb, quæ tam[illegible] modò eſt diruta; eratque hæc vrbs Saba, è qua erat or[illegible]ū da Belcqis vxor Salomonis fili[illegible] Dauid, [illegible] ſemināt millia, Saada habentur ccxl. m[illegible]ores [illegible]. Emphoræ, ſunt nigr[illegible] cxx. M. P. viginti. Ab [illegible] Sarāda, cuius am[illegible] quæ iacet ab orientali latere [illegible] mille ducentorū mil[illegible] Extant in ea campi arena[illegible] é locis ad expiſcādas marga[illegible]tur; quæ poſſidet loca [illegible]; eamque mercatores fre[illegible] exercētur mercaturæ. [illegible] ſub hac parte, de qua agi[illegible]ramuticā, Socotrina [illegible] in[illegible] Acgia, & vrbs, in qua de[illegible]morantur natio[illegible] [illegible] Anſugia idiomate ge[illegible] cernebatur agg[illegible]ius i[illegible] conuenę, & nūc temporis diſſipati fuiſſent pro[illegible] gionem Moſlemannicam. cùs litora, ad vr[illegible], & [illegible]es de maritimis oris terræ mo. Atque his dedit ſp[illegible] vnius curſus. Cæterùm c[illegible] mar: Ghobbo autem [illegible] milliarium. Incolarum fre[illegible] ius continentis parte ex[illegible] dictus [a] Mauz, qui quin[illegible] ſuprema verò eius parte eſt [illegible]atur Mauz alcqend: ſe[illegible] hinc vocatus fuit mons Luner[illegible] v[illegible] aliquando ructus [illegible] duode-

a i. Arenarum flexus.

figuram , & albedinem.

In montibus Merbat naſcuntur arbores thuris, quod deinde in omnes Oriẽtis, & Occidẽtis partes defertur. Vrbs Merbat quatriduò diſtat itinere terreſtri ab oppido Haſec mari appoſito: maritimo autem Duobus curſibus.

Porrò Haſec reſpiciunt è mari duæ inſulę nempè Chartan, & Martan, de quibus iàm egimus. Prædictę vrbi adiacet mons dictus mons Lausingens, & mari ſupereminens, cui opponitur à plaga ſeptentrionali terra gentis Gad. Vrbs Haſec diſtat à ſepulchro Iudæ duobus M. P. eſtque Haſec vrbs parua, ſed populoſa, habetquè locum piſculentum ingentem propè ſinum Alhaſciſc, qui ſinus profundiſſimus eſt, & in modũ ſacci curuus, in quẽ ſi fortè cymbæ ceciderint, nequeũt ex eo liberari, niſi adhibito vento artificioſo; quòd ſi nautæ in illum ceciderint, raro euadunt præ ſumma egreſſus difficultate.

---

## *SEPTIMA PARS*

### *Climatis Primi.*

ept ... primi climatis partem attinet
... Indici, & plures ſeiunctæ
... o: ſecùs quod iacet vrbs
... terræ gentilium, qui
... os lapides, & piſcium
... a mari adiacente ad
... re maritimo; & ab hac
... ad Melindam vrbem
... es itinere quoque
... d ripam fluminis
... incolæ habent fer-
... atum diuendunt:
... atura nobilior. Item
... incantare, ita vt nul-
... uerint. Ab hac vrbe ad vr-
... m, duæ habentur dietæ:

hæc autem eſt parua ciuitas de Zengitana terra: & eius incolæ magna pollent induſtria in eliciendo ferro, & capiendis tigribus, habent enim canes rubros, qui omnes lupos cæteraſque feras ſuperant. Et quidem Monbaſa eſt ſita prope mare, & ſecus flumen magnum, quod naues penetrant ad diſtantiam duarum dierum, ad cuius ripam nullæ inueniuntur habitationes. A Mónbaſa ad Baies, terreſtri itinere ſex inſunt dies: maritimo verò vnus curſus cum dimidio; cæterùm eſt vrbs populoſa, terminatq; terrã Zengitanam, illique iungitur terra Sophalæ auri. Diſtat ab hac vrbe ſpatio octo dierum, via terreſtri propè litus capta, vrbs quædam Tehna appellata: maritima autem via, ſpatio curſus vnius cum dimidio; nàm inter duas hãſce vrbes magnus interiacet ſin⁹ Meridiẽ versùs protenſus, rectũ iter impediens. Inter prædictas duas vrbes intercedit mons ſublimis, & amplus Agerad vocatus, ad cuius latera aquis iàm vndique excauata vndæ alliſæ horrendum emittunt ſtrepitum. Atque hic mons prædictus attrahit ad ſe naues eò accedẽtes: quapropter nautæ auertũt ſe, receduntque ab illo.

E regione terræ Zengitanæ maritimæ ſtãt inſulæ quædã dictæ inſulæ Raneh, ſuntque plures, ſpatioſæque terræ; harum incolæ sũt fuſci admodũ coloris, ir[illegible] & qu[illegible] ſunt nigro colore affectæ. & arũdines ſaccari, atque ar[illegible] colore affectæ. Ex inſulis Ra[illegible] tus iuxtà flexuoſos ſinus ([illegible] c locis ad expiſcãdas margaritas, & aromatum ge[illegible] mille ducentorũ milium paſſ. Nobilis eſt inſ[illegible]; eamque mercatores frequentant. Item ex inſuli[illegible] ch ſub hac parte, dequa agimus, comprehenſis, eſt [illegible] Acgia, & vrbs, in qua degunt incolæ hu[illegible] Anſugia idiomate gentis Raneh. Porrò [illegible] conuenę, & nũc temporis plerique ipſorum [illegible] gionem Moſlemannicam. Inter hanc inſulam [illegible] es de maritimis oris terræ Zengitanæ, inter[illegible] vnius curſus. Cæterùm circuitus eius eſt quadri[illegible] milliarium. Incolarum frequentior cibus eſt fr[illegible] dictus [a] Mauz, qui quintuplex eſt apud illos; aliis enim [illegible] atur Mauz alceqend: ſecundus Mauz-alfili, cuius ge[illegible] aliquandò fructus [illegible] quodc-

[a] Vide Africanum fol. 39. de Arboribus.

duodecim pondus vnciarum adęquat: tertius eſt Mauz-alommani; quartus Mauz-almuriani: poſtremus denique Mauz-alſóccari.

Non longe ab hac parua extat inſula, in qua eſt ſublimis mons, ad cuius faſtigium, imò nec ad vllam quidē ipſius partē accedere quiſquā poteſt, amburit enim quęcunque attingit; nā interdiu fumū teterrimum, noctu verò ignē ardētiſſimū emittit: tamen ex eius radicibus ſcatent fontes, quorum aliqui sūt frigidæ, ac dulcis aquę, alij calidæ & acidulæ.

Propè inſulas Raneh prędictas eſt etiam inſula Carnoa, cuius incolę ſunt nigri, & vocantur Bumitæ: diſtatque ab oris maritimis terræ Zengitanæ nauigatione diei ac noctis, ab inſula autē Raneh dicta Anfugia, nauigatione diei tantū. Propè hāc iacet inſula ſimiarū, diſtātq; ab inuicē ad tres curſus. Inter hanc & continentem iunctam terrę Æthiopiæ duo interſunt curſus breues; eſt autē hęc inſula magna, ſyluis, arboribus, & denſis atque inacceſſis vepreculis referta, cōtinetque varia frugum genera. Simiæ pręterea extant in ea quamplurimę, quę indies creſcunt, & augentur ita, vt in totam inſulā dominētur ob magnam copiam. Ab hac inſula ad inſulam Socotrā inſunt duo curſus, & incolæ Socotrę [illegible]rte pręualent ſimijs, venāturque illas. Ad latus ſeptentrio[illegible] inſulæ ſimiarum eſt inſula dicta Cotroba, populis [illegible]iſtianis habitata.

[illegible]orrò mare, quod ſub hac, & precedenti parte continetur (mare ſcilicet Ommanicū) voc[illegible]r lingua Indorum mare Hercand; atque in iſto mari ſ[illegible]ulta portenta, variæquè [illegible], & piſces varijs color[illegible]aculati, quorum aliqui ſunt longitudinis centum c[illegible] & amplius. In eodem quoque mari producitur A[illegible]agna copia, & ſuauiſſimi odoris; & quandoque r[illegible]um Ambarum ponderi quintarij, & magis a[illegible]ſt autem Ambarum materia quædam, quam em[illegible]ntes in profundo maris exiſtentes, ſicut fontes Hit em[illegible] Naftam; furentibus autem ventis ad litora repellitu[illegible]



*OCTA-*

# OCTAVA PARS
## *Climatis Tertij.*

PArs hæc octaua primi Climatis continet reliquã terram Sofalæ, in qua duæ ſunt vrbes veluti pagi, & parua quædam oppida illis interiecta, nec non gens vagabunda, vt Arabes. Prædictarum vrbium vna vocatur Hántema, Dándema altera, & vtraque ſita eſt ad oras maris Salſi: ſunt, inquam, paruæ vrbes quaſi oppida populoſa: diſtant abinuicem ſpatio duorum curſuum, itinere maritimo: terreſtri verò, ſeptem dierũ; & Dándema præfata eſt vna vrbium Metropolitanarum terræ Sofalæ. Præterea coniunguntur cum terra Sofalæ tres vrbes, quarum vna appellatur Saiona mediocris magnitudinis, populo Indis, Zengitis, alijſque permixto habitata. Hæc vrbs ſita eſt ſecùs litùs maris, & in ipſa commoratur Princeps iſtius regionis, habetque exercitus ſuos peditibus tantùm extructos, cùm equi non habeantur apud illos. Eadem vrbs adiacet ſinu ... ingredi ... ad illam tendentes: diſtatque ... tio trium curſuum. Similit... Dandema de terra Sofalæ ... itinere maritimo, terreſ... ſinus maximus iacet i... procurrens, & impedi... bem Gaſta habetur vr... timo: terreſtri ... Sofalæ reperitur a... lum ei compar...

In hac item ... inter ſeſe conti... plurimùm deſer... que ea habitata: n... prædictis inſulis vi...

tuetur, pugnans prò viribus ſuis. Eius vxor iudicium inter homines exercet, eos alloquitur, nec ab ipſis ſe abſcondit, præſente Principe coniuge ſuo, qui nullum profert verbũ de rebus quibuſcunque ab ea ſtatutis: & verò nefas eſt apud illos à mulierum præceptis recedere.

In his Inſulis, quas Robaihat nominari, cultaſque eſſe diximus, ſeritur [a] Alnĕregil, & arundines ſaccari; & merces incolarum in [b] Limacibus conſiſtunt. Diſſitæ autem ſunt eæ inſulæ abinuicem ſex millibus paſſuum. Extremitas harum inſularum tangit à tergo inſulam Sarandib, in mari quod appellatur Harchend. Eaſdem inſulas Robaihat vocatas, conſequitur inſula Comr, ſeptem dierum nauigatione ab ijs remota. Hæc inſula perlonga eſt, & eius Rex commoratur in vrbe Malai. Ferunt autem incolæ eiuſdem inſulę extendi eam per Oriẽtem longitudine quatuor menſium. Habet initium ſuum in Robaihat, & terminus illius opponitur inſulis Sin ex parte meridionali. Eius Regi non adſtant, neque miniſtrant in cibo, potu, & rebus omnibus, niſi laſciui, ac molles quidam optimis induti veſtibus ex ſerico Sin, & Arac, ſinguli geſtantes in dextera monile aureum. Vocatur autem apud ipſos monile, lingua Indica, Allacancu: & [illegible] pręqualem vocantur [illegible] venatu[illegible]che; & iſti nubunt viris pro mu[illegible] ſeruituti diurno tempore va[illegible] [illegible] inſulæ ſimiarum eſt inſu[illegible] [illegible]ges ſuos. Ex hac inſula pro[illegible] [illegible]iſtianis habitata.

Porrò mare, quod ſub hac, & p[illegible] [illegible]ur [b] Almoſaffanat, ſuntque (mare ſcilicet Ommarijeũ) voc[illegible] [illegible]io fabricatæ, longitudinis Hercand; atque in iſto mari ſ[illegible] [illegible]um ligni mole confectæ, [illegible]r, & piſces varijs c[illegible] [illegible]ces. ſunt longitudinis centum [illegible] [illegible]s, quod nuncupatur [illegible]que mari producitur [illegible] [illegible]uidem maxima eſt, ſimi odoris; & quandoque [illegible] [illegible]s in longitudine, deri quintarij, & magis [illegible] [illegible]ons excelſi cacumi- materia quædam, quam em[illegible] [illegible]tes, quem nautæ de exiſtentes, ſicut fontes Hit em[illegible] [illegible] Nomen huius montem ventis ad litora repellitu[illegible] [illegible]tem Brahamitæ (Reli[illegible] [illegible], & montem iſtum eſſe [illegible]um. Super hunc mon[illegible] [illegible] omnes Iacynti ſpecies, variaque

a *Nux Indica.*

b *Eſt propriũ limacium genus albũ fiſſum vt nuclei dactylorum.*

b *Id eſt, nautico artificio fabrefactæ: quaſi per antonomaſiam hoc illis conueniat.*

variaque lapidum genera, & alia huiuſmodi; in eius autem valle inuenitur adamas, quo exercetur ſculptura gemmarũcuiuſcũque lapidis. Super eundem quoque montem extant diuerſa aromata, variæque odoramentorum ſpecies, quale eſt lignum aloës, & ſpecies aromaticæ, & animal muſci, & animal zibethi. In hac quoque inſula inuenitur cypreſſus, & [a] Alneregil, & arũdines ſaccari. In eius fluminibus reperitur optimus beryllus, & maximus. In omnibus denique litoribus ipſius extãt loca ad expiſcandos vniones optimos, præſtantiſſimos, atque pretioſiſſimos.

*a i. Nux indica.*

Celebriores & primariæ vrbes inſulæ Sarandib ſunt Marnaba, Aghena, Ireſcore, Abde, Macholon, Hamere, Calmadhe, Sanbadona, Sandore, Sere, Kembele, Berihe, & Meroba. Et Rex huius inſulæ degit in prædicta vrbe Aghena, in qua ſunt curia, & ædes Regiæ. Is Rex ſtudet multum æquitati; bono regimini, & vigilantiæ: prouidus eſt in rebus gregis ſui, defendit eos, atque tuetur. Habet autem ſexdecim Conſiliarios, quorum quatuor ſunt de gente ſua, quatuor Chriſtiani, quatuor Moſlemanni, quatuor Iudæi, Et his præſcripſit locum, in quem congregantur homines prædictarum nationum, & earum lites hiſtoriæquè ſcribuntur. Conueniunt enim ad Doctores cuiuſlibet nationis, nempè Indæ, Græcæ, Moſlem[illegible], & Iudaïcæ copia hominum, ac nationes permu[illegible] ſub ipſis ſcribunt res [illegible]
ſtas Profetarum ſuorum, & [illegible]eritas Regum ſuorum hi-
ſtorias, & ab iis edocentur [illegible] ſuas, & quod ignorant
edifcunt. Rex prætereà h[illegible] manu ſua ſimulacrum au-
reum, ignoti prætij vr[illegible]iacyntis, variiſque lapidi-
bus ornatum. Nec Re[illegible]iæ quiſquam tantum poſſi-
det vnionum excellen[illegible]ynti præſtantis, aliorumq;
varij generis lapidum[illegible] Dominus Sarandi[illegible]o-
rum enim pleraque re[illegible] [illegible]bus, fluuiis, ac ma-
ri inſulæ ſuæ: ad quam[illegible] maxi[illegible]us [illegible] Sin, aliorum-
que regnorum confin[illegible] Propinqua[illegible]dib aſportatur
vinum ex [a] Arac, & [illegible]chialos bidui [illegible]uod pecunia
ſua emptum poſteà diſpe[illegible]at in[illegible] quinque; & in[illegible] & ipſe ex
eo bibit. Fornicationem prohib[illegible]gnæ ſali[illegible]. At Re-
ges, & gentes Indiæ permittun[illegible]o[illegible]ures [illegible] poculum
[illegible]autem

*a i. Parthia.*

autem inebrians interdicunt : præter Regem Camar, qui tàm fornicationem, quàm vinum interdicit. Ex eadem Sarandib defertur ſericũ,& hyacinthus ſecundùm omnes colores ſuos,beryllus,adamas,ſmyris,atq; permulta thuris genera.Inter hãc inſulã, & terrã Indiæ contiguã paruũ intercedit fretũ. Porrò ab inſula Sarãdib ad inſulã Balabac litori maris finitimã,eſt iter diei.Reſpicit hãc inſulã de terra Indię, Aghbab: sũt autẽ Aghbab,lac⁹,in quos coincidũt plura flumina,& vocãtur Aghbab Sarandib,in quos ingrediũtur naues itinerariæ,& cõficiunt iter vnius, ac duorum menſium.

Inſulę Sarandib proxima eſt inſula Alrami:( Alrami verò eſt vrbs Indiæ) & in hac ſunt multi Reges, abundatque ſeminum, fodinarum, atque aromatum copia. Eius longitudo, vti fertur, eſt ſeptingentarum leucarum. Reperitur in illa quædam bellua Carcaddan vocata; quæ bellua minor eſt elephanto, maior bubalo: collum habet curuum vt camelus, ſed contrario flexu, ita vt caput eius anterioribus ſuis pedibus reſpondeat: habet cornu in media fronte longum, & craſſum quantùm duæ manus amplecti poſſunt. Et vt memoratur, in nonnullis his cornibus, ſi ſcindantur, inuenitur effigies hominis, aut auis, vel alterius imaginis integrè del... ta, albi coloris. Et è cornibus, in quibus e-

...uſmodi repe... untur ... re... conficiuntur baltei maximi

...retii: figura autem, q... nitur, totum cornu occupat

ab initio ad extremum. R... Gihani in libro ſuo, Reges

Indiæ cõficere ſibi è corn... beſtiæ manubria cultrorum

ad vſum menſæ, cúmque a... ...itur eis cibus, ſi fuerit ve-

...enatus, ſudore madefie... ...nubria, indeque depre-

...endi cibum eſſe veneno...

Cæterùm inſula Al...n... ...œlicitate, aëris tempe-

ri... aquarum ſuauitate ... multas continet re-

giónes,págos, & ... ſtel... ...naſcitur [a] Breſillum, *a Arab. Baccam.*

cuius germen ... r... ...indro, lignũ rubrum:

radices eius ſu... ...us aſpidum,ac ſerpen-

...um, vt exp... ...eſt. In eadem quoque

Inſula re... ſine... s... ...at hęc ab inſula

Saran... ...pit ...ere ab inſula Balabac

... S... relinquit inſulam Sarandib ad

E dexte-

dexteram. A Sarandib ad inſulam Lanchialos eſt iter decẽ dierum, & hæc dicitur etiam Langialos, cum litera G. Ad latus meridionale inſulæ Alrami eſt inſula quædam Albinaman dicta, quæ quidem eſt habitata, habetque vrbem magnam, & eius incolæ veſcuntur Alneregil. Non procul ab ipſa, ad interuallum bidui, eſt inſula Galos, cuius incolæ ſunt nigri, nudi, anthropophagi. Inter Albinaman & inſulam Sarandib intercedit nauigatio trium dierum; & ab inſula Sarandib ad inſulam Langialos ſiuè Lanchialos, decem dierum nauigatio. A Langialos autem ad inſulam Calla eſt iter ſex dierum.

---

## NONA PARS
### *Climatis primi.*

HÆc nona primi Climatis pars continet portionem maris Indici, quę ſpeciali nomine appellatur mare Sanficum: & portionem maris, quod vocatur mare Darlárani; in hoc autem mari plures continentur inſu[illegible]
(auxiliante, & iuuante Deo) [illegible]
ergò ad huius maris Indici [illegible]
Sofalæ ſuperiùs memoratæ, [illegible]
quorum numero eſt vrbs C[illegible]
num, quem naues ingre[illegible]
Dagutta eſt iter maritim[illegible]
eadem ad Inſulam Com[illegible]
gutta eſt terminus ter[illegible]
gni fluminis oſtium [illegible]
vbi duæ ſunt vrbes, [illegible]
tera: hiſque proximu[illegible]
atque omnium incol[illegible]
Vacuac, à qua ad inſ[illegible]
hac ad inſulam [illegible]
ptima Canfora, [illegible]
vna illarum centum homines, imò [illegible]

[illegible] morab[illegible]
[illegible]dam quidem mercato[illegible]
[illegible] itineris periculum. A[illegible]
[illegible]o ſunt curſus; hæc ve[illegible]
[illegible] propè illam multæ cernun-
[illegible]men habitatę: earum ma-
[illegible]nditas penes illas eſt a[illegible]
[illegible]ores vlnas. In montib[illegible]
[illegible]antior multò quàm [illegible]
[illegible] Sin extat inſula Mai[illegible]
[illegible] agdaga Ea[illegible]-
[illegible] eſt ipſis inſula
[illegible]ſt iter; & ab
[illegible] hac eſt o-
[illegible] ſed

tin ebit ſua. Ex hac autem arbore ſic elicitur Canfora: Foramine ſummitas eius pertunditur, vndè liquor effluit tãtus, vt plures impleat lagenulas: vbi fluxus conſtiterit, alio inferiore foramine arbor in medio confoditur, è quo particulę canforę, gummi videlicet eius arboris decurrũt, ita tamen, vt intra ipſam arborem concreſcant; Tum arbor prima, quòd inutilis reddatur, linquitur, & ad aliam pergitur. Lignum arboris canforę eſt album, & leue. In eadem iſta inſula ſunt mirabilia, quorum enarrator in ſummæ notam falſitatis incurrit.

Huic inſulæ proximè iacent inſula Gaba, inſula Salahett, & inſula Hazeleh, diſtãt enim ab inuicem duabus leucis, & plùs minuſuè. Et omnes hæ inſulæ pertinent ad eundem Regem. In extremitate eiuſdem inſulæ cernitur puteus ignis ardentis, altitudinis centum cubitorum: at interdiù fumus eſt, noctù verò ignis accenſus. Præterea ad læuam partem inſulæ Mab [illegible] poſt iter diei adeſt inſula Tanoma, habitata. A Tanoma ad inſulam Comar quinque [illegible]erum eſt iter, [illegible] hac originem ſumit [illegible]que denominationem lig[illegible]maricum, quod quidem bonum eſt, ſed Sanficu[illegible]s; in eadem quoque inſula reperitur Sandalum. [illegible] Terra Comar qua parte reſpicit oras maritimas, proxima [illegible]ota Sanf, diſtant enim à ſe inuicem tribus P. M.: & [illegible] Inſularum Vaç-vac [illegible]ficum: & eius incolæ nullum [illegible]tibus, atque inſulis [illegible], aut animalculum vllum iugu- [illegible] propinquæ ſunt inſulæ Andafulat decem diebus. Et ab [illegible] gnoratur. [illegible] tres habentur ſtationes;

Inter inſulam Sanf, & [illegible]. Ab vrbe Lucqin ad vr[illegible]m duodecim dierum [illegible] itinere maritimo: [illegible]tenſos. Hæc inſula [illegible] atque hæc eſt maximus [illegible] occidentali [illegible] regione Indiæ, neque Sin tarum, & curſu tranſue[illegible] Ab vrbe Chánecu ad vrbem Aquilo[illegible] octo dier[illegible] Ab vrbe Sanf maritima ad [illegible]ulam Samel, quæ eſt in [illegible]mitate maris Sanfici, quatridui iter habetur. Ab inſ[illegible]el ad inſulam Aaſura parum habitatam, quaterno[illegible]eſt. Et ab hac ad [illegible] Malai [illegible] Occidente in ſuperius [illegible] dier[illegible]

# DECIMA PARS
## *Climatis Primi.*

PArs hæc decima primi Climatis, quæ terminat Habitatam à plaga orientali, & retrò quam ignoratur quid ſit, continet mare Sin, quod vocatur mare Saha, & à quibuſdam appellatur mare Sanf: cuius caput, & initium ducitur à mari Oceano, quod ibi nominatur mare Piceum, quoniam eius aquæ turbidæ ſunt: venti quoque vehementes in illo, & tenebræ vtplurimùm inſident illi. Atque hoc mare Piceum iungitur mari Oceano, quod terram Iagog, & Magog attingit ex parte inferiori, quæ reſpicit terram inhabitatam à Septentrione: terminatur quoquè mari Tenebrarum, quod, vt iàm notauimus, iungitur etiam parti occidentali: protenditurque ad inſulas Vac-uac ex parte meridionali: & ad mare Serpentum, vſque ad latus Auſtrale[a] maris terram ambientis. Hoc idem mare furentibus ventis, & permultis imbribus obnoxium eſt; nàm ventus marinus ſex integris menſibus regnat in illo, ac tùm in alium ventum conuertitur.

a Id eſt Oceani.

Plures ſunt in eo inſulę, & a[illegible]
res penetrant, ad alias non ite[illegible]
hac inſula ad inſulam Sobor[illegible]
inſula ingens eſt, & ma[illegible]
tur inſulæ paruę quid[illegible]
rę horrendum eſt, &[illegible]
quadraginta, & plure[illegible]
eius inſulæ reperitu[illegible]
bi. In sũmitate mari[illegible]
diſtatque ab illa alter[illegible]
que diſtantia eſt inter inſu[illegible]
& ex hac patet egreſſus ad[illegible]
de qua prę cęteris m[illegible]
tes cõplures, & ſuperat long[illegible]
inſulas Maugę, eſtque propinqua ter[illegible]

confluunt naues Sinenſium egredientes ex inſulis Sin, ad eam vela faciunt, in ea quieſcunt, & ex ea deinde ſoluunt in partes vniuerſas. Præterea ab inſula Sanf ad inſulam Sandi-fulat eſt iter decem dierum. inſulam Sandi-fulat circundant ex parte Sin montes ardui, ventique vehementes eam infeſtant: eſt autem vnum ex oſtiis Sin, & quatriduò diſtat ab vrbe Chánecu. Sin verò duodecim habet oſtia, ſeu aditus inter montes, per quos poteſt aliquis ab vrbibus eiuſdem Sin abire ad vnum eundemque locum in litore intentum. Omnes Portus Sin ſunt ad [a] oſtium alicuius fluminis, per quod naues aſcendunt menſe integro, & plùs, minuſue inter hortos, lucoſque.

*[a] Vel. ad ſinum aliquē per quem. &c.*

Ab inſula Maugæ [a] ad inſulā [b] Sahab quatridui eſt nauigatio, aut plùs quatridui. Et hæc inſula Sahab appellata fuit hoc nomine, quòd exeat aliquando è partibus eius nubes candida nauibus pernicioſa: emittit enim vſque ad aquam maris vnà cum vento vehementi linguam ſubtilem perlongam, cuius ad contactum aqua maris ebullit, atque agitatur furentis inſtar turbinis, ita vt ſi nauem attingat, abſorbeat illam; tùm nubes attollitur, & emittit imbrem quo nubes diſſipatur: nec ſcitur vtrùm nubes ebiberit illum è mari, [illegible] qua ratione id fiat. In ea inſula ſunt colles arenæ, quæ [illegible] admota liquefit, & vertitur in argentum purum. Et in [illegible]rte inſularum Vac-vac huic proxima, ſunt loca quædam [illegible] montibus, atque inſulis incisa, viatori inacceſſibilia. Iſtis [illegible]ſulis propinquæ ſunt inſulæ Vac-vac, vltrà quas quid ſit ignoratur.

*[b] Id eſt, Vnda*

*[c] Hoc eſt, Nubium.*

Inter inſulam Sanf, & [illegible] Malai intercipitur ſpatium duodecim dierum [illegible] & montes per mare [illegible]tenſos. Hæc inſula [illegible]; accidente in Orientē, [illegible] occidentali [illegible] regio maritimis Zengitarum, & curſu tranſue[illegible] Ab vrbe [illegible] cum Oriente ad [illegible] eſt iter octo [illegible]. Ab [illegible] eſtque inſularum [illegible]ulam Samel, quæ eſt in [illegible]. tridui iter habetur. Ab in[illegible]ſus, ad inſulam Sah[illegible] eſt [illegible] habitatam, quaterno[illegible] inſula conſpic[illegible] [illegible] rectæ dexteræ, quaſuperiùs [illegible] reuerterē illùc vnde veni-

dexteram. A Sarandib ad inſulam Lanchialos eſt iter decē dierum, & hæc dicitur etiam Langialos, cum litera G. Ad latus meridionale inſulæ Alrami eſt inſula quædam Albinaman dicta, quæ quidem eſt habitata, haberque vrbem magnam, & eius incolæ veſcuntur Alnercgil. Non procul ab ipſa, ad interuallum bidui, eſt inſula Galos, cuius incolæ ſunt nigri, nudi, anthropophagi. Inter Albinaman & inſulam Sarandib intercedit nauigatio trium dierum; & ab inſula Sarandib ad inſulam Langialos ſiuè Lanchialos, decem dierum nauigatio. A Langialos autem ad inſulam Calla eſt iter ſex dierum.

---

## *NONA PARS*
### *Climatis primi.*

HÆc nona primi Climatis pars continet portionem maris Indici, quę ſpeciali nomine appellatur mare Sanficum: & portionem maris, quod vocatur mare Darlaraui; in hoc autem mari plures continentur inſu ces in
(auxiliante, & iuuante Deo) cor morab
ergò ad huius maris Indici l dam quidem mercato
Sofalæ ſuperiùs memoratæ itineris periculum. A
quorum numero eſt vrbs C io ſunt curſus; hæc ver
num, quem naues ingre propè illam multæ cernun-
Dagutta eſt iter maritim men habitatę: earum ma
eadem ad Inſulam Com nditas penes illas eſt ad
gutta eſt terminus ter iores vlnas. In montib
gni fluminis oſtium antior multò quàm
vbi duæ ſunt vrbes, q Sin extat inſula Maid
tera: hiſque proximu n agdaga Ea e-
atque omnium incol eſt ipſis inſula
Vacuac, à qua ad inſ ſt iter; & ab
hac ad inſulam C hac eſt o-
ptima Canfora, ſed
vna illarum centum homines, imò

Atre, Cálere, Báſcera, Meſuam, Saduſan, Bania, Mámehel, Kambáia, Subára, Sandan, Saimur, Fahalfáhara, Raſec, Saruſan, Kuſa, Kaſed, Sura, Nodha, Mehyac, Falon, Caliron, & Belin. In huiuſce partis mari continentur inſula Tara, & duo montes Coſair, & Ouair, Dordur, & inſula Domail, in qua eſt vrbs Kaſcahar: Item inſula Auicaman, inſula Mond, inſula Culam-meli, & inſula Sandan. In omnibus prædictis regionibus inueniuntur gentes, ac populi diuerſarum religionum, veſtituum, atque morum: & nos, Diuino confidentes auxilio, aggredimur ea narrare, & quæ vera ſunt commemorare.

Dicimus igitur partem hanc initium ſumere è mari Perſico, & à plaga ipſius ſeptentrionali haberi vrbem Dabil, eamque diſtare ab oſtio fluminis Mehran tribus ſtationibus, eſſeque illam in media via, quæ ducit ad Manſura. Fairuz autem vrbs eſt nec magna, nec populo frequens, imminetque ipſi arx munita, & diſtat à Manſúra paulò magis quàm tribus ſtationibus. Manſúra verò eſt vrbs, quam à longè cingit brachium fluminis Mehran, cùm ipſa ſit à latere occidentali præcipui aluei eiuſdem Mehran; Porró Meh-[illegible] hlueniens à ſuo fonte vſque ad vrbem Cálere, quæ eſt [illegible]am eius occidentalem, & diſtat à Manſura itinere diei, [illegible] eſt [illegible] partes: & præcipuus amnis tendit ad Mã-[illegible] piſcandis vnionibus ap[illegible] vergit in Septentrionem ad [illegible]ahar ducenta ſun[illegible] [illegible]itur in occidentem, donec [illegible] eſt oppidum Dham[illegible] [illegible]minis coincidat, fiantque v-[illegible]uenit [illegible] vrbes populoſæ, [illegible]odecim ferè milliaria infrà [illegible] verò [illegible] Perſici, eſtque [illegible] Fairuz, tùm in mare. Lon-[illegible] populo[illegible] [illegible]bus ab ea proſ[illegible] ferè milliaris, latitudo mil-[illegible]c ad Giou[illegible] illud ideò ce[illegible] [illegible] quatuer [illegible]

mar[illegible], è regione Maſcat [illegible]ter Indiam, & Sindam, & appe[illegible]ta, quadratæ figu[illegible] [illegible]ſùs, diuiditur flumen dem[illegible]e latitudinis: d[illegible] [illegible]ior decurrens ad Occi-[illegible] oppe[illegible]itur eidem inſu[illegible] [illegible]andoq[illegible] [illegible]lam [illegible] iacet à latere ſuo occi-[illegible] ſpatio vnius [illegible] [illegible]ſitas. [illegible] [illegible]rionem, magis tamen [illegible] Tairuſett. Re[illegible]trina, Gerabta[illegible] flectitur ad Septen-[illegible] diſta[illegible]iam du[illegible], & Samar [illegible] Occidentē, atquè ad duo-[illegible] quas [illegible] flu[illegible] [illegible] vrbs [illegible]uò coniungitur cum altero

brachio, vt dictum eſt.

Vrbs Calere eſt è via ſemota, ſed tamen plurimi ad eam ſe conferunt, ob præclaras incolarum artes, & negotia: diſtatque à Manſúra longæ ſtationis interuallo, hoc eſt XL. M. P. A Cálere ad vrbem Saruſan tres interſunt ſtationes: eſt autem Sarúſan præclaræ magnitudinis, fontibus ac fluuiis abundans. Ab hac ad vrbem Manhábere tres item habentur ſtationes Occidentem versùs. Et ab hac ad vrbem Firabuz, ſtationes ſex. Et ſimiliter ab vrbe Manhabere ad Dabil, ſtationes duæ. Et via, quæ ducit à Dabil ad Firabuz, tranſit per Manhábere. Et inter Manhabere, & Firabuz media eſt vrbs quędã parua habitata, Haur appellata. Vrbs autem Firabuz eſt incolis, & mercatoribus frequens, pertinetque ad prouinciam Mecran, ſub qua etiã ſunt vrbes Kir, Darec, & Raſec (atque hęc eſt vrbs Schiſmaticorum) item vrbs Band, Caſr-band, Asfaca, Fahalfahara, Maſcan, Taiz, Belin: hę, inquam, omnes pertinent ad Mecran. Et verò Taiz eſt vrbs parua, celebris tamen & populoſa, ſecùs mare ſita, ad quam confluunt naues Perſicæ, ab vrbe Oman vela facientes. Et ab inſula Kis, quæ eſt in medio mari P[illegible] ſico, longioris ferè curſus iter habetur. A Taiz ad Ki[illegible] tiones ferè quinque. Et à Kir ad Firabuz duæ longę ſ[illegible] nes. Et inter vrbem Kir, & vrbem Ermaiil duo inte[illegible] climata finitima, quorum vnum vocatur Rahon, a[illegible] Koluan. Hoc, nempè Koluan, continetur ſub [illegible] cran: alterum, ſcilicet Raho[illegible] intra limi[illegible]
Qui autem voluerit à Fira[illegible] piat viam vrbis Kir, è qua [illegible] vrbem Ermaijl de terra M[illegible] certè paulò minorem, i[illegible] murati, locaque amœn[illegible] locupletibus. Ab vrb[illegible] mille ferè cum quingentis[illegible] tur ſtationes. Et tàm Erm[illegible] ter Dabil, & Mecran, [illegible] ineſt ſtationum interu[illegible] tres; & incolæ vrbis Ra[illegible] Raſec ſub ſe climata duo, q[illegible]

*a i. Exitus, ſeu Schiſma.*

rug, alterum Kircaian; & partibus Kircaian proxima eſt Maſcan vrbs habitata.

De terra item Mecran ſunt Fahalfahara, Asfaca, Band, & Caſr-band. A Fahalfahara ad Raſec, duarum eſt iter ſtationum: idemque ſpatium eſt inter Fahalfahara, & Asfaca. Inter Asfaca, & Band, ſtatio vna, Occidentem verſus. Et rursùs inter Asfaca, & Darec, ſtationes tres intercedunt. A Band ad Caſr-band, ſtatio. Et à Caſr-band ad Kia, ſtationes quatuor. A Manſura ad vrbem Tuberan, ſtationes ferè quindecim: vrbs autem Tuberan proxima eſt Fahrag de terra Kerman. A Tuberan ad Fardan, ſtationes quatuor: & ex parte eiuſdem occidentali iacet vrbs Kircaian. Et ab vrbe Tuberan ad vrbem Maſnih, quæ eſt in media ſolitudine, & ab hac ad vrbem Moltan in extrema regione Sindæ collocatam, ſtationes decem; Moltan namque proxima eſt Indiæ: & ab ipſa ad Giandur, quæ ſunt turres ſimul collectæ, habetur ſpatiũ milliaris & ſemis. Hæ verò turres ſunt fortiſſimæ ſtructuræ, & sũmæ altitudinis, & ſuauibus, ac largis aquis irriguæ: Adit illas Præſes tempore Verno, & diebus [illegible]ationis, atque ſolatii. Narrat autem Háucali ſua tem[illegible]e Præſidem eius vrbis, ex more ab Auis ſuis hæredi[illegible]ccepto ſolitum fuiſſe ſingulis diebus Veneris equitare [illegible] eſt [illegible] turribus ad Moltan. Incolæ Moltan ſunt [illegible] piſcandis vnionibus apt[illegible] tàm Præfecti iuſtitiæ, quám [illegible]ahar ducenta ſunt milli[illegible]. Ad plagam Meridionalẽ [illegible] eſt oppidum Dham[illegible]ndur tridui eſt iter: Sandur [illegible]uenit [illegible] vrbes populoſæ [illegible]us abundans, vbertate cele[illegible] verò [illegible] Perſ[illegible], eſtque [illegible] perpolito culta: habitato[illegible] populo[illegible]bus ab ea proſ[illegible], optimaque viuendi ra[illegible] ad Giou[illegible] illud ideò ce[illegible]uentes. Fertur autem hęc [illegible], eregione Maſcan [illegible]ene flumini ſuaui, quod in [illegible] quadratæ figur[illegible] Tar[illegible]mque aſtipatur antequàm [illegible] latitudinis: d[illegible] vrbe Moltan, Septentrio[illegible] [illegible]dem inſul[illegible] deſertum [illegible]ttingens oras [illegible]nius cu[illegible]ad primos limites Nod[illegible]tt. Keſ[illegible] ſitas [illegible] Gerabta [illegible]ones habentur. Et à [illegible]am du[illegible]ina, & Samae[illegible]nis fini bus Mecran, ſtatio[illegible] quas [illegible] vrbs, ad quam concurrunt gentes

Hir[illegible] No dhæ

Nodhæ ad vendendum, emendum, aliaque negotia peragenda, eſt Candaiil. Porrò Kircaian eſt clima, quod communiter vocatur Abil, cultum Moſlemannis, aliiſque: diſtatque Candaiil à Manſúra ſpatio decem ferè ſtationum. Prætereà de regionibus Sindæ eſt etiam vrbs Chaur-cohláya, Cuſa, & Cadira: atque hæ ſunt duæ vrbes paris magnitudinis. Et ex vrbibus Túberan ſunt Mehyac, Kircaian, Sura, Iardan, Koſran, & Maſurgian. Inter vrbes Tuberan, & regiones Manſúræ intercedunt campi, & ſolitudines latiſſimæ: & vltrà illas quoque verſùs Aquilonem ad Sageſtan, extant ſolitudines aſperæ, ac perdifficiles. Et ab iis ad vrbes Tuberan eſt interuallum XLII. M. P. Et à Maſurgian ad Darec-Iamunæ, CXLI. M.P. Et à Darec-Iamunæ ad Firabuz ſiuè Firabus cum, S, CLXXV. M.P. Atque hæ ſunt cunctæ regiones Mecran, Sindæ, & Tuberan. Similiter à Tuberan ad Manſúram, milliaria mille ſeptuaginta.

Regiones verò Indiæ Sindam tangentes, ſunt Mámehel vrbs, Kambaia, Subára, Chabirur, Sandan, Maſuya, & Saimur; inſulę autem maritimæ, quæ ad eandem pertinēt, ſunt Auicaman, Mond, Kulam-meli, & Sandan. Porrò regiones Indiæ plurimæ ſunt, & inter cæteras Mámehel, Kambaia, Subar, Aſáuel, Hanáuel, Hendan, Saimur, Giandur, Sandur, & Raufála in ſolitud[illegible] Cáli[illegible] Argoſt, Nahrouára, Laháüer, [illegible]ter Siraf, & [illegible] Manſú-
ram intercipitur ſpatium no[illegible]catum Maſca[illegible] vrbem
Mámehel, & vrbem Kam[illegible]dam paru[illegible] ſtation[illegible]
Kambáia diſtat à [illegible]us, eſtque vrb[illegible]
per ſe formoſa [illegible]s proficiſcent[illegible]
alias portum in[illegible]es, atque merc[illegible]
quamplurimas v[illegible]ctas, quæ deind[illegible]
partes vniuerſas diſtrahun[illegible]dem prętereà ſita eſt ad
flumen, per quod naues [illegible]tur, & anchoras iaciunt:
aquis abundat, imminetq[illegible]unita. Ab vrbe Kam-
báia ad inſulam Auicaman [illegible]io diei ac ſemis[illegible]
demque modo ab inſul[illegible] ad inſulam Dabil, quæ
eſt in primis Indiæ limit[illegible] duo. Ab hac ad inſula
Mond, ſex millia paſſuum: [illegible]paſſus [illegible]de.
Et à Coli, ſecùs litus, ad vrben[illegible]ſ[illegible]ta-
[illegible]ones;

tiones : diſtatque Subara à mari milliari ferè cum dimidio, eſtque vrbs frequens, atque populoſa. Et ab vrbe Subâra ad vrbem Sandan, quę diſtat à mari vno item milliari cum dimidio, quinque propemodùm ſtationes. Ad latus eius orientale habetur inſula nomen ab ipſa deſumens, ampla limitibus, & ſeminibus, palmis, atque Neregil opulenta, in qua etiam naſcitur [a] Cana, & [b] Chaizoran : referturque in numerum regionum Indiæ. Ab vrbe Sandan ad vrbem Saimur quinque habentur ſtationes. Poſt quinque millia paſſuum à Culam-meli inuenitur in mari inſula Meli dicta, in qua oriuntur arbores piperis : quæ arbores nullibi repe-riuntur, niſi tribus tantùm in locis, nempè hic, aut in [c] Candaria vel in Gerabtan. Habet autem ea arbor truncum viti magis quàm alii arbori ſimilem, folia herbæ Volubilis ſimilia, longiora tamen, & botros habet ſimiles botris Sciabúca ſingulos ſingulis folijs ab imbrium iniuriis protectos, cúmque ad maturitatem peruenerint, colliguntur : grana autem alba, quæ in pipere deprehenduntur, ſunt ea, quæ leguntur antequàm perfectè matureſcant. Narratque filius Chordádebe inclinare ſeſe folia ſuper huiuſcemodi botros dùm pluit, eoſque à pluuia defendere, ceſſante pluuia ſeſe attollere, ac denuò ſe inclinare ſi rurſùs imber deciderit: at hoc peregrinum videtur. Cæterùm Kambáia, Subára, Sandan & Saimur ſunt omnes de regionibus Indiæ; Et inter regiones eiuſdem hac in parte contentas ſunt etiam Habitan, & Aſauel duę vrbes populoſæ.

a *Cana eſt arborè cuius ramis deſumuntur haſtæ lancearum.*

b *Chaizorã eſt genus radicum miræ lõgitudinis, è quibus etiam conficiũtur haſtalancearum.*

c *Infra lan. durina.*

---

# OCTAV[illegible] PARS
## *Secundi Climatis.*

O Ctaua hæc [illegible] climatis pars complectitur de terra [illegible] regiones maritimas ad litus maris Indi[illegible] ſitas. E[illegible] Beruh, Sendabur, Na-na, Fand[illegible]rina, Gerabtan, Kelcaian, Sihe, Kemcar, [illegible]ulu ar[illegible]um [illegible]a, & Samandar. Regiones autem mediter[illegible] [illegible]a vrbs, Hanaüel, Nahroara, Canda-

 har,

har, Romela, Calbata, & Argoſt: atque omnes iſtæ ſunt ad initium ſolitudinis. Item Kabel, Choüas, Haſec, Murides, Madeiar, Thonna, Dodda, Minamar, Maloh, Niaſet, Atraſa, Nogia, Caſmir inferior, Mahdara, Caramut, Caſmir ſuperior, Cqennaug, Raſtaned. Ex inſulis autem Indicis, quæ in partis huiuſce mari continentur, ſunt Malac, Balabac, Nazuamelih, Moſcha, & Samandar.

Et verò Beruh eſt vrbs magna, eſtque portus aduenientium ex Sin, & ex Sinda: diſtatque à Saimur bidui itinere. A Beruh ad vrbem Nahroara octo habentur ſtationes, per terram ſpatioſam montium expertem; & rhedis iter conficitur ex vna in aliam. Inter Beruh, & Nahroara duæ intercedunt vrbes, quarum vna vocatur Hanaüel, altera Dolca, magnitudine non multùm diſpares, diſtantque abinuicem ſtatione non tota. Vrbs enim Dolca adiacet fluuio cuidam, qui ſe exonerans in mare, efficit ibi ſinum, & ad latus occidentale ſinus iacet vrbs Beruh, quæ etiam ab aliquibus appellatur Beruts. Porrò Hanáüel, & Dolca ſunt ad radices montis ab Aquilonari parte illarum extenſi, Vndaran vocati; & propè vrbem Hanáüel eſt vrbs Aſáüel; tres autem vrbes iſtæ qualitatibus, magnitudine, incolaru[illegible] ribus, eorumque veſtitu nequaquam diſcrepant: [illegible] illarum habet merces, & negotiationes q[illegible] lentum.

Rex autem Nahroáræ maximus eſt, & vo[illegible] poſſidetque exercitus, & elephantos: coli[illegible] da; geſtat in capite tiaram auream, indu[illegible] contextis. Equos conſcend[illegible] ſemper [illegible] gulis hebdomadibus, equ[illegible]antque c[illegible] lieres, nullo præter [illegible] auratis indutæ, pulc[illegible] que argentea monilia [illegible] ſis per lacerta comis: [illegible] lunt, Rege præeunte. Pro[illegible] non equitant cum illo [illegible] uersùs hoſtes ſuos, a[illegible] vſurpare tentauerint, ve[illegible] aggreſſores. Habet autem [illegible]

præcipuè conſiſtit exercitus ſui robur. Regnum hoc hęreditario iure poſſidetur à regibus ſuis, qui omnes vno inuariabili nomine vocantur Balahara, quod ſignificat Regem Regum. Ad vrbem Nahroára multi ſe conferunt mercatores Moſlemanni ad negotiandum; & Rex eiuſdem vrbis honorificè ſuſcipit viatores illùc appellentes, eorumque bona cuſtodit.

Prætereà habitatores Indiæ tali ſunt æquitate beneficio naturæ imbuti, vt nihil prçter æquum committant, atque ob tantam, támque conſpicuam iuſtitiam ſuam, fidelitatem in promiſſis & fœderibus, nec non morum probitatem, cùm optima fama, tùm frequenti aduenarum concurſu celebres reddantur ipſi, omneſque illarum partium populi; indeque fiat vt regiones eorum ſint populoſæ, ſtatus fœlix, atque pacatus. Et verò inter cæteros totius populi mores, quibus eorum animus ad ſectandam veritatem, falſitatẽ verò deteſtandam propenſus commendatur, eſt vt ſi quis fœnus aliquod alteri crediderit, eumque quouis in loco offenderit, ducat lineam fœnerator in terra quaſi circulum, & debitorem intrà circulum introducat, iſque obediens, ac libens ingrediatur, nec vnquam inde exeat, niſi priùs vel debitum ſoluat, vel à creditore veniam aſſequatur.

habes autem gentis Nahroáræ ſunt oriza, ciceres, fabæ, Vrb[illegible] Ca[illegible]s, meiſce, piſces, & animantia naturalem à Ca[illegible]ntia: nàm volatilia, & animalia magna aut [illegible]terrore [illegible]ulant; boues autem ſunt eis omninò inter[illegible]dantem, ſep cùm moriuntur, peculiari præ cæteris iu[illegible]pto vocatur [illegible] ſepeliuntur [illegible] cùm verò ſeruituti atque [illegible] [illegible]num flumen[illegible]s, ſubtrahun[illegible]r labore, cura illarum ge[illegible] Moſelle mentionem fa[illegible]tum, neque ampliùs adhi[illegible] hunc eſſe [illegible] viatori[illegible] ap[illegible]m donec moriantur. [illegible]ùs quàm ſemicurſu[illegible] [illegible]ec vtuntur ſepulturis. [illegible]s ardentem qu[illegible] [illegible]urrum corpori eius pro[illegible]natu[illegible]anquillus [illegible] duobus circiter palmis al[illegible] cui corc[illegible] mariti[illegible] [illegible]to ſuperimponunt Re[illegible] cum ornamen[illegible] ſtati[illegible]: [illegible], illumque per vrbem vni[illegible]ſam ci[illegible] [illegible], & lucro[illegible] trahentibus: caput eius eſt [illegible] [illegible] [illegible]omæ ſuper terræ puluerem

rapta-

raptatæ, clamante præcone lingua Indica, atque dicente verba, quorum ſenſus Arabicè is eſt; O homines, ecce Regem veſtrum talem, filium talis: vixit in regno ſuo gaudẽs ac potens tot vel tot annis: en ipſe modò defunctus eſt, manumque aperuit omnibus quæ poſſidebat, nihil habens rerum quarum potiebatur, neque vllum valens à ſuo corpore malum arcere: mementote igitur eius ad quod peruenturi eſtis, & ad quod reuerſuri. Hæc omnia profert ſermone Indico. Tali autem Regis per vrbem circunductione abſoluta, educunt eum ad locum ignis, quo Reges ſuos defunctos comburere conſueuerunt, eumque iniiciunt in rogum donec abſumatur.

Indi non multùm contriſtantur in funeribus, neque nęnias dictitant. Porrò incolæ cunctarum regionum Indarum Sindæ finitimarum, inter quos Moſlemanni ſunt permixti, mortuos ſuos noctù clàm ſepeliunt domi ſuæ, terramque ſuper ijs explanant, non tamen eos lugent, nec magno mœrore proſequuntur, vt prædiximus.

In omnibus regionibus Baláharæ licita eſt fornicatio, præter quàm cùm fœminis coniugatis; Quòd ſi cui viro libuerit, cum filia, aut ſorore ſua, matertera, aut auuncula, modò non fuerint maritatæ, commiſceri liberè poterit; eodemque modo frater cum ſorore.

Vrbem Beruh maritimã proſpectat in mari in quæ multo pipere affluit, & diſtat ab inſula S duorum curſuum. Et ab hac inſula ad inſular dui eſt iter, & ab hac diuerſæ capiuntur viæ Ab hac eadem inſula ad [a] Logiat - alod' que eſt interuallum. Ab eadem quoc lam Sarandib eſt nauigat Beruh, ſecùs oras mariti tuor inſunt ſtationes; Se nui, in quo naues anchor & ædificijs, atque opulent Nana vrbs maritima iti conſpicua, magno adi tur, in eoque quieſcunt montibus, ac terra naſcuntur

[a] i. Abyſſum magnam.

ad vrbem Fandarinam ſecùs litus poſitam quatuor ſunt ſtationes; Fandarina ſita, eſt ad oſtium fluminis è partibus Manibar excurrentis, in quo quieſcunt naues mercatorũ aduenientium ab inſulis Indiæ, nec non nauigia Sindæ. Supereminet huic vrbi à Septentrione mons magnus, atque ſublimis, multis conſitus arboribus, oppidis cultus & armentis, cuius in radicibus oritur [a] Cacqela, quę inde in omnes orbis terrarum fines aſportatur. Germine Cacqelæ nihil eſt ſimilius herba cannabis, habetque ſiliquas quibus ſemina includuntur. Ab vrbe Fandarina ad vrbem Gerabtan populoſam ad paruum flumen collocatam, habetur ſpatium quinque ſtationum. A Gerabtan ad Hange, & Kaicaſar duas vrbes maritimas propinquas, eſt iter diei. Hinc ad Kelcaian idem eſt ſpatium. Et idem quoque interuallum eſt inter Kelcaian, & Lulu, atque Conga; Terra verò Kelcaian producit copiam Breſilli, cuius planta perſimilis eſt Oleandro. A Conga ad Samandar triginta numerantur milliaria: Habetque vrbs iſta inſulam magnam eodem nomine appellatam, diſtantem nauigatione vnius horę. Hæc inſula frequens eſt cùm populo, tùm mercatoribus vndique confluentibus, diſtatque ab inſula Sarandib nauigatione quatuor dierum. A Septentrionali parte vrbis Samandar habes vrbem Caſmir interiorem, poſt ſeptem ſtationes. Vrbs Caſmir celebris eſt inter Indorum regiones. Similiter à Caſmir ad Karamut, ſtationes quatuor. Rurſus à Caſmir interiore ad Cqennaug vrbem pulchram, mercibus abundantem, ſeptem ferè ſtationes; Rex nomine ab ipſa deſumpto vocatur Alcqennaug; Eſt autem extructa hæc ad magnum flumen, quod influit in fluuium Moſelle, cuius fluij Moſelle mentionem facit Auctor libri Mirabilium, & hunc eſſe & viatori [illegible] appellatur fluuius aromatum; eximius quàm ſemicurſu [illegible] atque latus vrbis Aſnaband, [illegible] ardentem qu[illegible]es montis Luinæ, atque il[illegible] tranquillus, [illegible] influit in mare; ad vtrãque [illegible] cui [illegible] maritimam [illegible] aromatum genera, vndè [illegible] ornamen[illegible] ſtati[illegible]: ate Raſtáned, & vrbem Caſ[illegible] ci[illegible] & lucro [illegible] quatuor ſtationum, Caſ[illegible] inter habes Indorum fama celebriores: &

[a] *Cardamomum.*

eius incolæ bellant aduerſus Caſar-Tarac. Ex vrbibus autem Cqennaug eſt vrbs Atráſa, quæ diſtat ab vrbe Caſmir exteriore ſex ſtationibus; Sita eſt propè flumen Ganges Indiæ, eſtque pulchra, ædificiis ampla, aquis irrigua permultis: & eſt vnum è propugnaculis Cqennaug, attingens Kabel ad terram Láhauer vſque. Ab vrbe Atráſa ad vrbem Tanáſet ſecus flumen quoque Ganges Indiæ extructam, quinque habentur ſtationes. Et ab hac ad vrbem Mádeiar ſecùs flumen Ganges, ſtationes ſeptem. Et ab hac ad vrbem Nahroara, quæ iacet ab occidentali ripa Ganges, totidem ſtationes. Ab vrbe Mádeiar prædicta ad vrbem Maloh, ſtationes quinque; & inter cæteras vrbes habet etiã duas vrbes Dodda, & Thonna; Diſtat autem Dodda à Maloh ſtationibus quatuor; Et inter Dodda, & Thonna ſtationes duę intercedunt. Similiter a Murides ad Dodda, tres habentur ſtationes; Murides verò habet arcem munitiſſimam, populum frequentem, mercatoreſque: milites etiam ad cuſtodiendum propugnaculum Kabel, quæ iacet ſub latere mõtis cuiuſdam maximi, conſcenſu difficillimi, in quo naſcitur magna vis[a] Canæ, & Chaizoran. Ab vrbe Murides ad vrbem Candahar ſitam in particula quadam montis præfati, ſtationes octo: & per radices eiuſdem montis erit eodem ab vna in aliam. Ab vrbe Candahar ad vrbem N[...] bentur ſtationes quinque, inceſſu aurigarum. I[...] tereà eſt ex vrbibus Indiæ conterminis regioni T[...] & eſt vrbs conſpicuæ dimenſionis, atque pulch[...] ficiorum: eius montes ſunt optimi ligni arom[...] ipſa verò producit Neregil, & Myrobalanos [...] ab eadem dictos; naſcuntur enim in [...] montibus etiam Kabel inueniuntur [...] mæ, & humanis vſibus aptiſſimæ, p[...] acutum, & venuſtum. Poſſ[...] tas, è quibus eſt Azerlan, C[...] que arces, pagos, atque ædi[...] ad Choüas quatuor interſi[...] ſtationes quinque. Ab Haſ[...] Kabel ad vrbẽ Kálbata, ſtati[...] ac Romela ſitæ ſunt ad orã plani[...]

[a] *E quibus conficiuntur haſtæ lancearum*

& terram Segeſtan. De regionibus iacentibus ab Orientali parte Moltan eſt vrbs Argoſt, inter quam, & Candahar ſtationes quatuor intercipiuntur; totidemque ſtationes inter Argoſt, & Moltan. Itemque inter Argoſt, & vrbem Romela, ſtationes decem. Inter Romela, & Kalbata, tres. Totidemque inter Argoſt, & vrbem Sandur. Atque hæc ſunt quæ narranda occurrebant de regionibus in iſta parte contentis.

## *NONA PARS*

### *Climatis ſecundi.*

VArias complectitur nona hęc ſecundi Climatis Pars vrbes Indicas, atque Sinicas: & quidem ex Indicis eſt vrbs Auriſin, ad litus maris Salſi appoſita, Lucqin, Cácala, & Atrágha. E Sinicis autem regionibus ſunt Tarbagharbe, Caitaghóra, Kaſíghara, Chaighon, Aſcqiria, Eſcqira, Bura, T...cha, Atrághan & Carnabul. Et in mari iſtic incluſo ha... ...uriſin, & Seiaſa.

Auriſin parua eſt, propè litus collocata, nec ...la celebratur, quòd & ambitu maxima, & mō... arboribus ſit frequentiſſima. Ab Auriſin ad ...abentur ſtationes secùs litus; atque hæc eſt propè mare, ad oram ſinus cuiuſdam aquæ ...n naues ingrediuntur. Ab hac ad vrbem A... ...n, & ad oras maris iacentem, ſtationes ... vrbem proſpectat intrà mare inſula ...e... ...us nec infrequens, diſtans à litore ... autem eſſe in prædicta inſu... ...ignem euomens, quandó... ...que pacatus. Ab ea vrbe ad ...rimam & aquæ dulcis æſtuarium ſi... ſtationes: atque hęc quidem vrbs eſt ...s, & lucro non ignobilis: & recenſetur ...r hāc & Sanf (quam pertinere quo-

que ad ditionem Sin diximus ſuperiùs Climate primo, vbi etiam de eius inſula ) tres interſunt ſtationes. Inter Caitaghoram, & Kaſághara vrbẽ in terra Sin, ſtationes quatuor. Ab vrbe Kaſághara ad vrbem Chaighon, ſtationes octo. Et ab vrbe Chaighon ad vrbem Aſcqiria de regionibus Sin, ſitam propè fluuium in Chamdan influentem: nec non ab Aſcqiria ad vrbem Tucha, ſex dierum iter habetur: Tucha verò iacet ad magnum flumen Kalhe Sinicum. Ab vrbe Tucha ad vrbem Bura bidui habes iter, ſi per prædictum flumen Kalhe deſcendas, quatridui ſi terram capias. Ab vrbe Bura ad vrbem Kaſághara nuper memoratam, ſtationes octo. Et ab eadem Bura ad vrbem Eſcqíra, ſtationes ſeptem. Ab Eſcqíra ad Kaſághara, ſtationes octo. Porrò Eſcqíra eſt ad flumen quoddam influens in amnem Báhanec. Ab ipſa deinde ad Taricic ſeptem circiter ſtationes. Rurſùs ab Eſcqira ad Atrághan ſtationes quatuor. Eſtque hæc ad magnũ dulcis aquæ ſtagnum, cuius centro nullum inuenitur profundum: aqua ipſius in nigredinem vergit, producitque piſces habentes roſtra noctuarum vultui ſimilia, capitibus criſtas gallorum inſtar gerentes. Ferunt autem incolæ Kaſaran-Tarac, idem illos efficere in homines, quod [a] Aſcancur, ſcilicet libidinem, & appetitum coitꝰ [illegible] excitare. Ab vrbe Atraghan ad vrbem Carn[illegible] quatuor. A Carnabul ad Tucha ſex ſtationes. A[illegible] ritima de terra Indorum ad Cácala, i[illegible] Vrbs Cácala ſerico abundat, cùm [illegible] bycum copiam enutriant; Veſt[illegible] calicum ab hac vrbe denomin[illegible] bem Caſmir, decem numer[illegible] que Cácala ad vrbem Atrá[illegible] Atrágha ad Atrághan, ſtati[illegible]

Deniqueflumina Indica [illegible] hanec, Kalhe, & pars fl[illegible] flumen Báhanec Indor[illegible] rem Indiæ partem Aqu[illegible] latus Orientale vrbis Ar[illegible] læ mari ſeſe iungit miſce[illegible] Sinarum fluuios eſt Kalh[illegible]

[a] i. Scincus.

que ipſius ripam degentes conſuetudine quadam vtuntur, vt ſi quis eorum facinus aliquod perpetrauerit, eoque luſtrare ſe voluerit, conferat ſeſe ad hunc fluuium,& hominum turbis aſtãtibus,eique fœlicitatem precantibus,& gloriam,atque æternitatem auſpicantibus, in flumen ſeſe immergat, & moriatur.

---

## *DECIMA PARS*
### *Climatis ſecundi.*

DEcima hæc Secundi Climatis pars continet regiones Sinarum Orientales, nempè vrbẽ Suſa Sinicam, Saala, Tárama, Sinia Sinarum, Aſahda,Sadcho, Bageh,Baſhaiar,Caſcia,& Sarecqia.Et ex inſulis quæ ſunt in mari Orientali, continet inſulam Námaneg, & inſulam Sabâra.

E fluminibus autem magnis quæ complectitur, eſt flumẽ Chamdan Sinarum,cuius ad orientalem ripam eſt appoſita S[illegible] Sinica: è qua ad vrbem Cáietua habentur ſtationes [illegible] militer ab eadẽ Suſa ad vrbem Sinia Sina[illegible] exdecim. Item à Suſa ad vrbem Saala, iter [illegible]o hac ad Sinia Sinarũ,ſtationes ſeptẽdecim. [illegible] & [illegible] ſtationes octo.Rursùs ab vrbe Sinia ad [illegible] octo. Paritérque ab Aſanho ad *a Paulò ante, Aſahda.* [illegible] propè mare ab vrbe Bageh ad vrbẽ Sadcho [illegible] naues ingr[illegible]o verò adiacet paruo flumi[illegible], & ad or[illegible]nerat,& vrbs quatuor ſta[illegible] vrbem pr[illegible] Sadcho ad vrbem Baſha[illegible]ius n[illegible] Baſhaiar ad vrbem Caſcia, [illegible]a ad vrbem Sárechia popu[illegible] [illegible]ſcia ad vrbem Bageh, ſta[illegible] [illegible] Sárechia ad vrbem [illegible]aritimam [illegible] ſtationes: [illegible] maximum eſt,& habi[illegible]s, & lucro no[illegible]quens. In hoc memorat [illegible]r hãc & Sam ingentem,ſublimem,

quæ ex ferro conſtare dicitur, vocatam lingua Indica, Barſciul, fabricatam, firmatamque in profundo fluminis, eleuatam ab aqua decem ferè cubitis,& plùs cubito latam, tres habentem in ſummitate ramos craſſos, acuminatos,& quaſi ignẽ acutos. Propè ipſam ſedet homo quidã legẽs librũ, ac fluuiũ his verbis compellans, O plene benedictionum, & ſemita Paradiſi: tu emanas è fontibus Paradiſi, quem & hominibus oſtendis. Beatus qui hanc arborem conſcenderit, ſeque ſuper columnam iſtam dederit præcipitem. Hiſce ſermonibus aliquis, vel aliquot ex aſtantibus commoti cõſcendunt arborem, ſeque ſuper columnam proijcientes incidunt in flumen & necantur; & qui ibi circunſtant homines deprecantur illis beatitudinem, aſſecutionem Paradiſi, & gaudia æterna. Fertur autem fluuius Kanac in hoc flumẽ influere.

Inſulam verò Námaneg, quæ eſt in mari Orientali, nautæ Sinarum ſimul conuenientes ingrediuntur. Narratque Auctor libri mirabilium eſſe in hac inſula gentem caudatam, cui dominatur Rex ex ipſiſmet. Et quæ h[illegible]enùs expoſuimus, animis ſufficiant curioſis. Atque hi[illegible]ima ſecundum. Deoque laus immenſa. [illegible] eode[illegible]

# CLIMA TERTI[illegible]

CVm iam ſuper[illegible] bus in præ[illegible] viſum nob[illegible] ſtare in hoc[illegible] re q[illegible]ndica[illegible] oppida, fines; ſimu[illegible] nera, milliarium & ſ[illegible] cimus [illegible]

# PRIMA PARS
## *Climatis Tertii.*

PRimam hanc tertij Climatis partem initium trahere à mari maximo, quod occidentalem orbis terrarum plagam circumdat. Continetur autẽ in hoc mari inſula Sara Tenebroſo mari proxima, quam a Bicornis ingreſſus fertur ibi pernoctaſſe antequàm tenebræ illam inuaſiſſent, & eius incolæ multos ex Alexandri comitibus lapidum iactu læſiſſe. Continetur etiam inſula Saále, in qua reperitur ſpecies hominũ mulieribus ſimilium, dentes caninos habentium prominẽtes, oculos quaſi fulgur, halitum veluti lignum comburẽs, ſermonem minimè intelligibilem loquentium; Hi cum beſtijs marinis pugnant: & viri nequaquam diſtinguuntur à mulieribus, niſi partium pudendarum differentia, viri enim ſunt imberbes: induuntur autem folijs arborum.

a Cognomẽ Alexandri magni.

Citrà hanc i[illegible] eſt etiam inſula Chaſaran terra ſpatio- [illegible]ons ſublimis, & ad ipſius radices gens [illegible]s, & breuis ſtaturæ, barbas habens a- [illegible]ſſas, vultus latos, & grandes aures: Hi [illegible] & herbis quibuſcunque, quas ibi terra [illegible] cætera iumenta: habentque propè mare [illegible]te ex imo effluentem.

[illegible] naues ingre[illegible] inſulam Ghaur longi- [illegible]m, & ad or[illegible] vuarum, olerumque vrbem pr[illegible]js, æſtuarijs, & lacub[illegible]s [illegible]us n[illegible]e habentes cornua val-

[illegible] cuius vrbi Arx im- [illegible] ex[illegible] inſula Calhan, in qua referens humanam, capitibus e ſeſe immergentes educunt- [illegible]cia, iiſque veſcuntur.

[illegible] [illegible]ſula duorum fratrum magorum,

gorum, quorum vnus Sciaraham, alter Sciaram vocatur. Proſpectat hæc Portus Aſafi, eſtque ex ijs adeò diſſita, vt cùm ſudus, & nebulis expers aër mare occupat, fumus è continente cerni dicatur. Eſt item in hoc mari inſula ouium magna, & tenebris circumſepta, in qua ſunt oues innumerabiles quidem, ſed exiguæ, & carnium amariſſimarum ita vt comedi nequaquam poſſint: & hoc conſtat etiam relatione [a] Almagrurin.

*a i. Errātiū, quorum hiſtoriam narrat infrà clim. 4:*

Huic proxima eſt inſula Raca quæ eſt inſula volucrum: fertur enim eſſe in ipſa genus volucrum rubei coloris, aquilis ſim[illegible], vnguibus inſtructarum, quæ belluas marinas venan[illegible] comedunt, nec vnquam ab hac inſula diſcedunt. Di[illegible]am eſſe in eadem inſula ſpecies fructuum, magnæ ficui perſimilium, quorum eſus curat ab omnibus venenis.

*b i. Litorea.*

Præter ſupradictam eſt inſula [b] Sahelia, quæ longitudine dierum quindecim, latitudine verò decem dierum ſpatium explet. Erant in hac tres paruæ vrbes populoſæ, ad quas vſque nautæ pertranſibant, portum capiebant, & Ambarum, lapideſque diuerſicolores emebant, verum diſſidiis inter illarum regionum incolas exortis perierunt ferè bello inteſtino.

Extat etiam in hoc ipſo mari inſula [illegible]
tur eſſe arbores aloës copia multiplici, [illegible]
expertes; at verò ex inſula eductæ, & pe[illegible]
ſuaueolentiam recuperant: ſuntque nig[illegible]
que ponderis. Denique in eodem mari [illegible]
mæus Peluſius, continentur vigintiſ[illegible]
rum, ſi habitatæ cum occultis ſim[illegible]

*c i. Solitudinis.*

Ad hæc, amplectitur pars iſta [illegible]
Lamtæ, Tazécaghet, A[illegible]ham[illegible]
remotioris, vrbem Ta[illegible]
que hæ ſunt regiones [illegible]
gelmaſſa, Daraa, Day[illegible] adela, [illegible]
læ, & Fas, Mecnáſa, Sala, om[illegible]
cùs mare maximum: Item vrb[illegible]
re, Sagraüe, Maghaila, Ac[illegible]
lilla, Vahran, Tahart, & A[illegible]

medij continet Tenes, Bereſc, & Inſulas Bani-Mazághana, Tádales, Begiaya, Gigel, Meliána, Calaa, Almaſila, Ghadir, Macra, Necáus, Tobna, Coſantina, Banhes, Bagháya, Tiſas, Darmadian, Tarma, & Dar-mallul. At verò regiones Nul vlteriores, & Tazecaghet ſunt ſub ditione Lamtúnæ Solitudinis. Lamtuna verò eſt familia quædam è Senhagia deſcendens: Senhagia autem & Lamta duo ſunt fratres germani eodem patre, matreque. Horum pater, qui Lamt appellatur, filius eſt Ozaa, de filiis Homair: mater vocatur Tarecai [a] Alargia, & eius pater Zenáte. Haüar etiã fratres habuit Sẽhag, & Lamt ex eadẽ matre, & eius pater fuit Maſur fili⁹ Mathni, filii Calaa, filij Aimã, filij Soaid, filii Homair: fuit autem cognominatus Haüar ex dictione, quam aliquando protulit; Nationes enim Arabes, populos Barbaros inuadentes, conuerterunt illos diuturno vſu, & contubernio ad ſuas linguas, ita vt vnum idemque populi genus efficerentur. Accidit autem cuidam de principibus Arabum, Maſur nomine, qui habitabat cum gente ſua in regione Hagiaz, vt amitteret camelam, & ad eam quęrendam per Nilum tranſiret in Ægyptum, & regiones occi- Citrà [illegible] penetr[illegible]t; cúmque deueniſſet ad montes Tripo- [illegible]atuor [illegible] A[illegible]m ſuum; Vbinam terrarum ſumus? Reſ- habes vrbes [illegible]n terra Africæ ſumus. Ait, Certè Tahaüar- Vrb[illegible] Caſ[illegible]mus: nam Tahaüor ſtultitiam ſonat apud á Ca[illegible] [illegible] voce appellatus fuit Haüar. Maſur autem interiore a[illegible] homines quoſdam è familia Zenáte, & fœ- dantem, ſept[illegible] adhibito iureiurando; Videnſque in terra [illegible]to vocatur A[illegible]atrem Senhag [illegible] Lamt, cuius paulò an- [illegible]num flumen, qu[illegible]ſam, pulc[illegible] apta membrorum [illegible] Moſelle mentio[illegible], om[illegible]ique perfectione inſignem, e- [illegible] hunc eſſe [illegible] viatori[illegible] [illegible]rrogauit de ipſa, voluitque eam [illegible]us quàm ſemicur[illegible] Tarecai [illegible] erat tũc temporis [illegible]s ardentem q[illegible] ſecum duos [illegible]eros ſuos Senhag, [illegible]natu[illegible]anquillus, [illegible]s. Itaq; M[illegible]ur habuit ex ea filium, [illegible] cui cor[illegible]hór[illegible] [illegible] deinde decubuit Maſur, relictis [illegible] cum ornamen[illegible] [illegible]us fratribus Lamt, atque Senhag, vni[illegible]ſam ci[illegible]rum [illegible]us [illegible]pud auunculos de domo Zenáte. eſt [illegible] [illegible]nte[illegible] [illegible]tos genuerunt filios, qui ſtir-

[a] i. clauda.

Iouis,Veneris, Sabbathi, & Dominico; Reliqua verò hebdomada totũ deflectunt ad irrigandos hortos,& terras ſuas, impediuntque penitùs quin alluat vrbem. Incolæ eius vrbis ſunt Hauaritę ex familijs Barbarorum, qui ob cohabitationem Barbari facti ſunt.

Duodecimò ab hoc milliari, ad plagam ſeptentrionalem eſt vrbs Maracos, quam condidit Ioſef filius Taſefin initio anni quadringenteſimi ſeptuageſimi, poſtquàm emerat terram ipſius ab incolis Aghmat magna vi argenti, eamque ſibi ac nepotibus ſuis aſcripſerat. Eſt hæc in planitie, circa quam nullus conſpicitur mons præter paruum quendam montem Aigilin dictum, è quo excidi curauit lapides ad extruendas ædes ſuas, quæ appellantur [a] Dar-alhagiar: Nec vllus eſt lapis in vniuerſo vrbis Maracos ſitu, niſi ex prędicto monte. Aqua verò, qua vtuntur ad hortos irrigandos, extrahitur pulchro quodam artificio mathematico, quod excogitauit Obaid-allah filius Iunes mathematicus. Habet hæc vrbs in longitudine quaſi mille paſſus, totidemque ferè latitudine. Ad tria millia paſſuum ab vrbe Maracos excurrit fluuius Tanſift appellatus, non quidem [illegible] in perpetuò fluens, cuius aqua emanat è f[illegible] ferè ſcatentibus de monte Daran, qua part[illegible] Aghmat-Ailan. Porrò Aghmat-Ailan v[illegible] dices prædicti montis Daran, ad Orient[illegible] mat-Varichæ ſuperiùs memoratæ, à [illegible] millibus. Ex parte Meridionali, de nig[illegible] Ailan Barbaræ, quæ illic [illegible]m mari ſuburbana occupant natio[illegible] vigintiſ[illegible] la, Rageragia, Zeuda, His ſim[illegible] tem ab Occidente & ab Ori[illegible] richæ.

[a] i. Ædes lapidis.

Cęterùm ab vrbe Maracos a[illegible] appoſitam, nouem ſtationes hab[illegible] nin oppidum ſitum initio[illegible] accliuitate aut decliui[illegible] b vrbe Seg[illegible] duabus ſtationibus in longitudine[illegible] miliæ aliquot Barbarorum, videlic[illegible] dràna. A Tunin ad oppidũ Iabacti[illegible]

ad Aghaſſic pagum, ſtatio tertia: & hic pagus ſitus eſt in extrema planitie præfata. Totus autem eius planitiei tractus plenus eſt genere quodam ſpinarum, quæ dicuntur Alſedr, & ferunt fructum, qui vocatur [a] Alnabc. Abundat eadem planities teſtudinibus terreſtribus, quæ magnitudine ſuperant maritimas, è quarum conchis parant ſibi gentes illarũ partium vaſa ad lauandum, & ad pinſendam farinam. Ab Aghaſſic pago, ad oppidum Om-Rabya, ſtatio item vna: Eſtque oppidum hoc magnum, atque frequens, miſcellaneis cultum Barbaris, familia ſcilicet Rahunæ, & nonnullis ex familiis Zenate, & Tameſne; Porrò familię Tameſne plures ſunt ac diuerſę nempè Barghoâta, Matmâta, filii Saleb, filii Iaamran, Racara, & pars Zenate, & filii Fagiaſas ex eodem Zenate. Omnes iſtę familię poſſident agros, armenta, atque camelos, ſuntq; rei equeſtri maximè deditæ. Vltima harũ gentiũ habitatio eſt port⁹ Fadhâlæ ad Oceanũ Occidentalẽ, inter quẽ & flumẽ Om-Rabya tres inſũt ſtationes: nã Om-Rabya adiacet magno flumini murmurãti, quod faſelis traiicitur, rapido, præcipiti, & rupibus, lociſque ſaxoſis [illegible] Om-Rabya ad Aichiſel oppidũ pulchrum, fonti-[illegible] Ab hoc oppido ad oppidũ Ancal, quod [illegible] [b] [illegible]r-almorabetin, ſtatio. Ab Ancal ad Ma-[illegible]; Macul autem adiacet paludi, adhæret-[illegible], quod appellatur deſertum Choraz, XII. [illegible] porrectum, aqua omni aridum: Et [illegible] magni inſtar Caſtelli. A Macul ad [illegible]betur ſtati[illegible], & per prædictum de-[illegible] oppido Ticſas ad vr-[illegible] appoſita eſt ad ma-[illegible] Sáleh diſtabatque à [illegible] eratque ſita ad flumen Aſmir, [illegible] Sala nouam, ibiquemergit ſe [illegible] diruta, & præter quædam ædi-[illegible] erecta veſtigia aliud o-[illegible] eius ædificia non rara. [illegible] mare eſſe diximus, qua par-[illegible] eſt, vt nemo nautarum poſſit ad [illegible] Eſtque vrbs forma, & vbertate

[a] *Auic. Nabach.*

[b] *i. Habitaculum ſpeculatorum.*

conſpicua, in terra arenoſa. Naues ad eam venientes non ſoluunt anchoras in mari, cùm eius portus ſit nimiùm apertus; ſed in flumine ſupra memorato. Imò naues ad os fluuii ingrediendum egent ductore, ob ſaxa & breuia carinis pernicioſa, anfractuſque flexuoſos, quos nonniſi expertus quiſque ſuperare poteſt. Ab vrbe Sala, ſecùs mare procedēdo, ad inſulas [a] Tair duodecim habentur milliaria, totidemque milliaria ab eadem ad portum Fadhâlæ in plaga Meridionali. A Fadhâla ad portum Anfa XL. M. P. eſtque iſte portus frequens. Ab Anfa ad Mazighen portum, LXV. M. P. via recta A Mazighen ad [b] Baidha continentem, XXX. M. P. A Baidha ad portum [c] Ghait aliā continentem, L. M. P. Totidemque à Ghait ad [d] Aſafi. Ab Aſafi ad promontorium [e] Giabal-Alhadid, LX. M. P. A promontorio Giabal-Alhadid ad Ghait, qui eſt in continente, L. M. P. Similiter à promontorio Mazighen ad Aſafi, rectà, LXXXV. M. P. obliquè verò, CXXX. Erat autem Portus Aſafi temporibus elapſis vltima nauibus ſtatio, ſed nunc illum plùs quatuor curſuum interuallo prætergrediūtur. A portu Aſafi ad portum Maſet, in extremitate continentis CL. M. P. [...]

Sala ad vrbem Fas, ſtationes quatuor. [...]
ſtituitur duabus vrbibus diſtinctis magn[...]
è fontibus, qui vocantur fontes Senhag[...]
trà vrbem multæ habentur molendinæ, [...]
cuique molere frumentum ſuū null[...] mer[...]
quæ ad partem Fas Borealem eſt app[...]
bin; quæ verò ad Auſtralem, appellatu[...]
hæc à Segelmaſſa tredecim ſtationibus [...]
ducit, eſt per Safraüe ad C[...]
ad populum Saffar, ſecat[...]
ius latus meridionale, ind[...]
Safraüe diſtat à Fas ſtati[...]
[f] Calat-Mohdi duæ habētu[...]
eſt, at populoſa. Inter vrbem [...]
P. M. per plagam Occidenta[...]
vrbes in via quæ tendit ad Sala; [...]
eſt à Fas ad vrbem [g] Maghila, à M[...]
nat, ad campum [h] Annachlæ, ad M[...]

[a] i. Volucrū.
[b] i. Alba.
[c] Afr. Azafi.
[d] i. Sylua.
[e] i. Montis ferri.
[f] i. Arcem.
[g] Afr. Maghilla.
[h] i. Palmæ.

C

náſæ, ex parte Occidentali, ad [a] Caſr-Abdelcherim eſt interuallũ triũ ſtationum. Caſr-Abdelcherim incolit populus quidã Barbarorũ, qui dicũtur Sẽhage, eſtq; vrbs modica varijs Sẽhage familijs habitata; adiacetq; flumini [b] Vlcos, quod eam deferens tendit in meridiem: eſt autem à mari ſemota tribus ferè P. M. A Caſr-Abdelcherim ad vrbem Sala, quæ eſt ad oras maris Salſi, duę habentur ſtationes, vna à Caſr ad Maamúra, altera à Maamúra ad Sala. Rursùm ab vrbe Fas ad vrbem Sebta, quæ eſt ſecùs mare [c] Zacac à Septentrione, ſeptem ſtationes. Itemque à Fas ad Telemſan, ſtationes nouem: Et via inter has duas eſt huiuſmodi: Egredieris è Fas ad fluuium Sobu: indeque perges ſtatione vna ad Thamála: ab hac ad Karnáta, & ab iſta ad [d] Bab-zenate fluuium aruis vtrinquè clauſum, circiter x. M. P. Ab hac deinde ad [e] Calat-Karamta, ſtatio vna. A Karamta per radices montis ad Mezeüar, indeque ad fluuium Maſun, ſtatio vna, quem qui petere cupit, tranſeat per Taberida arcem munitam ſitam ſuper collem erectum ſecùs fluuium Moluyæ. fluuius iſte coincidit cum flumine Saa, & ambo ſimul iuncta [illegible]dam per Ni[illegible] inter Gerâüa-Cais, & Melillam: Indeque Citrà [illegible]es [illegible] [illegible]uam, paruam, ſitam in imo colle, ſta[illegible] [illegible]atuor [illegible] A[illegible] Gerâua ſtatio vna: diſtat autem Gerâ[illegible] habes vrbes [illegible] ab hac ad Barcana Caſtellum, cui im[illegible] Vrb[illegible] Caſm[illegible]ia, ſtatio vna. Ab hac ad Aalauain oppi[illegible] á Caſ[illegible] [illegible] hac voc[illegible] amni à Meridie fluenti, ſtatio v[illegible] interiore a[illegible] [illegible]es [illegible] ſtatio item vna, Telemſan eſt [illegible] autem, ſep[illegible] adhibito [illegible]is firmiterque conſtructis mœ[illegible] [illegible]pto vocatur A[illegible]atrem S[illegible] hæc duabus vrbibus muro [illegible]num flumen, qu[illegible]ſam, [illegible]em, qui vocatur [f] Sachra[illegible] [illegible] Moſelle mentio[illegible] [illegible] meridionalem vrbis plagã [illegible] hinc eſſe [illegible] via [illegible] [illegible] radices molendinæ ſecùs [illegible] quàm ſemi[illegible] [illegible] Sa[illegible]dæque, qui riuus appel[illegible] [illegible] ardente[illegible] [illegible] riuum extructa ſunt mo[illegible] [illegible]onatu [illegible]anquillus, [illegible] [g] [illegible]oſorum ædificia, cum vi[illegible] [illegible] cui corc[illegible] [illegible] riuus ille [h] Alfuâra: & [illegible] cum ornamen[illegible] [illegible]arte. Non longè ab eadem vrbe ex[illegible] [illegible]ſam ci[illegible]rum [illegible] [i] Iahia dictus, è quo riuus in vr[illegible] eſt a[illegible] [illegible] [illegible]nte [illegible] lacum, ac tùm diſpenſatur in domos,

[a] i. *Arcem.*
[b] *Afr. Lucus.*
[c] i. *Vici.*
[d] i. *Portam.*
[e] i. *Arcem.*
[f] i. *Duo ſaxa.*
[g] i. *Chriſtiani.*
[h] i. *Scaturigo.*
[i] i. *Matris Ioannis.*

domos, irrigationes hortorum, balnea, cauponas, & ſimilia.

Via, quæ ducit à Telemſan ad vrbem Tenes, eſt ſeptem ſtationum. Nàm egrediens è Telemſan conficies ſtationem vnã ad Auſabe. Ab hac ad [a] Caſr-Senan, ſtationẽ alterã. Hinc ad Naormart, ſtationem. Tùm ad Vahdan, ad Rezau, ad Moſtoghánim, ad Mazúna, ad Chámis ſecùs flumen Selef, ad Meliána, atque hinc demùm ad Tenes, ſtationes tres. Vrbs Tenes non procul diſſita eſt ab oris maris Salſi, nam ſpatio duorum M.P. diſtat ab ipſo mari: & partìm in montem aſſurgit atque plantæ Sedr eam fermè circundant: partìm verò in terram planam porrigitur; eſtque ea vrbs vetuſta, antiqua, fortiſſimis cincta muris.

a i. Ædes.

Iter à Telemſan ad vrbem Vaharan maritimam eſt duarum ſtationum magnarum, imò trium, vt alii volunt; Nã exibis à Telemſan ad flumen Satabſif, diſtantque abinuicẽ ſpatio vnius ſtationis. Hinc ad pagum quendam, ad quem diuertes, ſtationem item vnam conficies. Tùm ab hoc pago ad vrbem Vaharan. Vaharan autem proxima eſt litori maris, impendentque illi firmiſſima propugnacula terræ, ſuntque in ipſa vici ſpatioſi, & artes multigenæ, merceſque perutiles; proſpectat hæc vrbem Almeriam in oris maritimis terræ Andaluziæ, & latitudo maris inter eas eſt duorũ curſuum: & ex eadem extrahitur maior pars annonæ gentium maritimarum Andaluziæ. Habet ad ianuas ſuas Portum exiguum nullo vento ſecurum, ſed ad duo milliaria habet portum magnum, in quem ſe recipiunt grandia nauigia & naues velificæ: atque hic portus protegit ab omnibus ventis, neque parem habet in tota ora maritima terræ Barbarorum. Præbet incolis eius potum fluuius è mediterraneo ad ipſam excurrens.

Via, quæ ducit ab vrbe Tenes ad [b] Almasíla de terra filiorum Hamad in Occidente medio, eſt huiuſcemodi. Egredieris ex vrbe Tenes, procedeſque ſpatio iuſtę ſtationis ad filios Vazeleſn per montes horridos, rupeſque frequentes. A filiis Vazeleſn ad [c] Chadhra habes item ſtationem. Et à Chadhra ad vrbẽ Meliana, ſtationem: & tertia ab hac die, ex parte Meridionali, extat mons Vanſeris dictus, ... longitudine

b Africano, Meſila.

c i. Viridem.

gitudine expletiter quatridui, attingit enim extremitatibus ſuis loca propinqua Tahart. Ab vrbe Meliana ad [a] Kez-nayæ, ſtationem: eſtque hæc ad flumen Selef appoſita, & ſingulis hebdomadibus celebrantur in ipſa nundinæ magna, hominum copia frequẽtes. A nundinis Kez-nayæ ad oppidum Righa, ſtationem. Et ab hac ad Aſiraziri, ſtationes duas. Ab hac ad Tamerkida, ſtationem. Denique ſtationes duas ad Almaſila. Eſt autem iſta ſecùs flumen aquę non modicæ, ſed ſuper terræ ſolum ſcatentis, & nequaquàm profundæ: aqua ſuauis eſt, fertque piſciculos rubris maculis pulchrè diſtinctos, quibus nunquam conſpecti ſunt ſimiles in vlla regione terræ habitatę, in quibus & gloriantur incolæ Almaſilæ; mẽſura taliũ piſciũ non excedit palmũ; Et aliquando capiuntur ſumma in copia, & deferuntur ad [b] Calat Bani Hamad, quę diſtat ſpatio duodecim milliarium. Eſt autem vrbs Calaa de numero ampliſſimarum regionum, iacetque in latere montis valdè ſublimis, & aſcenſu perdifficilis, quem totũ mœnia vrbis circundant. Hæc vrbs abũdat ſcorpionibus nigris illicò perimẽtibus; quare incolæ Calaę, vt ab iis ſibi caueãt, & contra eorũ nocumenta ſeſe muniãt, bibunt plantam Aolion Harranici, quæ duarum pondere dracmarũ potata fertur ſumentem ſeruare ad annum integrum, ne quid mali patiatur à ſcorpionibus. Atque hoc quidem vulgare eſt apud illos. Imò perlatũ eſt hoc ipſum hac nostra tempeſtate ab homine fide digno, qui narrauit bibiſſe ſe ex prædicta plãta poſtquàm à ſcorpione morſus fuerit, & ſtatim ſui ſe doloris leuamen ſenſiſſe: fuiſſe etiam ſe [illegible]qua anni ſerie ter morſum ſcorpionibus, nec vllum ſe ex morſibus dolorem percepiſſe. Ea autem herba plurima eſt in regionibus Calaæ. Iter ab vrbe Telemſan ad vrbem Almaſila eſt huiuſmodi: A Telemſan ad vrbem Tahart, quę diſtita eſt à mari ſtationibus quatuor, quatuor itidem habentur ſtationes.

Vt autem modò redeamus ad vrbem Vaharan, ſuperius memoratam, dicimus diſtare illam ab vrbe Tenes duobus curſibus, ſeu CCIV. M. P. Ab vrbe Tenes ad Bereſc ſecus litus, habentur LXIII. M. P. Ab vrbe Tenes ad vrbem Meliana, itinere terreſtri, duæ ſtationes. Inter Meliána, &



[a] i. clauſtrũ.

[b] i. Arcem.

Tahart, tres ſtationes, ad Serſal milliaria viginti, coniungitque ambas mons aſperrimus, cultus natione quadam Barbarorũ vocata Baya. A Serſal ad[a] Algezaier pertinentẽ ad filios Mazághana, LXX. M. P. Vrbs Algezáier adiacet mari, & fontes aquæ dulcis ſecùs mare ſcatẽtes nec non putei incolis potum adminiſtrant. Ab Algezáier ad Tamedfos, Orientem versùs, nouem milliaria: Eſt autem Tamedfos Portus pulcherrimus. Hinc ad[b] Merſa-Aldagiag, milliaria viginti: habetque hæc Portum fidiſſimum. Ab vrbe Merſa-Aldagiag ad vrbem Andalos, milliaria viginti quatuor. Ab Andalos ad vrbem Begiáya ſeptuaginta habentur milliaria itinere terreſtri, totidemque maritimo. Begiáya eſt ad mare appoſita, verùm ſuper rupis extremitate ſita, habetque à Septentrione montem Amaſiun dictum, excelſum quidem, & arduum conſcenſu, cuius in lateribus naſcuntur variȩ ſpecies plantarum in arte medicinæ vtilium, quales ſunt arbores Lycii, & Scolopendriæ, & Barbaris, Centaureum grande, Ariſtolochia Abſinthium, aliæque id genus plãtȩ. Extat prætereà in illa officina, in qua exercȩtur ars fabricandi nauigia magna, cymbas, naues, atque triremȩs: quoniam trabes tàm in vallibus, quàm montibus ipſius plurimæ ſunt: & ex eius limitibus defertur ad eandem pix præſtantiſſima cum bitumine. Extant etiam in illa cer-
næ ferri optimi vſus, cunctæque peregrinæ ... &
tes. Ad paſſus mille ab eadem vrbe ex...
cidentali fluuius naſcens è partibus ...
giarȩ; fluuius eſt magnus, & prop...
quit; quoniam tamen quò mag...
eſt aquis, poteſt quiſquis quo...
tereà vrbs Begiaya eſt me...
multas regiones. Nam à E...
& ampliùs. A Begiáya q...
quàm duæ ſtationes. Item ... rope
Rursùs inter Begiáya ... âmæ,
cto dierum. Et inter Begiáya, & C...
Béſcaræ, iter quinque dierum. Inter
ſtationes. Inter Begiáya, & Cál...
Begiáya, & Tabſa,[c] dies. Inter ...

[a] i. Inſulas, modò Algeri.

[b] i. Portum gallinarum.

[c] Deeſt numerus.

[d] i. Domicilia.

giáya, ſtationes vndecim. Inter Begiáya, & [a] Alcaſrain, iter ſex dierum. Deniquè inter Begiáya, & Tobna, ſeptem ſtationes. Porrò iter ab vrbe Begiáya ad Calaa eſt eiuſmodi, egredieris è Begiáya, ad [b] Almadhiac, ad [c] Suc-alahad, ad vallem Vaht, ad arcem Ticalat, & hinc ad Tadereqt, ad [d] Suc-álchamis, ad arcem Bacr, & iſtic eſt diuerſorium. Ab arce Bacr ad arcem Várefu, quæ & Raſu appellatur, ad [e] Alcaſr, quæ oppidum quoq; eſt, atque ibi deſeres amnem Begiáyæ ab Occidente: tùm procedes per Meridiem ad arcem [f] Alhadid, ſpatio ſtátionis vnius; ad [g] Sciaara: ad arces nationis Tarácos: ad Tauart: & á Tauart ad [h] Albab, ſunt autem Albab montes quidam, per quos tranſit flumen ſalſum: Hinc ad [i] Alſacaief arcem [k] Alnâtur, ad [l] Suc-álchamis, vbi eſt diuerſorium. Inde ad [m] Suc-alethnain, ibique etiam eſt diuerſorium. Hinc ad arcem Tafelcáiet, ad arcem Tazeca, ad ædes Attyæ, tùm demùm ad arcem Calaa, interuallo ſtationis. Ab Almaſila autem ad Tobna habentur ſtationes duæ, Tobna verò eſt vrbs [n] Alzab. A Mocra ad Tobna ſtatio. Et inter Tobna, & vrbem Begiáya ſex ſtationes. Similiter à Tobna ad Baghai ſtationes quatuor. Itē à Tobna, Orientem versùs, ad [o] Dar-Mallul, ſtatio grandis. Inter Dar-mallul, & Necaus, tres ſtationes; & ad vnam ſtatio-grur[illegible] amplius ab hac, eſt mons [p] Auras. Similiter etiam à d[illegible] vulgare [illegible] Calaa, tres ſtationes. Mons autem Auras fer[illegible]e noſtra tempeſta[illegible] montis Daran occidentalis ipſi cohæ[illegible]ſſe ſe ex prædicta [illegible]maſila, ſtationes quatuor, ſecundùm [illegible], & ſtatim ſui ſe dolor vrbe Necáus ad arcem [q] Beſcara, [illegible]qua anni ſerie ter[illegible]d arcem Naus ſitam in imo latere [illegible]morſibus dolorem percep[illegible]. Et ab hac ad vrbem Almaſila, [illegible]n regionibus Calaæ. Iter a[illegible]rientali plaga vrbis Calat-A[illegible]aſila eſt huiuſmodi: A Telc[illegible]tatque ab illa quatuor ſta-d[illegible]ta eſt à mari ſtationibu[illegible] q[illegible]ersùs, ad vrbem Coſanti-be[illegible]tur ſtationes. [illegible] cto; Mons ambas coniun-

Vt autem modò re[illegible]a, re[illegible] [illegible]m. Hanc vrbem, nem-[illegible]s memoratam, d[illegible]at fluuius vndequaque ambitque [illegible]bus curſibus, ſeu quæ intrà eaſdem ſunt, nullibi exce-ſe[illegible]litus, habentur [illegible]xturç, niſi ex parte portæ, quæ reſpi-M[illegible]na, itinere terreſt[illegible]bet portas, portam Milæ ab Occi-

 dente,

[a] i. Duo palatia.
[b] i. Locū anguſtum.
[c] i. Nundinas diei Dominica.
[d] i. Nūdinas diei Iouis.
[e] i. Arcem.
[f] i. Ferri.
[g] i. Syluam.
[h] i. portam.
[i] i. Laquearia.
[k] i. cuſtodis.
[l] i. Nūdinas diei Iouis
[m] i. Nundinas diei Lunæ.
[n] Afr: Azzab vel Zeb.
[o] i. Domicilium quercus.
[p] Afr: Auraz.
[q] Afr: Peſcara.
[r] Afr: Mela.
[ſ] i. Ventorū.

*a i. Arcus.* dente, & portam [a] Alcántaræ ab Oriente. Et quidem numeratur hæc inter mira ædificia: Et flumen eius è plaga meridionali excurrens alluit illam ab Occidente, tùm circa vrbem progreditur ad Orientem, poſteà reflectit ſeſe ad Aquilonem, donec influat in mare ad latus occidentale fluminis Sahar. Inter Coſantinam & Baghai tres numerantur ſtationes. Pariterque à Coſantina ad Begiáia eſt iter ſex dierum: quatuor uidelicet dierum ad Gigel, & à Gigel ad Begiáia L. M. P. Similiter à Coſantina ad Abres ſtationes quinq; habẽtur. Et ab hac ad Begiáia ſtationes quatuor. Et ab hac ad arcẽ Bazer iter bidui. Ab hac ad Tifas, duarũ iter eſt longarũ dierũ. Et duarũ ſimiliter magnarũ dierũ iter habetur ab hac ad Cálema. Et ab hac ad Alcaſrain, triduũ. Ab hac ad Dur-Madiã ſex dies. Ab hac ad portũ [b] Coll, biduũ. Porrò vrbs Gigel mari adiacet, eoq; ambitur, & eſt pręt-ọeà muris inſtructa. A Gigel autem ad Promontorium Marghiten, ad Inſulas [c] Alafie, ad [d] Fach-alzarzur, ad inſulam Manſurie mari appoſitæ, ad Matúſam pagum populoſum, in quo extant fodinæ gypſi, quod indè aſportatur ad Begiáia: diſtantque abinuicem duodecim milliaribus. Eodem modo à Gigel ad Begiaia Naſeriæ, L. M. P. Habet autem vrbs Gigel duos portus, vnum à Meridie, qui arduus eſt, atque perdifficilis ingreſſu, niſi enim perductorẽ per[illegible] lere nemo poteſt; alterum à Septentrione, c[illegible] tus [e] Sciaara, atque hic eſt omni agitati[illegible] tus, nauibuſque valdè oportunu[illegible] multa nauigia, propter anguſt[illegible] Gigel ad vrbem Coll, quæ eſt [illegible] ſita Parte contentarum, LXX. [illegible] ſantinam, ſtationes duæ [illegible] vrbe Begiáia, ad Meridie[illegible] uicem ſpatio duarum ſtatio[illegible] tina, ſtationibus quatuor. P[illegible] quem incolunt familiæ K[illegible] ſima, & confugium [illegible], & C[illegible] ditionem filiorum H[illegible]. Inter ab Occidente montem Cál[illegible] a Begiaya, ſtatione cum [illegible]

*b Afr. Chol-*

*c i. Salubritatis.*

*d i. Laqueū fluminorum.*

*e i. Sylua.*

Ketámæ adeò protenduntur vt confines fiant terræ Coll,& Bonæ.

Verùm cùm de qualitatibus regionum, & rebus rarioribus locorum, quæ in iſta Parte comprehenduntur, ſatis iam dixerimus, reſtat modò vt deſcribam⁹ oras maris, quod in eadem parte continetur cum eius Sinibus, montibus, & numero milliariorũ tàm obliquę quã rectæ viæ, ſed cùm nõ poſſimus totius maris huiuſce oras ſimul deſcribere, quoniã partes eius quædam ſpectant ad hoc tertium clima, aliæ ad quartum: ideò congruum viſum eſt illud ſingillatim ordinatimque prout in ſingulis hiſce partibus occurret memorare Deo iuuante. Igitur Vaharan, quæ hùc ſpectat, adiacet mari Salſo, vti prædiximus, diſtatque à promontrio Meſaſæ vigintiquinque milliaribus, linea recta; obliqua verò, triginta duobus. A Promontorio Meſáſæ ad portum Arzau habentur milliaria decem & octo. Et ab ipſa ad Moſtoghánem maritimam iuxta ſinum procedendo, & à Moſtoghanem ad [a] Haudh-farruch, XXIV. M. P. via obliqua, recta *a i. Latum* autẽ XV. eſt verò Haudh-farruch port⁹ cõſpicuus, adiacetq; *Farruch viri* ei oppidũ populoſum. Proxima eſt huic in mediterraneo ex *cuiuſdam.* parte orientali vrbs Mazuna. VI. M.P. à mari diſſita, inter montes collocata. Ab Haudh-farruch ad extremitatem grurg amplius ... Promontorium quoddam prominens in dem vulgare ... P. via flexa, & ſinuoſa; itinere verò terre- ... noſtra tempeſtate iſto promontorio pergit mare arcuatim ... ſe ſe ex prædicta p... Et quidem ab eodem promontorio ..., & ſtatim fuiſſe dolor. vi... hamã, habentur XXIV. M.P. via ſi- *b i. Columbarum.* ... iqua anni ſerie ter ... inſulis Alhamã ad oſtium flumi- ... morſibus dolorem perce... hoc ad Colù-alferranin intra ... in regionibus Calaæ. ... Colù autem ſignificat fungos Arzaſila eſt huiuſmodi. A ... nes XII. M. P. litora perlegen- d... ita eſt à mari ſtationi ... ſinus VI. M. P. Itaque à Pro- ... betur ſtationes. ... num ſinum numerantur LXVI. M.

Vt autem modò re... a, recta vero, XL. Præterea ab ex- ... memoratam, ... at fluuius V.X. M. P. & ab Amtacu ... duobus curſibus, ſeu quæ intrà ea ... ... habentur XL. M. P. ſecus litus, habentur ... nisi ... tem portus iſte anguſtus, Me... na, itinere terreſtri ... bet ... quàm Orientali, eſtque in ex-

tremitate ſinus. A Vacur ad vrbem Bereſc, quam ſuprà memorauimus, xx. M. P. Porrò Serſal mari adiacet, iungiturque monti magno, & arduo, in quo degunt populi quidam Barbari, Robaiaa vocati. A Serſal ad promontorium Battal quod in mare procurrit, habentur xii. M. P. Reſpondet huic promontorio parua quædam inſula in mari. Ab hoc eodem promontorio incipit continens Hur, quæ per lineã rectam extenditur pluſquàm xl. M. P. arcuatim verò lx. Tota hæc ora profundiſſima eſt, & qui in eam labitur nunquam euadit. Ab extremitate continentis Hur ad inſulas filiorum Mazaghana, xviii. M. P.

## *SECVNDA PARS*
## *Climatis Tertii.*

SVb hac ſecunda parte Climatis tertii multæ continentur vrbes, oppida, caſtella, atquè arces. Et quidem de regionibus mediterraneis eſt Cammuda, Baghani, Meſchiana, Magâni, Bagia, Bona, Merſa-lcharaz, a Benez[illegible], Arbes, Marmagena, Caſtilia, Neczáua, N[illegible]
Zorud, Cafsa, Nafta, Alhãma, Tunes, Aclib[illegible]
Mahdia, Safacos, Gialúla, Sabra, Tri[illegible]
verò ſecùs litora huius maris in iſta r[illegible]
tant arces, portus, & ædificia di[illegible]

*a Caſ. Liu. & aliis Vtica, vulgò Biſerta.*

Itaquè vrbs Bagháni eſt ma[illegible]
ſtilia ſtationibus quatuor, mu[illegible]
detque palmas quamplurimas [illegible]
per totã Africã diſpẽſentur. Pro[illegible]
& Occidentẽ vrbs Hãma, quæ [illegible]
M. P. A Techios ad vrbem Ca[illegible]
ſa pulchra eſt, habet mœnia, & fl[illegible]
ius aqua præſtantior eſt aqua Cai[illegible]
fontem, qui vocatur Altarmid. A Ca[illegible]
inter Aquilonem, & Orientem, ſta[illegible]
ſa quoque ex parte meridionali, ve[illegible]

*b Afr. Nuſuſa.*

extat vrbs Zotud, ſuntque diſſitæ abinuicem ſtationibus quinque. Item ab vrbe Caſsa ad Nafta, duæ ſtationes modicæ. A Caſsa ad Neczáua, versùs Auſtrum, plùs biduo. Et à Tuzer ad Neczáua iter diei ac ſemis. Rursùs ab vrbe Caſsa ad Safacos, triduum. A Nafta verò ad vrbem Cabes, plùs ſtatione. Cabes eſt vrbs conſpicua, habetque flumen deriuatum ad ipſam è magno quodam lacu, ſuper quo iacet a Caſr-Saggæ; eſt autem diſſitus lacus ille à Cabes tribus paſſuum millibus. Portus, quem hęc habet in mari, nullius eſt momenti, omnium enim ventorum patet iniuriis: quare cymbæ recipiunt ſeſe in eius flumen, in quod extenditur fluxus, & refluxus maris; at quoniam flumen hoc paruum eſt atque anguſtum, iccirco exigua tantùm nauigia in eo quieſcunt. Ab vrbe Cabes ad vrbem Safácos, deſcendendo per litora, habentur LXX. M. P. A Safácos ad vrbem Mahdia, ſtationes duæ. Totidemque ſtationes ab vrbe Cairauan ad vrbem Tunes. Tunes eſt ex ſe vetuſtiſſima, & antiquiſſima vrbs, & nomen eius in Annalibus eſt Tarſis; at poſtquã Moſlemanni expugnarunt illam, & nouis ædificiis inſtaurarunt appellauerunt eam Tunes. Sita eſt verò Tunes in medio ſinu quodam extra mare protenſo, non procul à ſtagno [illegible] magis quàm longo; nàm longitudine, [illegible] ampliùs [illegible], VIII. M. P. occupat, habetque oſtium, [illegible] vulgare [illegible] coniungitur: & oſtium illud vocatur [illegible] noſtra tempeſta[illegible] iſtud antea non erat, ſed effoſſum [illegible] ſe ex prædicta [illegible] aduſque vrbem Tunes deductum. [illegible], & ſtatim ſui ſe [illegible] b A[illegible] vrbem Cartágena habentur tria [illegible] anni ſerie [illegible] Ab [illegible] terram Cartágenæ ex parte [illegible] morſibus [illegible], quod quidem perſpicuum [illegible] in regionibus [illegible]. Inter quas Aſalona propinquior [illegible] eſt huiuſmodi: A[illegible] Benezert: eſtque hæc vrbs d[illegible] eſt à mari ſtationibus [illegible] Suſa in ſe; & inter Tunes, [illegible] ſtationes. [illegible] non modicæ, itinere terre-

Vt autem modò re[illegible] lacus ipſius, qui nomen ab ea [illegible] memoratam, [illegible] in latitudinẽ verò VIII. [illegible] curſibus, ſeu [illegible] mare, & quantò magis [illegible] litus, habentur LX tanto latior eſt, quò autem mari M[illegible], itinere terreſt[illegible] & anguſtior. A Beni-zert ad vrbem,

a Hoc eſt arx.

b Hoc eſt, oſtium fluuii.

bem Tabarca, LXX. M. P. Et poſtquàm aliquantùm proceſſeris per viam, quæ ducit à Tabarca ad Tunes, inuenies vrbem Bagia pulchram: Nam inter Tabarca, & Bagia intercedit ſpatium ſuperans ſtationem. Eregione Bagiæ ex parte ſeptentrionali, ad oras maris iacet vrbs Merſa-Icharaz, diſtantque abinuicem ſtatione magna. Inter vrbem Merſa-Icharaz, & vrbem Bonam habetur ſtatio. Fuit autem expugnata Bona anno DXLVIII. Imminet vrbi Bonæ ex parte ipſius ſeptentrionali mõs Iadogh ſublimis faſtigio, & cacumine excelſus, in quo extant fodinæ ferri. Ab vrbe Bagia ſuperiùs memorata ad vrbem Arbes, ſtationes duæ. Ab Arbes ad vrbem Cairauan, tres ſtationes. Similiter inter

*a i. Balnea.* Bagia, & mare, nec non inter Tunes, & [a] Alhammámat, ſtatio nõ leuis intercedit: atque hæc eſt mẽſura [illegible] titudinis

*b i. Accipitris.* inſulæ, quę dicitur [b] Baſcec. Non procul ab vrbe Cairauan extat mons Zaghoan adeò ſublimis & altus, vt eum naues ab alto mari aſpiciant, & ad illum ſe dirigant.

Porrò Tripolis eſt vrbs fortis, ſaxeo muro vallata, ſita propè litus maris, alba, plateis elegãtibus. Hanc expugnauit Rogerius Anno. DXL. qui mulieribus captiuis ductis viros incolas peremit. Ab vrbe Tripoli Orientem versùs ad vrbem Sort habentur CCXXX. M. P. quæ conficiunt [illegible] vndecim ſtationum; Nàm viator exiens [illegible] M. P. Totum [illegible] progredietur ad Vardáſa XXII. M. P. Et [illegible] & Safacos eſt [illegible] húgha XXV. M. P. è Raghúgha ad Tauraa XX. M. P. Ex opp[illegible] ad Mantſaf, XXV. M. P. Deinde ad C[illegible]-Aſar [illegible] ad Orientem

*c i. Idola.* Ghaſſanæi, XL. M. P. Tùm ad [c] Aſnám. XXX. [illegible] & Safacos [illegible] nique ad Sort, XLVI. M. P. Eſt autem [illegible] M. P. & à C[illegible] bus, M. P. Ad tres ſtationes ſuprà [illegible] Capta fuit autem hæc [illegible] Macra. Ab vrbe Bona, quæ pro[illegible]

*d i. Vtrium.* tur VI. M. P. ad ſinum [d] Azcac. [illegible] Safacos, dicimus ab hac ad [illegible] raz, & hinc ad Tabarcam, XX[illegible] IV. M. P. A promontorio Al[illegible] mitatem ſinus, XV. M. P. [illegible] (ibique eſt initium ſinus) ibi eſt promontorium quod dici[illegible] Et ab hac ad arcem Niaa X.

*e i. Serra.* decim milliaria. A promontorio A[illegible] læ, VIII. M. P. Et ab hac Chalife X. M. P. Et ab hac, tranſeun[illegible] XX ad vrbem Cabes, VIII. M. P. arcuatim verò XXVIII. Tùm a[illegible] iis eius ſatis ſuprà dextorii, XII. M. P. Ab hac item ad [illegible] ad turrim Ebn-A[illegible] VIII.

dem ad portum Bani-Vagias, ad Ædes [a] Merſa-luadi (eſtque hoc, oſtium parui cuiuſdam fluminis) tria millia paſſuum. Ab hoc ad Caſr-Terſæ, iii. M. P. & hinc ad Caſr-Suli v. M. P. Ab hoc ad [b] Raſ-álgiabal promontorium dictum [c] Alcaniſa, duo millia paſſuū. A Ras-álgiabal per oras ſinuoſas ad oſtium fluminis Nagiardæ, vi. M. P. & ab oſtio fluminis ad Caſr-Halle, iv. M. P. Hinc ad Caſr-Gerdian, ii. M. P. Et ab hoc ad vrbẽ Cartágenã, duo itẽ M. P. ab hac ad fauces fluminis Tunes iii. M. P. & ab oſtio eiuſdẽ fluminis ad [d] Caſr-Giahannã, xii. M. P. Ad Caſr-Farbas, xvi. M. P. Ad caput Afrã, quo eſt promontoriũ in mare procurrens, xiv. M. P. Itaq; mẽſura ſinus huiuſce ſecũdũ flexus obliquos eſt LXXIV. M. P. rectà verò à capite mõtis ad promõtoriũ Afran, xxviii. M. P. Itẽ à medio ſinu vbi eſt oſtiũ fluminis Tunes ad promontoriũ Afran, lineâ rectâ, xxviii. M. P. arcuatim verò, LVI. A promõtorio Afran ad portũ [e] Alnachlæ, ſex millia paſſuum. Et ab hoc ad Caſr-Manzut, xii. M. P. Et ab hoc ad Caſr-Nube, xxx. M. P. Atq; ita ab oſtio fluminis Tunes ad Nubã interſit, LXX. M. P. Proſpectat autẽ Nubã in mari Algiámur magnum, & Algiámur paruum, quæ ſunt abinuicem diſſita

ſpatio ſen [illegible] M. P. diſtatque Nuba ab Algiámur magno,
xii. M. P. [illegible] quoque ad promontorium Rochaimę li-
[illegible] eſt vnum milliare; Et huius ſinus men-
[illegible] Cuttin [illegible], & flexus ſuos eſt, vi. M. P. eſtque to-
[illegible] ortum M[illegible]eniis. A promontorio Rochaimæ
ad tu[illegible] Ghafselat, xx. [illegible]ue hoc extremitas montis A-
Sabart, iv. M. P. Ab hac ad [illegible]clibiæ) & al eodem pro-
[illegible] turrim Bonderâni, tria [illegible]ur paruum, vi. M. P. Ab ex-
[illegible] P. Tùm ad vrbem Tri[illegible]er eſt ſpatium vnius curſus:
[illegible] turrim quandam ſit Turrim bi A Marzuc, con-
x[illegible] M. P. Ab hac ad turrim Lobna, viii. M. P. A Lob-
turrim Bani-Ghaſan, xii. [illegible]b hac ad turrim Carie, viii.
xvii. M. P. Ab hac ad ſihan x. M. P. Et iſtud promon-
Ras elſciâra ad turrim [illegible] in mare ſpatio milliaris cum
[illegible]um [f] Almeſann (eſt pr[illegible]oſiliens. Ab hoc promonto-
re[illegible] iv. M. P. Ab ha[illegible] continentem, iv. M. P. A Tuſihan
turri[illegible] Bani-Haſan [illegible] P. A Nabel ad turrim [g] Heiatt,
ru o[illegible]mum, & ab [illegible]us ferè milliaribus, viii. M. P. A

M turri

[a] i. Portus fluminis.
[b] i. Caput montis.
[c] i. Eccleſia.
[d] i. Domum Gehennæ.
[e] i. Palmæ.
[f] Neapolis.
[g] i. Parietũ.

*a i. Apum.*
*b i. Balneorum.*
*c i. Candelabrum.*
*d i. Specula*
*e i. Sepulto.*
*f i. Balneū.*
*g i. Altam.*
*h i. Myrti.*
*i i. Amygdali.*
*k i. Arena.*
*l i. Infideliū*
*m i. Romanorum.*

turri Heiatt ad turrim [a] Nahl, vi. M. P. Tùm ad promontorium [b] Hammámat, vii. M. P. Ab Hammâmat ad [c] Almanar arcem, v. P. M. & hæc arx remota eſt à mari. Ab hac ad turrim [d] Almartſad. Tùm ad arcem Almorábetin, quæ ſita eſt in ima continente [e] Madfun, vi. M. P. Ab hac ad promõtorium Madfun, vi. M. P. Ab extremitate prædicti Promõtorii ad arcem Ehraelia, viii. M. P. Ab Ehraclia ad vrbem Suſam, xviii. M. P. A Suſa ad turrim Secánets viii. M. P A Secânets ad turrim Ben-Giaad, iv. M. P. & ab hac demũ ad turres Monaſter, duo millia paſſuum. Moñaſterio opponitur in mari Curia, diſtatque ab illo ix. M. P. Ab hac inſula Curia ad Lemta, x. M. P. & ab hac ad [f] Aldimas, xii. M. P. Ab hoc ad Mahdia, x. M. P. A Mahdia ad turrim Sólcota, vi. M. P. Ab hac ad turrim [g] Alaálie, vi. M. P. Ad Capodiam, xiii. M. P. A Capodia ad turrim Melián, tria M. P. A Melian ad turrim [h] Alrihàne, iv. M. P. Tùm ad turrim Canate, iv. Tùm ad turrim [i] Allauze, iv. M. P. Ad turrim Zeiad, vi. M. P. A turri Zeiad ad turrim Mahdunes, viii. M. P. A Mahdúnes ad turrim Caſa, viii. M. P. A Caſa ad turrim Cqezel, duo M. P. Et ſic à turri Zeiad ad promontorium Cqezel habentur xviii. M. P. A turri Cqezel ad turrim Giablæ, duo [illegible] per litora. Et ab hac ad Safacos per ſinum, v. M. P. Totum ergo ſpatium, quod intercedit inter Capodiam & Safacos eſt xlviii. M. P. via flexuoſa, recta ve[illegible] M. P. Ex oppoſito turris Zeiad eſt inſula Cárco[illegible] Orientem, ſitaque eſt in loco medio [illegible] & Safacos. Nam à Carcona ad Capod[illegible] M. P. & à Carcona ad Safacos, xv. ferè [illegible] Capta fuit autem hæc inſula à Rogerio, Anno DLVIII.

Sed vt redeamus modò ad Safacos, dicimus ab hac ad promontorium [k] Alramlæ eſſe iv. M. P. A promontorio Alramlæ, reflectendo ad meridie[illegible] (ibique eſt initium ſinus) ad turrem [l] Magius, iv. M. P. Et ab hac ad arcem Niaa x. M. P. Ab arce Niaa ad arcem Ta[illegible]læ, viii. M. P. Et ab hac ad turres [m] Alrum, iv. M. P. In[illegible] ad vrbem Cabes, viii. M. P. De Cabes verò, & circunſta[illegible]iis eius ſatis ſuprà diximùs. A Cabes per oras maritima[illegible] ad turrim Ebn-Alſun, viii.

viii. M. P. Ad turrim Ragiúnæ totidem. Ad turrim filiorum Mamun, xx. M. P. Ad Amrud, xi. M. P. Ad turrim Giaraf, xviii. A promontorio Giaraf ad inſulam Gerbe in mari, iv. M. P. A promontorio inſulæ Gerbe Antigian vocato, ad turrim Albait, xc. M. P. ſimiliter à promontorio Antigian ad pontem, qui eſt in Carcona, lxii. M. P.

Vt autem conuertatur ſermo noſter ad promontorium Giaraf, de quo paulò ante mentionem fecimus, diſtat illud a[a] Ras-alaudie, ſecùs litus, xxiv. M. P. Et ab hoc ad turres *a i. Initio fluuiorum.*
Alzarat, ad turrim Bani-Dacumin, ad turrim [b] Alhaua, vi. *b i. Venti.*
M. P. Et hinc ad turrim Gergis, vi. item M. P. Et ab hoc ad turrim Chattab, xxv. M. P. Sita autem eſt turris hæc filiorũ Chattab in extrema terra paludoſa [c] Alchelab ex parte oc- *c i. Canum.*
cidentali. Reſpicit turrim filiorum Chattab in mari Scala inſulæ Zirua, quæ, xl. M. P. porrigitur in longitudinem; in latitudinem verò, dimidio fere milliari. A turri filiorum Chattab ad turrim filiorum Samach, xxv. M. P. ſeparantur enim abinuicem paruo quodam ſinu qui vocatur [d] Solb-al- *d i. dorſum aſini.*
hemar. A turri Samach ad turrim Saleh, x. M. P. Hæc turris Saleh ſita eſt ſuper promontorio ab Oriente in Occidentem protenſo longitudine v. M. P. appellaturque Promontor[illegible] [e] Almachbez. Ab hoc ad turrim Cuttin, xx. *e i. Furni.*
M. P. [illegible] ad arcem Bani-Vaiul, xx. item M. P. Ab hoc [illegible] tum Markettir, xx. M. P. Tùm à turri Marchia ad tur[illegible] Ghafselat, xx. M. P. A turri Ghafselat ad turrim Sabart, iv. M. P. Ab hac ad turrim Senan, duo M. P. Ab hac ad turrim Bonderâni, tria M. P. Ad turrim Ghárgharę, x. M. P. Tùm ad vrbem Tripolim, xx. M. P. Ab vrbe Tripoli ad turrim quandam ſitam ſuper promontorio Caliúſa, xi. M. P. Ab hac ad turrim [f] Alketab, viii. M. P. Ab hac ad *f i. Libri.*
turrim Bani-Ghaſan, xii. M. P. Ad oſtium fluminis Lades, xvii. M. P. Ab hac ad promontorium [g] Ras-elſciâara, & à *g i. Summitas Syluæ.*
Ras-elſciâra ad turrim Scraiches, xiv. M. P. Ad Promontorium [h] Almeſann (eſt [illegible] promontorium procurrẽs in ma- *h i. Cotis.*
re) iv. M. P. Ab hac ad [i] Lebeda iv. M. P. A Lebeda ad *i Afr. lepeda.*
turrim Bani-Haſan. xvii. M. P. Ab hac ad Portum Bácheru optimum, & ab omni vento ſecurum, mille paſſus. Ab

M ii hoc

hoc ad turrim Haſcem, ad turrim Samia, xii. M. P. A turri Samia ad Souaicat-Ben-Mathcud, xii. M. P. A Souaica ad celebre promontorium Canan, xx. M. P.

---

## *TERTIA PARS*
### *Climatis Tertii.*

MAior pars duarum terrarum contenta ſub hac tertia Parte, eſt deſerta: Et regiones eius ſunt Zeuila filii Charab, Meſtih, Zale, Augela, & Barca. Ad oras maris Damaſceni extant turres complures, quas deſcriptione complectemur. Regiones verò celebriores iſtic comprehenſæ ſunt
a *Afr. ſerte.* a Sort, & Agedabia. Et verò vrbs Barca eſt mediocris magnitudinis, & anguſtorum limitum. Et in ipſa producitur
terra, quę ab ea ſumit denomi ... ſibus
valdè ſalubris: nàm cum oleo
biem, impetiginem, & mor
autem terra hæc coloris leuco
emittit odorem ſulphureum, &
verò habet execrabilem. A B
ſerto, ſtationes decem inceſſu C
ca ad Agedabia, ſex ſtationes comp
Rurſùs à Barca Alexandriā, ſtationes ... hoc eſt
quingēta quinquaginta milliaria. At verò cū quis égreditur è promontorio Canan, tranſitque per deſertum ſpatio quatuor ſtationum magnarum omni aqua aridarum, déuenit ad
b *i. Idola.* turres Haſan: & ab his deinde ad b Aſnàm, xxx. M. P. Vocaturque continens iſta, Continens Zedic: vbi aqua reperitur in quibuſdam foueis effoſſis in arena propè litus maris. Ab Aſnàm ad Aaras turrim magnam, & integram, intrà quam eſt puteus profundus, in quem infl nt aquæ pluuiæ, & ab hac ad turrim Abade, ſecùs mare, x. IV. M. P. A turri A-
c *i. Sitit.* bade ad Iahudie, totidē milliaria. A Iahudie ad turrim c Aràs, totidē quoque milliaria. A turri Aras ad Menhuſa...

ſtro-

ſtationes ſine aqua, per terram aqua ſalſa humentem, atque utulentam: iacet autem Menhúſa secùs mare, & eius incolæ habent aquas in ciſternis. A Menhúſa ad [a] Bir-alghanam, quæ ſita eſt in extrema terra paludoſa nomen ab ipſa Menhúſa deſumente, xiii. ferè M.P. Ab hac ad Faruch habetur ſtatio triginta milliariorium. A Faruch ad Hárcara, xxv. M.P. Tùm ad Tauſemt, xx. M.P. Tùm ad Soluc, xxiv. M.P. Deindè ad Aurar, xxx. M.P. Tùm ad arcem [b] Alaſal, xii. M.P. Tùm demùm ad Barca totidem milliaria. Porrò iter quod ducit à Soluc ad Cafez, ſtationis vnius ſpatium occupat; Cafez autem eſt turris ſita in media planitie Bernic, habetque ad latus ſuum Orientale ſyluam propinquam mari, & ipſa diſtat à mari iv. M. P. Non procul etiam à Cafez, ex parte orientali adeſt lacus cum longitudine maris porrectus, & colle arenæ ab eo diuiſus, cuius tamen aquæ dulces ſunt: occupat hic ſua longitudine xiv. milliaria, latitudine medium ferè milliare. Inde ad Mamacqes arcem, x. M. P. Et ab hac ad arcem Autalit populo frequentem eſt iter ſe[illegible] arcem [c] Arbaat-borug, iter diei. [illegible] abinuicem paruo quo[illegible]ain, x. M. P. Ab hac ad arcem [illegible]hemar. A turri Samach ad t[illegible] à Barca Alexandriam, via re[illegible]ris Saleh ſita eſt ſuper prom[illegible]m à Barca ad turrim [e] Alnadentem protenſo longitudi[illegible]acheneſt, xxvi. M.P. Ad Magmontorium [e] Almachbez. [illegible]que iſtic coniungitur hæc via M.P. A Cuttin ad arcem [illegible]-alracqim ad puteum Halime, [illegible]ortum Market[illegible] [illegible]alime ad fluuium Nahil, xxxv. M. [illegible] Ghafselat, [illegible] puteum [f] Almidan, xxxv. M. P. A pu[illegible] M. P. Ab [illegible]dan ad Genad-aſſaghir [g], xxxv. M. P. Deinde ad [illegible]um Abdallah, xxx. M.P. Tùm ad pratum [h] Alſciaich, x[illegible] M. P. Tùm ad [i] Alacbe, xx. M. P. Tùm ad tabernas A[illegible]-Halime, xx. M. P. A Tabernis Abi-Halimæ ad [k] Chára[illegible]t-alcaüm, xxx. M. P. Deinde ad turrim [l] Alſcem[illegible], xv. M. P. Ab hac ad [m] Sechet-alhamam, xxv. M. P. A ſechet-alhamam ad ciſternam [n] Alaauſeg, xxx. M. [illegible] A ciſterna Alaauſeg ad [o] Kenaiès-alharir, ad [p] Altahúne, xxiv. M. P. A Tahúne ad [q] Hániet-alrum, xx. M. P. A Haniet-alrum ad [a] Dhat-alhamam, xxxiv. M. P. [illegible] Tuniam, xviii. M. P. Denique ad Alexandriam, xx.

[a] i. Puteus ouium.

[b] i. Mellis.

[c] i. Quatuor turrium.

[d] i. Fontis.

[e] i. Pœnitentiæ.

[f] i. Stadii.

[g] i. Parui.

[h] i. Senis.

[i] i. Accliuitatem.

[k] i. Ruinam populi.

[l] i. Miniſtri.

[m] i. Via columbarum.

[n] i. Rhāni.

[o] i. Eccleſias ſerici.

[p] i. Molendinam.

[q] i. Diuerſorium Romanorum.

[a] i. Terram colūbarum.

 M.P.

M. P. Atque hæc eſt via ſuperior terreſtris: Via autem maritima eſt huiuſmodi. Ab Alexandria ad promontorium [b]Alchenáies tres interſunt curſus. A portu Alchenáies ad portum [c]Tarfaui, ad initium continentis Remadæ, L. M. P. Ab [d] Acbet-aſſollom ad portum Aamára, x. M. P. A portu Aamára ad [e] Melláha, xxx. M. P. A Melláha ad Locca, x. M. P. In parte attingente Loccam in mediterraneo extant duæ turres, quarum vna vocatur Kib, altera Cammar. A Locca ad portum Tabarcæ, L. M. P. A Tabarca ad portum Capitis Iathna eſt ſpatium curſus ac dimidii. A Capite Iathna ad [f] Bondariam, duo curſus. Poſt Bondariam reflectitur mare ad plagam occidentalem, tenditque rectà vſque ad Caput Taadie ſpatio duorum curſuum, & in toto eo ſpatio nullum inuenitur ædificium. A promontorio Taadie ſumit litus Zedic principium ſuum vſque ad finem; litus verò iſtud, cuius initium conſtituitur in Bondaria, ſi rectà ſecetur vſque Alexandriam, habet ſpatium ſex curſuum, ſiuè ſexcentorum milliarium; Sin autem longitudinem eius dimetiamur per ſinus & obliquitates, extenditur vndecim curſibus cum dimidio, videlicet mille centum quinquaginta milliaribus. At verò Alexandria eſt vrbs condita ab Alexandro, à quo & nomen accepit, adiacetque mari Salſo, & in ea conſpiciuntur digna admiratione veſtigia, & monumenta adhùc erecta. Nilus ab occidentali ipſius parte excurrens, tranſit ſub fornicibus omnium eius domorum, quarum quidem fundamenta ſunt inuicem connexa: Et vrbs nihilominùs eſt non modò clara atque luminoſa, verùm etiam firmiter ſtructa. Extat in eàdem Candelabrum, cui non reperitur ſimile aliud in toto terrarum orbe quoad ædificium, & fortem ſtructuræ compagem: nam prætèrquam quòd conſtat duriſſimis lapidibus Tiburtinis, ſunt etiam lapides plumbo liquato ſimul iuncti, & tàm firmiter connexi, vt eorum compages diſſolui minimè queat. Alliditur autem mare ad eius lapides ex parte ſeptentrionali. Diſtat hoc Candelabrum ab vrbe ſpatio vnius milliaris via maritima, terreſtri verò trium milliarium. Altitudo eius Candelabri eſt trecentorum cubitorum, menſura Reſaſca, qua ſinguli cubiti ſunt trium palmorum: atque ita centum ſta-

*b i. Eccleſiarum.*
*c i. Extremum.*
*d i. Cliuo ſcalarum.*
*e i. Salina.*
*f Hodiè Bonanárea.*

turas habet in longitudine. Nàm vſque ad teſtudinem; quæ eſt in ipſius vertice, numerantur nonaginta ſex ſtaturæ: teſtudo præterea explet quatuor ſtaturas. Item à ſolo terræ vſque ad contignationem mediam ſunt æquè ſeptuaginta ſtaturæ: & â contignatione media ad ſummitatem, viginti ſex ſtaturæ. Aſcenditur autem ad verticem eius per ſcalas amplas, quæ ſunt intrà illud, non ſecùs atque ſcalæ cęterarum turrium. Terminus primæ ſcalæ attingit mediam ipſius partem: & in media parte arctatur ædificium è quatuor lateribus. Intrà hoc ædificium, & ſub ſcalis eius ſunt domus extructæ. A prædicta contignatione media aſſurgit ædificium vſque ad verticem tantò arctius ædificio inferiore, vt detur locus circumeundi per partes vniuerſas. Ab hac etiam contignatione aſcenditur ad cacumen vſque per ſcalas inferioribus breuiores, quæ habent ex omni latere feneſtellas ad præbendam lucem ſcandenti Candelabrum iſtud inter omnes mundi fabricas admirabile tàm altitudine, quã firmitate. Inſeruit autem hoc Candelabrum in ſignum: quoniam accenditur in ipſo ignis iis temporibus, quibus naues iter faciunt, & nautæ videntes ignem illum, ad eum ſe dirigunt, percipitur autem ab vnius curſus diſtantia; Et quidẽ nocturno tempore videtur quaſi ſtella, diurno autem fumus conſpicitur. Nàm Alexandria ſita eſt ad oras continẽtis, adiacentque illi planities, & campi latiſſimi, in quibus nec mons, nec vllum aliud ſignum eſt, ad quod poſſit iter dirigi; quapropter niſi foret ignis prædictus aberrarẽt pleraque naues à via, quæ ducit Alexandriam. Vocatur autem ignis iſte, Lanterna. Fertur præterea idem qui ædificauit hoc Candelabrum, fabricaſſe etiam Alehram, quod eſt in finibus vrbis Foſtat, ab occidentali latere Nili. Fertur quoque conditum eſſe ab Alexandro poſt conditam Alexandriam. Sed eius rei certitudinem nouit Deus. Extant item Alexandrię duo obeliſci, ſuntque duo lapides vbique cubici, arcti in ſuprema parte magis quàm in ima. Longitudo vnius eſt quatuor ſtaturarum, & latitudo baſis eius in ſingulis lateribus, decem palmorum: ita vt totus ſimul ambitus baſis ſit quadraginta palmorum; ſuntque in ipſo inciſæ literæ, charactere Syro. Refert autem Auctor libri mirabilium

lium fuiſſe præfatos obeliſcos exciſos è monte Tarim, in occidentali parte regionis Metſr. Porrò ſcriptura eſt hæc, Ego Iamer filius Sceddad ædificaui hanc vrbem, dùm non eſſet adhùc ſenectus protenſa, neque fatum præproperum, neque canities apparens, & dùm lapides quaſi lutum, & homines non agnoſcerent ſibi dominum. Erexique columnas eius, fluuios aperui, & arbores eius plantaui. Volens autem longè ſuperare Reges, qui fuerunt in illa, cogendo in ea monimenta mira, miſi Althabut filium Morræ Aladitæ, & Mecdam filium Omar, filii Abi-Reghal Thammuditæ ad montem Tarim rubrum, & exciderunt ex eo duos lapides, tuleruntque eos ſuper humeros ſuos. Et cum fracta eſſet coſta Althabut, volui vt gens regni mei eſſet pro ipſo. Erexit autem mihi ambos Alfeten filius Giarud Mutafachitæ, in die proſperitatis. Atque iſte obeliſcus eſt in angulo vrbis ex parte orientali: Alter obeliſcus eſt paulò intra vrbem.

Dicitur quoque [a] Aula quæ eſt in meridionali parte Alexandriæ, & vocatur Salomonis filij Dauid, conſtructa fuiſſe ab eodem Iamer filio Sceddad; Alij tamen exiſtimant ædificatam eam fuiſſe ab ipſo Salomone filio Dauid. Columnæ, & cōpages eius ſuperſunt adhùc, atque hęc eſt qualitas ipſius: Aula eſt quadratæ longitudinis, & in vtroque capite illius ſunt columnæ ſexdecim: in duobus autem lateribꝰ oblongioribus, columnæ ſexaginta ſeptem. In angulo verò ſeptentrionali extat columna maxima cum ſuo capitello, habens ſub ſe baſim marmoream, cuius quadratura lateris eſt octoginta palmorum: & longitudo ipſius à baſi vſque ad capitellū eſt nouem ſtaturarum. Capitellum eſt cælatum atque elaboratum ſapientiſſimo artificio, & firmiſſimè collocatum; nec eſt alia huic ſimilis columna. Nemo tamen ex indigenis Alexandriæ neque Ægypti, nouit quam ob cauſam erecta fuerit ſeiunctim ſuo in loco. Et ipſa licet præſenti tempeſtate ſit admodùm inclinata, nihilominùs firma eſt, & à caſu ſecura.

Porrò Alexandria eſt ſub ditione Ægypti, eſtque vna è Metropolitanis ipſius. Terra verò Ægypti habet ſibi conterminam ex parte Meridionali regionem Nubiæ: & ſeptē-
onali

trionali, mare Damaſcenum: ex parte Damaſci, deſertum ſolitudinis; Ab Oriente, mare Rubrum: Ab Occidente, Aluáhat.

Longitudo autem Nili, hæc eſt; A litore maris [a] Rum, vbi habet terminum ſuum, vſque ad terram Nubiæ, quà alluit illam à tergo Aluahat, protenditur xxv. ferè ſtationibus. A termino Nubiæ, quà Meridiem reſpicit e regione eiuſdẽ Nubiæ, circiter octo ſtationes. Indéque ad principium termini à nobis ſuperiùs memorati, excurrit ſpatio duodecim penè ſtationum.

*a i. Romanorum, ſeu Mediterraneum mare.*

Vrbs Foſtat eſt ipſamet Metſr ſic dicta à Meſram filio Cam, filii Noë, cui pax; ipſe enim ædificauerat eam primitùs. Vrbs eadem Metſr vocabatur etiam anteà [c] Ain-ſemes; ſed poſtquàm deſcẽdit Amrus filius Aas vnà cum Moſlemánis, in exordio ſectæ moſlemãnicæ, eãq; expugnauit, & miſcuerunt ſeſe Moſlemanni circùm Foſtat, ædificauerunt præſentem ſitum Metſr, eum videlicet, in quo modò iacet.

*c i. Fons ſolis.*

Dicitur autem appellata fuiſſe Foſtat, quòd volente Amro filio Aas, poſt captam Metſr, proficiſci Alexandriam, præceperit vt præcederet eum [d] Alfoſtat, & figeretur, aut tranſportaretur ante ſe: quarè accidit vt columba deſcenderet, ouumque in eius vertice pareret. Quo ad Amrum delato, iuſſit vt relinqueretur tentorium eodẽ in ſitu, donec columba ouum ſuũ perficeret. Factumque eſt ita, & ait; Per Deum, nullum damnum inferemus iis, qui nobis adhærere, & ad partes noſtras confugere voluerint, quouſque columba frangat ouum ... pu. Itaquè relicto tentorio manſit in Metſr vſque ortum pulli columbæ, ac tùm profectus eſt. Longitudo atque menſura ... vrbis eſt trium ſtadiorum. Et Nilus effluens è ſuperiore parte terræ illius, trãſit propè ipſam à Meridie: tùm reflectitur ad Occidentem, ac diuiditur ante ipſam in duas partes, ... deriuatæ, modicam inſulam conſtituentes, rurſus coniunguntur.

*d i. Tentorium.*

Et in hac inſula cernuntur multæ domus venuſtæ; atque ædificia non rara ſecùs ripam Nili. Vocatur autem ea inſula, [e] Dar-almecqias. Ad eandem inſulam præbet aditum pons, quem viginta ferè naues ſuſtentant. Aliud Nili brachium, quod priore latius eſt, traiicitur altero ponte nauibus du-

*e i. Atrium menſuræ, quia ibi exstat menſura ad quã deprehẽditur fluxus & refluxus Nili.*

N plò

plò pluribus extructo. Et huiuſce pontis extremum tangit ripam, quæ vocatur [a] Algize. Latitudo inſulæ Dar-almecqias porrigitur inter vtramque Nili partem ab Oriente in Occidentem: longitudo verò econtrà, a Meridie ad Septentrionem. Superior extremitas illius, vbi eſt menſura, lata eſt: medium latius capite: altera extremit[as], acuta. Habet in longitudine ab vno extremo ad aliud, ſpatium duorum milliarium, in latitudine verò, quantùm iaculatus eſt ſagittæ. Itaque [b] Dar-almecqias eſt in capite inſulæ latiore ex parte orientali, quà proſpectat vrbem Foſtat: & quidem eſt Atrium hoc magnum circundatum intrinſecùs ex omni latere fornicibus, quas columnæ ſuſtentant per gyrum: & in medio atrio ciſterna ingens, profunda, ad quam deſcēditur vndique gradibus marmoreis.

[a] i. Ripa fluminis.

[b] i. Atrium menſura.

In medio item ciſternæ extat columna marmorea erecta, cubitorum digitorumque interiectorum numero ſignata. Super verticem columnæ eſt ædificium ſaxeum, firmum, coloratum, auro, cæruleo, & varijs coloribus fortiter hærentibus diſtinctum. Aqua deuenit ad eam ciſternam per canalem amplum ductum ab ipſa ad aquam Nili; non tamen ingreditur aqua in ciſternam, niſi ad Nili incrementum, quod accidit menſe Auguſto. Creſcunt autem ordinariò eius aquæ ſexdecim cubitis, & tunc alluunt terram Imperatoris æqualiter: Cùm autem creſcit Nilus cubitis octodecim, alluit totas ambas terras, quæ ſunt ibi: Quòd ſi creſcat viginti cubitis, infert detrimentum. Creſcit verò ad minimum cubitis duodecim, cubitus autem eſt viginti quatuor digitorum. [illegible] quotieſcumque excedit cubitos decem & octo, damnum infert quoniam euellit arbores, & d[illegible]ruit: & ſimiliter cùm minùs creſcit quàm duodecim [c]ubitis, affert ſecum tali defectu penuriam, annonę caritatem, & parcam ſeminum in[ie]ctionem.

Ex parte meridionali Foſtat, iacet oppidum Menſ: Et ad plagam eius ſeptentrionalem vrbs Ain-ſemes dicta: ſunt autem ambæ quaſi rura, ſitæ in parte quæ reſpicit montem Mocattam: & dicuntur fuiſſe ambę loca in quibus Pharao, cui Deus maledicat, animum relaxabat.

In

In Ain-ſemes, qua parte proſpectat Foſtat, naſcitur Balſan germen, è quo educitur Balſamum vnguentum: quod nullibi reperitur in orbe, niſi illic. Adiacet prætereà Metſr ex parte occidentali vrbs Fium, diſtatque abinuicem duabus ſtationibus.

Qui autem egreditur ex Metſr ſecùs ampliorem partem Nili, intendens [a] Said, proficiſcitur à Foſtat ad Moniat-aſſúdan, quæ eſt ad occidentalẽ ripam Nili, diſtatque à Metſr quindecim ferè M. P. Indè ad [b] Hema paruum, xx. M. P. Tùm ad Hema magnum ex parte oriẽtali, x. M. P. Hinc ad Fium, per plagam item orientalem, xx. M. P. Tùm ad oppidum Iunes remotum à Nilo, ad Occidentem, duo M. P. Ab hoc ad Dohrut, quæ iacet ad Occidentem Nili, iter ſemidiei. Ab hac demùm ad vrbem Cais, in parte occidentali, xx. ferè. M. P.

[a] *Ægyptus ſuperior.*
[b] *i. Munim*

Iter autem, quod ab eadem ducit ad vrbem Aſuan, eſt huiuſcemodi per Nilum: Deſcendet primò viator per Nilum vſque ad Monia ſpatio v. M. P. & ab hac ad vrbem Caied, v. M. P. Ab hac item ad Sciabra, v. M. P. Ab hac etiam ad Tâſos, v. M. P. Ab hac ad oppidum Hercanie, v. M. P. Ab hoc ad oppidũ Sarut, v. M. P. Hinc ad Selfan oppidũ magnum, ac populoſum, v. M. P. Ab hoc ad oppidum Rafina, xv. M. P. Atque hoc oppidum ſitum eſt in ſummitate inſulę, vbi Nilus diuiditur in brachia, reſpicitque ex oppoſito vrbem Sciantuf, quæ adiacet initio brachii defluentis ad Tennis, & ad Damiat: Nam ſuprà Sciantuf diuiditur Nilus in duas partes, quę deorſùm tendentes geminis ſe oſtiis mari mergunt. Ab vnaquaque duarum partium prædictarum deriuantur duo brachia in mare item influentia. Et verò vna è duabus partibus maioribus, quæ initium habent propè Sciantuf, in Orientem excurrit vſque ad Tẽnis; Et ab iſta parte deriuantur tria brachia, quorum vnum egreditur penes Antuha ex parte occidentali, pergitque ad Nicaus, ac demùm redit ad alueum ſuum principaliorem propè Damaſis. Infrà iſtud emanat aliud brachium in Occidentẽ, quod pergit vſque ad Damiat. Tertiũ verò brachiũ incipit non longè à Sciantuf fluere ad Occidentem, tranſitque propè Tennis. Separatur autem & ab hoc aliud bra-

Qui autem voluerit abire per Nilum à Damaſis ad Tennis, deſcendet per eundem Nilum ad Moniat Bedr, ſpatio duorũ ferè M.P. ibiq; habet ortũ ſuũ flumẽ Scianſcia ex parte orientali. Tùm progredietur ad vrbem Sciãſcia: & ex hac deſcẽdet ad vrbẽ Albuhat ſitã ex parte orientali, XXIV. M.P. Ab hac ad Safnas, XVIII. M. P. Ab hac verò per plagã occidentalẽ, itinere terreſtri, ad vrbẽ Tanah adiacentẽ Orientali ripę fluuii Tennis, XXV. M.P. Tùm ad lacum Alzar, nõ lõgè ab Alfarma. Porrò lacus Alzar propè attingit lacum Tẽnis, diſtatque à mari Salſo III. M.P. Iſte lacus præfatus eſt ingẽs, & amplus terminis; & ex inſulis quas continet, præter vrbem Tennis, eſt etiam inſula [a] Hetſn-almai, in ea parte quæ reſpicit Alfarma. Ad hanc vſque peruênit Rex Barduinus, qui expugnauit regiones Syriæ poſt ortam ſectam Moſlemannorum, & non longè ab ipſa demerſus eſt vnà cum equo ſuo, indéque reuerſus eſt [b]. Ad orientalem plagam Tẽnis, cum aliquanto flexu ad meridiem iacet inſula Tuna in lacu eiuſdem Tennis. Ad meridiem Tennis, & in eodem ipſius lacu eſt inſula Nabalia. Extant præterea ... ente vrbs ... cidentali fluminis Scianſciæ, de quo ſuprà m... r. Ab hac ad ... mus, oppida, pagi, atque vici non rari, cu... oc ripę orien... generibus, & multa rerum vtilium copia. Qui ... Tant ad Sẽ... deſcendere è Damaſis ad Tennis per al... g, habentur ... proficiſcatur oportet à Damaſis ad ... oppidum, è quo de... memoratam, & ab hac ad latus Banna; ... ntrà Salchiam ex pa... cidentale, ſpatio X. M. P. Suprà hanc vei... nſtat pluribus pa... bifariam, conſtituitque paruam inſulam, cuius ab occi... Deſcendes ab... tali latere iacet oppidum Butſir, & ab altero, quod Orientem reſpicit, Rahl-gerah vrbs modica. Inter Rahl-gerah & oſtium fluminis Scianſcia intercedit ſpatium XL. M. P. I... ſimiliter à Butſir, & Banna ad Moniat filii Gerah, deſcendendo per Nilum vſque ad Semennud habentur XII. M.P. Nam illa adiacet ripæ orientali, & ab occidentali ripa opponitur ipſi vrbs Semennud. Ab hac vrbe Semennud, itinere terreſtri, ex oppoſita parte occidentali, ad vrbem Sacdaca ſitam ad flumen Bolcqinæ, VIII. M. P. Rurſus ab vrbe Semennud ad vrbem Thobania appoſitam ripæ occidentali fluminis, XVIII. M. P. Ab hac ad M... ſſas, XII. M. P.

[a] i. Arx aquæ.

[b] Supple exercitus eius.

M.P. Et ab hac deſcendēdo ad Giuger, quam ex aduerſa ripa orientali reſpicit [a] Naſc-álhagiar, XII. M. P. Diſtatq; Naſc-álhagiar ab vrbe Semennud præfata, ſpatio XXXVI. M. P. Deinde à Naſc-álhagiar deueniet ad vrbem Tucha, quæ eſt ad partem Nili occidentalem, diſtatque à Giuger, XII. M. P. Infrà Tucha diuiditur flumen iſtud in duas partes, quarũ vna protenditur ad lacum Tennis ad Orientem, altera ad vrbem Damiat ad Occidentem. Qui ergò deſcendere vult ad Tennis, deſcendat oportet à Tucha ad Moniat-Sciahar appoſitam ripæ occidentali, vrbem exiguam quidem, ſed populoſam, & mercibus atque diuitiis affluentem. Reſpicitque illam ab Orientali ripa [b] Mahallat-Damniæ, & inter vtramque intereſt ſpatium V. M. P. Et infrà vrbem Sciahar eſt Moniat-Damniæ. A mahallat-Damniæ ad Cqebbar-albazbaz oppidum magnum, XII. M. P. Ab hoc deſcendendo ad [c] Cqebab alarif, XVI. M. P. Hinc ad oppidum Damu, XV. M. P. A Damu ad vrbem Tenah ſitam ex parte orientali, duo M. P. Ab hac ad Sciamus oppidum populoſum, [illegible] niat-racaba [illegible] b hoc ad oppidum Antſar, ex latere Occidenta- proſpectatque [illegible] Ab hoc ad oppidum Vatida, ex parte Orienta- hoc ad monia [illegible] b hoc ad Berſennin ſitã ex parte occidenta- c Hanut. Ab [illegible] ùm ad Sebſa XL. M. P. Deinde ad lacum Tẽ- fluminis. Hinc ad [illegible] dentem, XV. M. P. Aqua huius lacus Tennis, moratum. [illegible] mpore æſtiuo, dulceſcit: cùm autem

Qui verò deſcen [illegible] it vſque ad ęſtatem, præualet aqua occidentale, na [illegible] alſa euadit. Sunt intrà ipſum vrbes quaſi [illegible] x. M. P. [illegible] uique circumſeptæ, nempè vrbs Nable, Tu- [illegible] Samna, Hetſn-almai: nec patet aditus ad vllam ex his, [illegible] per naũiculas. At verò vrbs Damiat eſt ad aliquantum [in]teruallum ab oris maritimis, & ad eam excurrit pars Nili [d]iens ex eo brachio, quod dilabitur ad vrbem Tennis: [ha]bet autem illa pars Nili ortum ſuum infrà Tucha ſuprà memoratam. Et qui cupit deſcendere ad illam ex Metſr, tranſibit per oppida, vrbes, atque ædificia à nobis ſuperiùs numerata, donec perueniat ad Tucham: deinde arripiens brachium occidentale Nili, quod alluit Damiat, deſcendet ſpatio, X. M. P. ad vrbem Damira, quæ eſt ad latus occi[dent]ale fluminis. A Damira item deſcendet per flumen ad Seren-

[a] *i. Miſtio lapidis.*

[b] *i. Domicilium.*

[c] *i. Teſtudines.*

Qui autem voluerit abire per Nilum à Dam-ſis ad Tennis, deſcendet per eundem Nilum ad Moniat-Bedr, ſpatio duorũ ferè M.P. ibiq; habet ortũ ſuũ flumẽ Scianſcia ex parte orientali. Tùm progredietur ad vrbem Sciãſcia: & ex hac deſcẽdet ad vrbẽ Albuhat ſitã ex parte orientali, XXIV. M.P. Ab hac ad Safnas, XVIII. M.P. Ab hac verò per plagã occidentalẽ, itinere terreſtri, ad vrbẽ Tanah adiacentẽ Orientali ripę fluuii Tennis, XXV. M.P. Tùm ad lacum Alzar, nõ lõgè ab Alfarma. Porrò lacus Alzar propè attingit lacum Tẽnis, diſtatque à mari Salſo III. M.P. Iſte lacus præfatus eſt ingẽs, & amplus terminis; & ex inſulis quas continet, præter vrbem Tennis, eſt etiam inſula [a] Hetſn-almai, in ea parte quæ reſpicit Alfarma. Ad hanc vſque peruênit Rex Barduinus, qui expugnauit regiones Syriæ poſt ortam ſectam Moſlemannorum, & non longè ab ipſa demerſus eſt vnà cum equo ſuo, indéque reuerſus eſt [b]. Ad orientalem plagam Tẽnis, cum aliquanto flexu ad meridiem iacet inſula Tuna in lacu eiuſdem Tennis. Ad meridiem Tennis, & in eadem
ipſius lacu eſt inſula Nabalia. Extant præterea, ... ente vrbs
... cidentali fluminis Scianſciæ, de quo ſuprà m... r. Ab hac ad
mus, oppida, pagi, atque vici non rari, cu... oc ripę orien-
generibus, & multa rerum vtilium copia. Qui ... Tant ad Sẽ-
deſcendere è Damaſis ad Tennis per al... g, habentur
proficiſcatur oportet à Damaſis ad... oppidum, è quo de-
memoratam, & ab hac ad latus Banna; ... ntrà Salchiam ex par-
cidentale, ſpatio X. M.P. Suprà hanc ve... nſtat pluribus pa-
... Deſcendes ab
bifariam, conſtituitque paruam inſulam, cuius ab occidentali latere iacet oppidum Butſir, & ab altero, quod Orientem reſpicit, Rahl-gerah vrbs modica. Inter Rahl-gerah & oſtium fluminis Scianſcia intercedit ſpatium XI. M.P. I ſimiliter à Butſir, & Banna ad Moniat filii Gerah, deſcendendo per Nilum vſque ad Semennud habentur XII. M.P. Nam illa adiacet ripæ orientali, & ab occidentali ripa opponitur ipſi vrbs Semennud. Ab hac vrbe Semennud, itinere terreſtri, ex oppoſita parte occidentali, ad vrbem Sadaca ſitam ad flumen Bolcqinæ, VIII. M.P. Rurſus ab vrbe Semennud ad vrbem Thobania appoſitam ripæ occidentali fluminis, XVIII. M.P. Ab hac ad ... ſſas XII. M.P.

[a] i. Arx a qua.

[b] Supple exercitus eius

M.P. Et ab hac deſcendẽdo ad Giuger, quam ex aduerſa ripa orientali reſpicit [a] Naſc-âlhagiar, XII. M. P. Diſtatq; Naſc-âlhagiar ab vrbe Semennud præfata, ſpatio XXXVI. M. P. Deinde à Naſc-âlhagiar deueniet ad vrbem Tucha, quæ eſt ad partem Nili occidentalem, diſtatque à Giuger, XII. M. P. Infrà Tucha diuiditur flumen iſtud in duas partes, quarũ vna protenditur ad lacum Tennis ad Orientem, altera ad vrbem Damiat ad Occidentem. Qui ergò deſcendere vult ad Tennis, deſcendat oportet à Tucha ad Moniat-Sciahar appoſitam ripæ occidentali, vrbem exiguam quidem, ſed populoſam, & mercibus atque diuitiis affluentem. Reſpicitque illam ab Orientali ripa [b] Mahallat-Damniæ, & inter vtramque intereſt ſpatium V. M. P. Et infrà vrbem Sciahar eſt Moniat-Damniæ. A mahallat-Damniæ ad Cqebbar-albazbaz oppidum magnum, XII. M. P. Ab hoc deſcendendo ad [c] Cqebab alarif, XVI. M. P. Hinc ad oppidum Damu, XV. M. P. A Damu ad vrbem Tenah ſitam ex parte orientali, duo M. P. Ab hac ad Sciamus oppidum populoſum, niat-racaba b hoc ad oppidum Antſar, ex latere Occidentaproſpectatque Ab hoc ad oppidum Vatida, ex parte Orientahoc ad monia b hoc ad Berſennin ſitã ex parte occidenta- c Hanut. Ab ũm ad Sebſa XL. M. P. Deinde ad lacum Tẽfluminis. Hinc dentem, XV. M. P. Aqua huius lacus Tennis, moratum. mpore æſtiuo, dulceſcit: cùm autem

Qui verò deſcend it vſque ad ęſtatem, præualet aqua occidentale, na alſa euadit. Sunt intrà ipſum vrbes quaſi ...uſque circumſeptæ, nempè vrbs Nable, Tu... Samna, Hetſn-almai: nec patet aditus ad vllam ex his, ...per nauiculas. At verò vrbs Damiat eſt ad aliquantum interuallum ab oris maritimis, & ad eam excurrit pars Nili ...iens ex eo brachio, quod dilabitur ad vrbem Tennis: habet autem illa pars Nili ortum ſuum infrà Tucha ſuprà memoratam. Et qui cupit deſcendere ad illam ex Metſr, tranſibit per oppida, vrbes, atque ædificia à nobis ſuperiùs numerata, donec perueniat ad Tucham: deinde arripiens brachium occidentale Nili, quod alluit Damiat, deſcendet ſpatio, X. M. P. ad vrbem Damira, quæ eſt ad latus occidentale fluminis. A Damira item deſcendet per flumen ad Seren-

[a] *i. Miſtio lapidis.*

[b] *i. Domicilium.*

[c] *i. Teſtudines.*

Serencas ſitam in ripa occidentali, XVII. M. P. Ab hac ad vrbem Seremſah, in ripa orientali, XX. M. P. Ab hac ad Moniat-aloluq, XX. M. P. Ab hac ad oppidum Fareſker, in parte Orientali fluminis, X. M. P. Tùm ad Bura, & poſtremò ad Damiat, XIII. M. P.

*a Afr: Mechella.*

Verùm, vt ſermonem noſtrum conuertamus ad flumen [a] Mahallæ, trahit hoc originem ſuam infrà Tántane, & effluit ad Occidentem quoúſque adæquet Seremſah, quæ adiacet fluuio Damiat. Ab eius origine vſq; ad Moniat-Ghazàl, ad Orientē, habetur ſpatiū XX. M. P. Et ab hac ad oſtiū fluminis Bolcqinæ XV. M. P. Ab hoc autē flumine deriuatur etiam aliud brachium, quod excurrit item in Occidentem, ad oppidum Motamadiæ; indéque ad Matbul, ad Occidentem: Tùm ad Dhaha: Ex hac Meridiem versùs, per deſertum, ad hoſpitium Hart: Ab hoc ad Manuaf ſuperiorem: A Manuaf ſuperiore ad Secaf: demùm ad Sciantuf.

*b i. Ingredientis.*

Vt autem redeamus ad oſtium fluminis Bolcqinę paulò ante memoratum, noueris ab hoc deſcendendo ad Mahalla, reperiri in mediterraneo vrbem Sanhur, ad XIV. milliaria ab ipſa Mahalla, & ad eam vſq; vrbē protēdi flumē Bolcqinæ. Reſpicit illam ab Oriente vrbs Senedia, diſtatque ab ipſa milliari circiter cum dimidio. Inter Senediam verò & vrbem Semennud appoſitam flumini Tennis, & Damiat, intercedit ſpatium XV. M. P. itinere terreſtri. A Senedia itur poſteà ad vrbem Mahalla, & ab hac ad hoſpitium [b] Aldâchel. Ab hac ad Damira, & ab hac demùm ad Damiat, vti prædiximus.

*c i. Caſas.*

*d i. Mater denarii.*

Porrò qui deſcendere cupit ex Metſr Alexandriam, exire debet ex Metſr & deſcendere vſque ad inſulam Encas, & Tobalæ, duarum vrbium intrà Nili ripas concluſarum. Indè ad [c] Achſas. Et hinc per Nilum ad Dhorua, V. M. P. Et ab hac ad Sciantuf, XX. M. P. Ab hac ad oppidum dictū [d] Om-dinar, ex parte Occidentali: & ab Om-dinar ad Aſmar-Harnes, XV. M. P. Ab hac ad vrbem Horais ſitam in latere Orientali, XVIII. M. P. Ab hac ad arenas Altſinem, in quibus conſpicitur miraculum Dei glorioſiſſimi; Nam ſi ſumatur os, & ſepeliatur in iis arenis ſpatio ſeptem dieru, conuertitur permiſſu Diuino in ſaxum duriſſimum. Ab

nis Altſinem ad Abi-Iahnes; Hinc ad [a] Bernaut vrbem exiguam, ſed populoſam, in qua & nundinæ celebrantur, & mercatores locupletes commorantur. Et à Bernaut ad Sciãtuf, L. M. P. In vrbe Bernaut eſt Fodina Nitri optimi, quod inde diſpenſatur in regiones vniuerſas. Eadem vrbs adiacet flumini Sabur. Nàm brachium iſtud Nili vbi deuenit ad arenas Altſinem diuiditur in duas partes, & vna earum excurrens in occidentem attingit Bernaut, tùm defluit ad Beſiana; inde ad Tanut; Ab hac ad Sabur vrbem oppido frequenti ſimilem; Ab hac ad hoſpitium [b] Aſſayede; Tùm ad Reſial; Poſteà ad Caranta; Tùm ad [c] Suc: Ad Menna: Et ab hac ad [d] Carnafil: Tùm ad Karbun: & ab hac ad oppidũ [e] Sabr: Tùm denique Alexandriam. Verùm in hunc fluuiũ neque aqua, neque naues ingrediuntur, niſi creſcente Nilo, quoniam os aluei ipſius altius eſt alueo Nili, ita vt aqua non attingat illud, niſi tempore prædicto; Nàm alueus fluuij huiuſce ſtatim atque peruenit ad Tarthuta retorquetur ad plagam orientalem adeò vt coincidat cum altera parte propè Malig, fiatque inter vtramque partem inſula Beiar. Alterius verò fluminis Orientalis origo eſt circa Arenas Altſinem, quod in Septentrionem excurrens demùm coniungitur cum altera parte ſibi cognata propè Malig: indeq; ad oppidum Thana; A Thana ad oppidum Cobaiſa, tùm ad Bendaria, quam propè reſpicit [f] Almanar ex parte occidentali: ibique coniunguntur iſta duo brachia, & in vnum coaleſcunt. Suprà Malig eſt oppidum [g] Colaib-alammal. Deinde labitur Nilus in Septentrionem ad Sah ſitam à latere orientali, quam reſpicit ab occidentali ripa hoſpitium Cacla, ſpatio xv. M. P. Hoc etiam reſpicit ex eadem parte occidentali oppidum Sarne. Et ab hoc ad hoſpitium Alu, tùm ad Fuam, xv. M. P. Contrà hanc diuiditur Nilus in duas partes, fitque inter illas inſula [h] Arráheb, cuius in extremo iacet vrbs Sandiun, quæ diſtat à Fua, xv. ferè M. P. eſtque ad latus orientale. Reſpicit autem illam ex parte occidentali oppidum Samdiſe, inter quod, & Sarne intereſt ſpatium, xv. M. P. Non longè ab ima parte Samdiſe egreditur brachium è Nilo non magnum, influens in lacum extenſum inter occidentem, & Septentrionem, XL. M. P.

[a] *Aliis, Ferſciaut.*
[b] *i. Domini.*
[c] *i. Vicus.*
[d] *i. Cornu elephanti.*
[e] *i. Aloë.*
[f] *i. Candelabrum.*
[g] *i. Cor opertarij.*
[h] *i. Monachi.*

in longitudinem, duobus plùs minuſuè in latitudinem porrectum, cuius aqua ad Salſi maris oras vſque eſt minimę profunditatis; Protenditur autem lacus iſte vnà cum oris maritimis, & ad ſextum milliare à Raſcid redigitur in os tàm anguſtum, vt ſumma oris eius latitudo ſit decem vlnarum, longitudo verò, ictus lapidis. Hic lacus iungitur item alio cum lacu, qui habet in longitudine, xx. M. P. & altero anguſtior eſt: atque huius etiam aqua eſt parùm profunda. Ab iſtius parte ſuprema Alexandriam vſque ſuperſunt VI. M. P. atque ita homines, deſtitutis nauibus, iumẽtis aggrediuntur iter terreſtre Alexandriam vſque.

*a Europæis Roſetto.*
*b i. V'ngulæ*
*c i. Granatorum.*

Vt verò deſcendas ad [a] Raſcid per pręcipuum alueum Nili, è Samdiſe perges ad oppidum [b] Hafer xx. M. P. & ex eius oppoſito cernes in ripa orientali oppidum Netuis [c] arromman. Ab Hafer ad Giodaidia oppidum populoſum, xv. M. P. A Giodaidia demùm ad Raſcid. Porrò à Raſcid ad vrbem Alexandriam habetur LX. M. P. Nàm à Raſcid ad Arenas, indẽque ad Bucqir habes xxx. M. P. Tum ad [d] Alcaſrain, denique Alexandriam xxx. M. P.

*d i Duas turres.*

*e Populi ſic dicti ab vrbe quadam Alexandriæ Marabut vocata.*
*f i. Puteum.*

Lubet autem impræſentiarum deſcribere per ſtationes iter, quod ducit à Metſr ad Báhnaſa, tum ad vrbem Segelmaſſam, nempè iter illud, quod arripuere [e] Marabutenſes anno quingenteſimo trigeſimo. Egredieris ergò ex Metſr ad Bahnaſam itinere ſentem dierum: E Báhnaſa ad [f] Giob-Manad habetur ſtatio vna: deinde ad hoſpitium quoddam, ſpatiũ ſtationis vnius. Tùm ſtatio vna per loca arida atq; inaquoſa. Tùm ad Ain-Cais ſtatio itẽ vna. Tùm ad Aiat, ſtatio. Tùm ad montem Amtáles, ſtatio. Tum ad Caſanat, ſtatio. Ad flumen Cáſtara, ſtatio. Ad montem Saruai, ſtatio. Ad ſolitudinem Tidit, ſtationes tres inaquoſæ. Ad lacum Sciabára, cuius aqua eſt potabilis, ſtatio. Ad montem Nati, ſtatio. Ad Sámela, ſtatio. Ad Siru[illegible] monte collocatam, ſtatio. A d ſoitudinẽ Metalauet, quæ occupat ſpatium ſex ſtationum, vbi nulla inuenitur aqua. Tùm ad Necau, ſtatio. Ad Seluban montem, ſtatio. Tum ad montem Vegiad, ſtatio. Ad Nádrama, ſtatio. Ad montem C[illegible]zul, ſtatio. Ad montem Andamer, ſtationes tres per deſertum inaquoſum. Ad Selcáia, ſtationes duæ. Ad Tameſt, ſtatio. T[illegible]

dem ad Segelmaſſam, ſtatio. Et quidem raró quiſquam ſe committit huic itineri, licet ſuperari poſſit adminiculo ductoris. Similiter inter Metſr, & [a] Baghdad intercedit ſpatium quingentarum ſeptuaginta leucarum; videlicet mille ſeptingentorum ac decem milliarium. *a i. Babylonem.*

Iter autem, quod à Metſr ducit ad vrbem [b] Iathreb, eſt huiuſmodi; Egredieris ex Metſr ad [c] Algiob, ad [d] Boüaib, tum ad hoſpitium filii Sadca, tum ad Agerud, hinc ad Roüaitha, tum ad Kerſa, tum ad Hafar, tum ad hoſpitium quoddam, tum ad Ayla, tum ad Giaal, poſteà ad Madian, tum ad Aarà, hinc ad hoſpitium quoddam, tum ad Keláia, tum ad Sciab, tum ad Baidha, tum ad [e] Vadi-álcqora, tum ad Rohba, tum ad [f] Dhi-almoruæ, tum ad Mor, tum ad Souaida, tum ad Dhi-choſciob, tum demùm ad vrbem Iathreb. *b i. Medina. c Puteum. d i. oſtiolū. e i. Vallum pagorum. f i. Virilem.*

Eſt prætereà aliud iter per litora maris Rubri, nempè ex Metſr ad Ain-ſemes, ad oppidum Matriie, ad lacū Algiob (eſtque hic ſtagnum quoddam, in quod influit amnis [g] Câheræ) ad puteum Agerud, tum ad puteum [h] Agiuz, tum ad Calzem, tum ad Batn-Moghaire (eſt autem hic, Portus, cui adiacet lacus aquæ) tum ad ſinum Faran, tum ad Merbad, tum ad Iethran locum pernicioſum, in quo naufragium patiuntur nauigia tempeſtate furente: nàm hic eſt ſinus quidam habens à latere montem aſſurgentem, ad quē venti [illegible]um alliduntur, agu[illegible] torquentur, & irruunt in mare, atque vndis concitatis perdunt quaſcunque naues illic offendunt. Cùm autem ventus Auſtralis dominatur, ſulcari nullatenùs poteſt. Occupat verò locus iſte tàm aſper ſpatiū ſex ferè milliarium. Et fertur hunc in locum immerſus eſſe Pharao ille maledictus. Propè Faran extat etiam locus pericioſus cum ſulcatur flante Euro ad Occidentem, & Fauonio ad Orientem; voc[illegible]ue locus iſte Hilan. Porrò ab Hilan pergit iter ad mont[illegible] Tur, ad Ayla, ad Hacl, ad Madian, ad Haura, ad Gi[illegible]ale [illegible]d Hadid, ad Aasfan, ad Batnmor, ad Meccam. *g Europæis Cairo. h i. Vetula.*

*De quarta parte nulla fit mentio.*

## *QVINTA PARS*
### *Climatis Tertii.*

IN hac Parte quinta Climatis tertii continetur pars maris Rubri, ſolitudo deſerta, & pars maris Damaſceni cum adiacentibus vrbibus, Portibus, arcibuſque populoſis. Item terra Palæſtinæ, & Damaſci, & inferior terra Hagiaz, cum parte ſolitudinis, quà reſpicit occidentem. Regiones autem celebriores iſtic comprehenſæ ſunt Calzem, Faran, Ayla, Madian, Chaibar, Vadi-álcqora, Hagiar, Tabuc, Duma, Maden-alnocra, Aládi, Seiála, Rahet, Farma, Aſcalan, Ghaza, Ramla, Ieruſalem, Tiberias, Neapolis, Damaſcus, *a Leüclauio, Beallebeca.* a Baalbec, Hems, Iafa, Cæſarea, Arſuf, Acca, Tſur, Bairut, Náama, Gebail, Tripolis, Antarſus, Bánias, Laodicea, Souaida, & Antiochia. Nos itaque diligenti narratione complectemur quod in ſingulis earũ notatu dignũm eſt, quotq; milliaribus ſiuè leucis diſtant abinuicem, earumque ſitus, fauente Deo Maximo.

Igitur mare Rubrum eſt in ſe velut flumen, & ſunt in ipſo montes aquis immin entes, & ſcopuli, ac ſyrtes patentes, latenteſque, & viæ nauium inter iſtos diſcernendæ. Inter mare Rubrum, & Metſr intercipitur ſpatium nonaginta milliarium. Eodemque modo à mari Rubro ad Farma, itinere terreſtri, ad plagam ſeptentrionalem, habetur interuallum ſeptem ſtationum: atque hoc eſt interuallum quod intereſt inter mare Rubrum, & mare Damaſcenum; & hoc idem ſpatium vocatur Deſertum erroris, in illud enim errarunt filii Iſraël tempore Moſis, cui ſalus.

In Calzem fabricantur naues ſulcantes mare Rubrum. Eſt autem pulcherrimus modus, quo conſtruuntur. Nàm carina diſtenditur inprimis ſuper terram ſatis ampla, nec priùs adaptantur tabulæ partibus carinæ iam connexæ quàm ſint concinnatæ: ac tum quidem cõſtringuntur funibus confectis è corticibus palmarum, & clauis aff[illegible]tur

pontibus iam cohærentibus. Quibus omnibus abſolutis oblinitur nauis adipe deſumpta ex belluis marinis, & pice minutiſſima. Naues huius maris funda habent lata, neque fiunt admodùm profundæ, vt poſſint eo pacto ferre multum oneris, nec tàm facilè hæreant breuiis. A Calzem per oras maritimas ad Faran-Ahron habentur XL. M. P. eſt autem vrbs Faran ſita in imo ſinu quodam, è quo itur ad mõtem Tur, qui non procul diſtat à mari, ſed protenditur vnà cum illo, ita vt inter ipſum & mare pateat via trita. Mons verò iſte ſublimis eſt, conſceditur que gradibus, & in ipſius cacumine extat oratorium cum puteo aquæ fluentis, quam bibunt omnes viatores illàc prætereuntes. A Tur ad [a] Maſdaf locum amœniſſimum, arenoſum, aqua limpida irriguũ, vbi piſcatione capiũtur vniones. A Maſdaf iſto ad [b] Sciarm-albair Portum inaquoſum, & ab hoc ad [c] Sciarm-albir portum item abſque aqua. Et ab hoc ad Caput Abi-mohammed portum quoque aqua carentem, atque hic conſtituitur initium aſcenſus Aylæ; Eſt autem Ayla vrbs modica, in quã Arabes recipiunt ſeſe, ſimulque conuerſantur. Tùm ad Aumed portum aquoſum, quem reſpicit inſula Noman diſſita à Continente x. M. P. Hinc ad portum Tenna, in quo non deeſt aqua. Ab hoc ad Atuf. Tùm ad Haura oppidum populoſum, nobilibus cultum incolis, qui etiam habent apud ſe fodinam, è qua excidunt ollas, & diſpenſant illas in omnes partes finitimas, atque remotas. Non longè ab eo oppido iacet ex parte Auſtrali mons Radhua, in quo naſcitur lapis cotis, indeque aſportatur in vniuerſos terrarum fines tàm orientales, quàm occidentales. Bibunt autem incolæ Hauræ aquas puteorum dulces: & habent ibi portum, ac urrim. Hinc ad flumen Tſafra portum pulchrum. Et ab hoc ad Coüaiaa portum populoſum, ad quem ducitur aqua è longinquo. Hinc ad [d] Giar. Tùm ad Giohfa, Poſteà ad Codaid. Deinde ad Aasfan. Tùm ad Giodda. Ad litus maris Rubri iacet vrbs Madian, maior quàm Tabuc: & in ipſa extat puteus, è quo Moſes, cui pax, adaquauit gregem [e] Scioaib. Ab vrbe Madian ad Ayla habetur interuallum quinque ſtationum; & ab Ayla ad Giar, viginti ferè ſtationum. Rursùs à Madian ad Tabuc per mediterraneum, oriẽ-

*a i. Locuſ cõchiliorum.*

*b i. Sinus domus.*

*c i. Sinus putei.*

*d Afr.: Gar.*

*e i. Raguelis*

tem verſus, inſunt ſtationes ſex: Eſtque ſita vrbs Tabuc inter Hagiar, & initium Damaſci ( initium autem Damaſci, quod eſt in media ferè via, quæ ducit Damaſcum, diſtat ab ipſa ſtationibus quatuor) habetque intrà ſe arcem pulcherrimã: & ſcatebra aquæ potum ciuibus ſuppeditat; ſuntque in ea palmæ permultæ. Dicuntur autem incolæ Aichæ, ad quos Deus deſtinauit a Scioaib, fuiſſe tunc in ipſa. Cęterùm Scioaib erat ex Madian. At verò Hagiar diſtat à Vadi-áliqora ſtatione vna, eſtque arx pulchrè ſita intér montes, in quibus commorabatur familia Thomud: ſuntque in illis domus exciſæ in petra; Atque hi montes vocantur ab habitatoribus Hagiar, & earum partium, b Alatháleb. Iſti verò montes quamuis aſpicienti à longe videantur coniuncti, tamen cùm is, qui illùc pergit, accedit ad ipſos, & in medio eorum ſe conſtituit, deprehendit ſingulas partes per ſe exiſtere, ita vt vnaquæque ambiri poſſit, neque vna alterã tãgat, aut vna cũ altera cõmiſceatur; Et eſt ibi modò puteus Thomud. Circundãt Hagiar vndique mõtes, & arenæ, quorum cacumina nemo valet ſine maximo labore ac difficultate conſcendere. Ab Hagiar ad c Tima habentur quatuor ſtationes, A Tima ad Chaibar, ſtationes totidem; Eſt autẽ Chaibar vrbs parua quaſi Caſtellum, munita, & locuples palmis, aruiſque: Eratque in exordiis Moſlemaniſmi domicilium filiorum Coraitæ, & Nodhair: & in ipſa degebat Samaüal filius Adia, ad quem alluditur in prouerbio, quod circunfertur de ſolutione debiti. Inde ad Medinam, ſtationes item quatuor. In ſpatio inter prædictam vrbem, & Diar-Giohainæ, atque oras maritimas interiecto, conſpiciuntur habitationes, in quibus commoratur gens quædam de ſtirpe Haſan filii Ali, filii Abi-Taleb: diſtãtque ab Abua, quæ eſt in via peregrinantium Meccam, vi. M. P. A Tima verò ad Dommat-algiandel quatuor numerantur ſtationes. Et inter eandem Tima, & initium Damaſci intereſt iter tridui. At fines Palæſtinæ ſunt principium territorii Damaſceni, & eius termini ex plaga occidentali, qui protenduntur ſpatio quatuor dierũ, nẽpè à Romh ad Allagiun. Latitudo verò eiuſdẽ à d Iafa ad e Eriha eſt bidui. Habitacula autẽ gentis Lot mare fætidum [illegible] gar, vſque ad Baiſan, & Tiberi[illegible]

a Raguelẽ.

b i Saxa.

c Atlas, Thimma.

d Ioppen.

e Iericho.

vocantur [a] Ghaur, quia videlicet eſt planities quædam inter duos montes. Omnes autem aquæ Damaſci dilabentes, & in vnum confluentes efficiunt flumen Zachar, cuius origo eſt ex mari Tiberiadis, propè ipſam Tiberiadem: & omnes fluuii influunt in illud, ſcilicet fluuius Iarmuc, & Had, & flumina Baiſan, & quicquid effluit è Kouar-mat, & ex mõtibus Hieroſolymorũ, & monte [b] Cabr-Abrahim, & quidquid etiam defluit de Neapoli; Hæc enim omnia ſimul cõcurrunt, & labuntur in mare Zogar, quod appellatur mare [c] Sadum, & Amur, duarum vrbium gentis Lot, quas Deus ſubmerſit, & earum locum redegit in mare fœtidum, quod vocatum eſt mare mortuum, quoniam nihil animatum in eo reperitur, neque piſces, neque reptile, neque aliud quicquam ex his quæ generari ſolent in cæteris aquis conſiſtentibus aut excurrentibus: imò eius aqua eſt calida, & exoſi odoris. Sunt autem in illo paruæ naues, quibus iter fit per eas partes, deferturque commeatus. Occupatque mare iſtud LX. M. P. longitudine, XII. latitudine. Ab Eriha ad Zogar habetur duarum iter dierum. A Zogar ad mõtes Sciarah, & ab his ad extremitatem Sciarah, bidui quoque iter. Ab Eriha ad Hieroſolymã, ſtatio. Ab Hieroſolyma ad Ghaſan, & Balca, tantumdem itineris. A Ramla ad Cæſaream, ſtatio non leuis. A Paleſtina ad vrbem Aſcalan, ſtatio item grandis. Et inter Aſcalan, & Gaza, XX. ferè M. P. A Baiſan ad Aſcalan, orientem versùs, XX. M. P. Ab Ariſc ad Varáda diuerſorium mari proximum, ſtatio vna. A Varáda ad Farma vrbem Damaſceno mari appoſitam, & lacui Tẽnis propinquam, ſtatio item vna. A prædicta Aſcalan maritima ad arcem Machur primam, mari adiacentem, XXV. M. P. reſpiciuntque hanc in mediterraneo Kaum, & [d] Bait-Gebrail, duo diuerſoria. Tùm ad Machur ſecundam, XXV. M. P. & ab hac ad vrbẽ Iafa; eſtque hęc, portus Hieroſolymæ, diſtantque abinuicem duabus leuibus ſtationibus.

At verò Hieroſolyma vrbs eſt illuſtris atq; vetuſtiſſima ędificio, quę Ilia olim dicebatur. Sita eſt ſuper montẽ: ſed facilis eſt ad eã aſcẽſus ex omni parte. Protẽditur in longũ ab Occidente in Orientem: Et in extremitate ipſius occidẽtali eſt porta [e] Almehrab, & ſuper hanc portam extat teſtudo Dauidis,

a i. Profundum.

b i. Sepulchri.

c Sodoma & Gomorra.

d i. Domus Gabrielis.

e i. Templi.

uidis, cui pax; In extremitate autem orientali habetur alia porta, quæ vocatur a Bab arrahme, atque hæc eſt clauſa, nec aperitur niſi ſingulis diebus feſtis Palmarum. Habet etiam à latere meridionali portam dictam b Bab-Schiun: & à latere ſeptentrionali portam c Amud-alghorab. Cùm quis ingreditur per portam Almehrab, quam ex parte Occidentali eſſe diximus, pergit ad orientem per vicum patentem ad templum maximum quod vocatur templum d Alcqeiam, à Moſlemannis autem dicitur Cemáme: Et ad hoc templũ inuiſendum concurrunt Romani ex omnibus ſuis regionibus tàm orientalibus, quàm occidentalibus. Itaque cùm ingreditur aliquis per templi portã occidentalem, animaduertit ſe eſſe intrà teſtudinem quę totum protegit templũ, & quidem eſt vna rerum mirabilium mundi. Porrò templũ e eſt infrà prædictam portam, nec poteſt quiſquam deſcendere ad illud ex hac parte: ſed ex porta, quam habet à Septentrione, patet de[illegible]ſus ad imum eiuſdem templi partem, per triginta g[illegible] & hæc porta vocatur porta ſanctę Mariæ. Deſcendenti verò in templum occurrit ſtatim Sepulchrum ſanctum, præcelſum, duo habens oſtia, & ſuper illud teſtudo fornicata, firmiſſimi ædificii, ſolidiſſimæ fortitudinis, artificioſiſſimè eleborata. Vnum è prædictis duobus oſtiis reſpicit aquilonarem partem, ad quam eſt porta ſanctæ Mariæ: alterum opponitur huic à Meridie, & vocatur oſtium f Aſſalùbiie, eiq; imminet turris cãpanaria. Extat eregione tẽpli [illegible], ab Oriente, templum magnum valdè, in quo Frãci Romani celebrãt Sacra, oblationeſque. Et ad orientalem quoque partem iſtius templi, leuiuſculè declinando ad meridiem habetur carcer in quo detentus fuit Chriſtus Dominus, & locus Crucifixionis. Teſtudo verò maxima eſt perforata, & cœlo patens, & circa illam depicti ſunt Prophetæ, Chriſtus Dominus, & Domina Maria genitrix eius, atque Ioannes Baptiſta. Inter lampades, quæ ſunt appenſæ in Sacro ſepulchro, tres aureæ pro[illegible] Sepulchri loco imminent. Cumque egrederis è Templo maximo prædicto, pergiſq; ad Orientem, occurrit tibi Ædes ſancta extructa [illegible]olomone filio Dauidis, nempè Te[illegible] illud, ad quo[illegible]dum confluebant Iudæi dum [illegible]

*a i. Porta clementiæ.*
*b i. Portam Sion.*
*c i. Columna corui.*
*d i. Reſurrectionis.*
*e Supple, inferius.*
*f i. Crucifixionis.*

floreret; poſteà verò ablatũ eſt è manibus eorũ, quia Moſlemannis venientibus expulſi ſunt ex illo. At verò ſub regno Moſlemannorum factum eſt magnificentiſſimum, eſtque Oratorium illud, quod apud ipſos vocatur [a] Alacſa. Nullũ autem eſt in toto terrarum orbe templum quod illud ęquet magnitudine, pręter Templum maximum quod eſt Cordubæ, in regionibus Andaluziæ. Imò, vti fertur, tectum templi Cordubæ eſt maius tecto templi Alacſa. At verò area tẽpli Alacſa eſt quadrata, & porrigitur in longitudinem ducentis vlnis, centum octoginta in latitudinẽ. Et media pars ipſius Sacello propinqua lapideis eſt concamerata fornicibus, quos multi columnarum ordines ſuſtentant: altera pars media detecta eſt & Ioui patens. In medio templo extat teſtudo ingens, quæ appellatur teſtudo petræ, vt vocãt, cadentis, quoniam ſub media teſtudine conſpicitur petra inſtar clypei cubica, cuius vna extremitatum eleuatur è terra dimidiata ſtatura, vel certè paulò minùs, alterum caput eſt humi defixum. Huius petræ longitudo reſpondet ferè latitudini, habet enim plus decem cubitis in latitudine, totidemque longitudine. Sub teſtudinis conuexo iacet cauitas quædam ſubterranea veluti tenebroſa domus, longitudinis decem cubitorum, quinque latitudinis, altior ſtatura: in quam deſcendit nemo, niſi face lumen ſibi paret. Habet præterea hæc teſtudo ianuas quatuor, & ianuam eius occidentalem reſpicit Altare, ſuper quo filii Iſraël offerebant ſacrificia. Propè ianuam eiuſdem orientalem extat teſtudo, quæ vocatur Sancta ſanctorum, elegantis venuſtæque molis; Ianuam eius meridionalem reſpicit habitaculum, quod fuerat Oratorium Turcis: at poſtquam cœperunt illud Romani, manſitque in manibus eorum vſque ad tempus, quo præſentem librum ſcripſimus, verterunt habitaculum prædictum ex oratorio in habitacula familiæ cuiuſdam dictæ Raubitarum, hoc eſt miniſtrorum domus Dei; Ianuam denique ſeptentrionalem reſpicit hortus amœnus varijs conſitus arborum generibus, & columnis marmoreis artificioſiſſimo opere cælatis circumornatus. Et in extremo horto extat aula inſeruiens presbiteris, & clericis ad ſumendum cibum.

[a] *i. Vlterius, ſeu remotius*

Egredieris deinde ex hoc templo procedens etiam in Orientem, offendeſque portam miſericordiæ, vt ſuperiùs diximus, clauſam: & non longè ab illa, portam aliam apertam, quæ vocatur porta [a] Alaſbat, per quam patet aditus ingredientibus, & egredientibus. Exeunti tibi ex porta Alasbat, & quantum ſpatii ſagittæ iaculatus dimetiri poteſt progredienti, occurrit eccleſia maxima atque pulcherrima Dominæ Mariæ nomini dicata, & appellatur locus iſte [b] Geſmania, ibique eſt Sepulchrum eius eregione montis oliuarum, qui diſtat ab Alaſbat vno ferè milliari. In via, per quam aſcenditur ad montem iſtum, eſt etiam alia pulchra ac præſtans Eccleſia, in qua conſtant clauſtra virorum, & mulierum mercedem à Glorioſiſſimo Deo ob eam clauſuram expectantium. In eiuſdem præfati montis parte orientali, aliquanto cum flexu ad meridiem, cernitur ſepulchrũ Lazari, quem Chriſtus viuificauit. Ad duo milliaria à monte oliuarum eſt caſtellum, è quo ducta fuit aſina, in qua equitauit Chriſtus Dominus quãdo ingreſſus eſt Hieroſolymam; eſt autem modò dirutum, à nemine habitatum. A ſepulchro Lazari incipit via, qua itur ad flumen Iordanem diſſitũ ab Hieroſolymis interuallo diei vnius. Et antequàm peruenias ad Iordanem, inuenies vrbem Iericho ſuperiùs memoratam, diſtantem ab ipſo flumine tribus paſſuum millibus. Secùs flumen, quod vocatur Iordanis, extat templum magnum in honorem ſancti Ioannis, in quo degunt Monachi Græci. Porrò flumen Iordanis exiens è mari Tiberiadis influit in mare [c] Sadum, & Ghamuræ: Et ex parte meridionali ipſius Iordanis extat deſertum vaſtum.

Quę verò continẽtur ex parte meridionali Hieroſolymæ, hæc ſunt. Egrediens per portam Sion, & quantum iactus eſt lapidis progrediens, inuenis templum Sion magnificum atque munitum, vbi eſt cœnaculum, in quo comedit Chriſtus Dominus cum Diſcipulis, & menſa ibidem aſſeruatur ad hæc vſque tempora, viſiturque ſtatuto tempore diei Iouis. Ex porta item Sion deſcenditur in foſſam, quę appellatur Vallis inferni, cuius in extremitate iacet Eccleſia in honorem Petri: In ipſa autem foſſa eſt fons [d] Seluan, ille nempè, in quo Chriſtus Dominus curauit cœcum infirmum

[a] i. Tribunum

[b] i. Getſemani.

[c] i. Sodoma & Ghomorra.

[d] i. Siloë.

qu

qui anteà nunquam oculos habuerat. Ad Auſtralem partem huiuſce fontis iacet ager, in quo ſepeliuntur Peregrini, quã terram Dominus emerat in eum finem: Et non procul ab eo agro ſunt plures domus exciſæ in petra, in quibus morantur viri qui pietatis ergo ibi ſe clauſere.

At verò Bethlehem, locus videlicet ille, in quo natus eſt Chriſtus, diſtat à Hieroſolyma ſex millibus paſſuũ: & in media via iſta habetur ſepulchrum Rachel matris Ioſeph & Beniamin filiorum Iacob, quibus ſalus: Huic ſepulchro duodecim ſunt lapides impoſiti, impendetque teſtudo lapidea concamerata. In Bethlehem igitur eo in loco eſt templum ædificio pulcherrimum, ſitu fortiſſimum, amplum, & ſupra quàm dici poſſit ornatiſſimum, ita vt nullum aliud paris ſtructuræ templum aſpiciatur. Eſt autem ſitum in terra plana, habetque portam vnam, ſuntque in ipſo pulcherrimæ quæque columnæ marmoreæ. In angulo templi, qui Septentrionem reſpicit, extat ſub ipſo templo ſpelunca, in qua natus eſt Chriſtus, & intra ſpeluncam, præſepe, in quo inuentus fuit. Egrediens è Bethlehem deprehendis ad Oriẽtem templum Angelorum, qui nuntiarunt paſtoribus natiuitatem Chriſti Domini. A Bethlehem ad templum Abrahæ ad Auſtrum, habentur octo ferè milliaria; eſt autem templum Abrahæ caſtellum, vrbis nomine donatum, & in eius templo ſepulcrum Abraham, Iſaac, & Iocob, quibus pax: & ex aduerſo ſepulchri ſingulorum ex prædictis, ſepulchrum vxoris ſuæ. Atque hæc vrbs in cliuo ſita eſt inter montes denſiſſimis oliuarum, ficuum, ſycomororum, aliorumque fructuum arboribus conſitos. A latere ſeptentrionali Hieroſolymæ nullum extat ædificium; ſed ab vrbe Hieroſolyma ad vrbem Neapolim, Septentrionem versùs, habetur iter bidui, & à Neapoli ad Ramla iter magnæ diei. Item ab Hieroſolyma ad Amman, & Balca, iter bidui & ampliùs. Ab eadẽ quoque Hieroſolyma ad Tiberiadem, nonaginta millia paſſuum. Et à Tiberiade ſimiliter ad Ramla, tres ſtationes. Tiberias verò eſt maxima atque metropolitana inter vrbes Iordanis. Ab hac ad [a] Sur, iter duarum grandium dierum. Et ab hac ad Aſcenſum Ablac, dies non integra. Ab hoc ad Baiſan, iter etiam diei minimè iuſtæ. Ab

[a] *Tyrus.*

 hac

hac ad Aanna vrbem de terra [a] Ghaur, tùm ad terminos territorii Iordanis, indeque ad locum quendam, qui dicitur [b] Giamîla, iter diei. A Tiberiade ad Acca, duarum leuium dierum: eſtque hęc vrbs conſpicua, ſuper excelſo mõte poſita, longa quidem in ſe, at non admodum lata, occupatque longitudine ſpatium duorum ferè milliarium. Et infrà ipſam ex parte occidentali eſt lacus aquæ dulcis habẽs in longitudine duodecim milliaria, totidemque in latitudine. At verò Cœſarea eſt regio maxima, habetque mœnia integra, & arcem munitam; & inter ipſam & [c] Iafa habetur interuallum xxx. milliarium. A Cæſarea ad Neapolim, ſtatio vna. Et ſimiliter à Cæſarea ad Ramla, ſtationes duæ breues. Item à Cæſarea ad vrbem Hifa maritimam, bidùi eſt iter: Hifa autem iacet ſub promontorio Karmel, quod in mare procurrit, continetque portum nauigiis grandibus, aliiſque oportunum: Et vrbs Hífa eſt portus Tiberiadis, diſtantque abinuicem ſpatio trium leuium ſtationum. Ab Hifa ad vrbem Acca, itinere terreſtri, habetur ſtatio vna, nempè milliária triginta: recto autem itinere maritimo, milliaria decem & octo. Vrbs Acca eſt magna, terminis ampla, frequens pagis, habetque portum optimum ac fidum, ciues conuenas. Igitur ab Acca ad Tiberiadẽ bidui habes iter. Et ab Acca ad arcem [d] Zait pulchram, mari appoſitam, XII. M. P. Ab iſta arce ad Nauácqir tres montes albos ſublimes, & maritimis oris imminentes, ferè XVIII. M. P. A mediis montibus Nauácqir ad vrbem Alexandriã, V. M. P. Et ab Alexandria ad vrbem Sur conſpicuam, litori maris adiectam, [e] XV. M. P. A Sur ad Tiberiadẽ iter duarum dierum non modicarũ. Et ab hac ad Adalon arcem munitam ſecùs mare ſitam, indeque ad Tſarfand arcem quoque pulcherrimam, XX. M. P. Et ab hac ad [f] Saida, X. M. P. Inter Sur, ac Tſarfand labitur flumen Lanta, quod naſcitur è montibus, [g] ibique mari ſe mergit. A Sur ad [h] Demaſcq quatridui habetur interuallum; Vrbs autem Demaſcq eſt è nobiliſſimis regionibus [i] Sciam, ſitu pulcherrima, aëre ſaluberrima, ſolo fœcundiſſima, abundantiſſima aquis, frugibus opulentiſſima, fertilitate vberrima, ditiſſima opibus, militibus inſtructiſſima, ædificiis ſummè conſpicua: habetque montes,

*a Profundi*
*b i. Pulchra*
*c Olim Ioppen.*
*d i. Olei.*
*e sũt dieta 15.*
*f Latinè Sydon.*
*g Subintellige, Libani.*
*h Lat. Damaſcus.*
*i i. Syria.*

atque arua quæ vocantur [a] Alghauta : protenditurque Alghauta ſpatio duarum ſtationum in longitudinem, vnius in latitudinem: & continentur in ipſa pagi quaſi vrbes, qualis eſt Meza cũ ſuburbiis ſuis, & Barda, Harſenna, Káucaba, ſalas, Caſuſáuſana, & Bait-alehua: eſtque in hac oratorium nõ multũ diſſimilẽ oratorio Damaſci. Ad portã Damaſci occidẽtalẽ habes vallem [b] Albenefsag, quæ xii. M. P. occupat longitudine, iii. latitudine, totam variis fructuum generibus conſitam, & fluminibus quinque diſtinctam. Aquæ verò per Alghauta decurrentes, exeunt è fonte [c] Alfaige, qui ortum habet in cacumine montis; quarè aquæ de ſummitate montis huiuſce defluentes non ſecùs ac magnus amnis, maximum edunt murmur. A Damaſco ad vrbem Baalbec, in plaga ſeptentrionali, duæ habentur ſtationes: eſtque hæc vrbs fœcunda, ad radices montis appoſita. Ab vrbe Damaſco ad Bairut, iter duarum magnarum dierum. Idẽque iter ab ipſa ad vrbem Saida. Item à Damaſco ad Adhreat, quæ eſt Bithynia, ſtationes quatuor. Et à Damaſco ad Neapolim, ſtationes ſex, Occidentem versùs. A Damaſco etiam ad Tripolim maritimam, ſtationes quinque. At verò vrbs Saida adiacet litori maris Salſi: Et in iſta vrbe, nempè Saida, eſt fons celebris in quo creſcunt verno tempore piſciculi ęquè ac digitus longi, maſculi ac fæminæ, ſignis quibuſdam ſexuum varietatem diſtinguentibus. Tempore, quo coire ſolent, capiuntur, atque exſiccantur, cumque res poſtulauerit, ſumitur vnus ex ipſis, contunditur, & cũ aqua hauritur, efficitque vt homo vehementi libidine exardeſcat, & abſque laſſitudine vel intermiſſione coëat quantùm voluerit; Hi autem piſciculi ſunt parui, ad modum lacertarum. A Saida ad Hemma ſecùs mare conſtructam eſt interuallum VIII. M. P. Ab hac ad arcem Calmun mari adiacentem, V. M. P. Ab hac ad arcem Náamæ, quæ eſt velut vrbs modica, VII. M. P. Ab arce Náamæ ad promontoriũ Bairut, XXIV. M. P. Et ab [d] hac ad Demaſcq; iter bidui. Ab vrbe Bairut ad Arcem Almotadeſiæ, viii. M. P. Hinc ad [e] Nahr-alcalb arcem paruam ad mare appoſitam, VI. M. P. Et ab hac ad arcem Hunia, IV. M. P. Hinc ad [f] Atfat-Salam. Ab hac ad Machur-Gebail arcem fortiſſimam. Tùm ad oſtium

[a] *i. Vallis.*
[b] *i. Violarũ.*
[c] *i. Profuſionis.*
[d] *Nempè Bairut.*
[e] *i. Flumen canis.*
[f] *i. Flexus ſalutis.*

oſtium fluminis Abrahim, iii. M. P. Ab eo flumine ad vrbẽ Gebail, v. M. P. Ab vrbe Gebail propè mare ad Bathrun arcem pulchram, x. M. P. Ab hac ad [a] Anſ-álhagiar ſecus mare poſitam, v. M. P. Ab arce Anſ-álgiar ad vrbem Tripolim Syriæ, viii. M. P. Reſpiciunt vrbem Tripolim quatuor inſulæ ordine diſpoſitæ. Prima cõtinenti propinquior eſt inſula [b] Nargias: Cõſequitur hanc inſula [c] Aloomd: poſt hanc eſt inſula [d] Arráheb: ad hanc poſtremò accedit inſula Auadhcun. Ab vrbe Tripoli ſecùs oras maritimas poſita perges ad [e] Ras-alheſn ſitam in extremitate continẽtis cuiuſdã, cuius cõtinentis lõgitudo rectè sũpta extenditur ſpatio xv. M. P. Sin autẽ ſecundũ ſinuoſos litoris flexus menſuretur, xxx. M. P. Vocaturque continens Arcqa: Et intrà cõtinentẽ iſtã tres deprehẽdũtur arces parũ abinuicẽ ſemotæ; Vna, Tripoli vicinior, Leonorus appellatur: altera Banina, adiacetque fluuio cuidam, qui dicitur fluuius Baninæ; tertia vocatur [f] Heſn-álhamam. Ab hac deinde ad Arcqa vrbem populoſam, tribus milliaribus à mari diſſitam.

*a i. Naſus, ſeu promontorium lapidis.*
*b i. Narciſsi.*
*c i. Columnarum*
*d i. Monachi.*
*e i. Caput arcis.*
*f i. Arx columbarum.*

At verò terræ Hems Metropolitana eſt Hems, quæ talibus veneficio, & cantionibus eſt munita, vt nulli eam ſerpentes aut ſcorpiones ingrediantur, imò ſi ad portam ciuitatis adferantur, illicò intereant. Eſt etiam in eadem vrbe ſuper excelſam teſtudinem in medio vrbis erectam, ſtatua ænea equitis formam referens, quæ prò vario ventorum circumductu variè circumuoluitur. In eius teſtudinis pariete eſt lapis infixus, in quo ſcorpij figura eſt inciſa: & cùm quis morſus ſiuè punctus fuerit, quod ſecum defert lutum ei lapidi applicat, ac morſui admouet, ſtatimque ſanatur. Ab vrbe Hems ad [g] Haleb habentur ſtationes quinque. Et ab eadem Hems ad Antarſum mari adiacentem, duæ ſtationes. Via verò ab Aarcqa ad Antarſum per oras maritimas capienda eſt; egrediendum enim ex vrbe Aarcqa ad arcem, quæ vocatur Sceng, poſteà ad vrbem Antarſum, quæ quidem ſita eſt in extremitate vaſtæ cuiuſdam Cõtinentis ſpatioſis montibus vt plurimùm occupatæ: ſecatur autem iſta Continens xv. milliarium menſura rectè ſumpta. Porrò Antarſus vrbs eſt modica, ad mare appoſita, fortibus muris cincta: Et non longè ab ipſa extat in mari magna quædam

*g Aleppus.*

inſula

inſula, in qua habetur Eccleſia. Ex Antarſo per meridionales Mediterranei partes, ad arcem [a] Alcheüabi ſumma in vertice montis collocatam, habes interuallum xv. M. P. Ab Hems ad Demaſcq, ſtationes quinque: totidemque ſtationes à Tripoli Syriæ ad Demaſcq.

[a] *i Idriarũ.*

Iter, quod à Demaſq ducit ad vrbem [b] Iathreb, eſt huiuſcemodi. Egredieris Damaſco ad diuerſoriũ quoddã parui amnis ripæ adiacens, indeque ad Dea, conficieſque ſtaſtionẽ vnam. Hinc ad [c] Dhat almanázel pagũ populosũ, ac deinde ad Ianù, ſtationẽ alterã. Inde ad Bithyniam, ſtationẽ itẽ vnã. Ab hac ad Damna pagũ, ſtationẽ vnã. Ab hoc ad vrbem Tabuc, tùm ad [d] Móhdetha, tùm ad [e] Acraa, tùm ad Hanifia, tùm ad [f] Hagiar turrim fortiſſimam inter montes conſtructam, in regionibus Thammud, ſtationem vnam. Hinc ad flumen quoddam, tùm ad Rohoba, tùm ad Dhilmaruati, tùm ad [g] Mor, tùm ad Souaidam, tùm ad [h] Dhichaſciab, tùm demùm ad vrbem Iathreb. Via autem, qua itur Damaſco ad Racea, eſt xviii. ferè ſtationum.

[b] *Eſt Medina.*
[c] *i. Habens diuerſoria.*
[d] *i. Neiam*
[e] *i. Alopecioſum.*
[f] *i. Lapidẽ.*
[g] *i Amarũ.*
[h] *i. Habentẽ ligna*

---

# *SEXTA PARS*
## *Climatis Tertii.*

COmplectitur iſta pars ſexta Climatis tertii in occidentali ſui plaga portionem extremitatum Solitudinis, in quibus extant regiones infraſcriptæ: Faid vrbs, Thaalabia, Remala, Hira, Cadeſia, Thamman, Faraa, & Kàtdhema. Ibidemque de regionibus terrę duorum marium ſeptentrionalibus continetur Cattif, & Zara, Ahſa, Aafir, Giorg, Biſcia, & inſula Aual; reliquum ſpatium interceptum inter regiones duorum marium, & Oman, eſt deſertum ab Arabibus cultum, aquæ penuria laborãs. Hùc prætereà terminatur mare Perſicum: atque hæ ſunt regiones illi adiacentes, Abadan, Ayla, Mehra, Can, Sembin, Hanana, Nagiram, Semar, Siraf, & arx Ammaræ, quæ omnes pertinent ad terram. [i] Fares Eas etiam ſecùs mare conſequitur de terra Karman,

[i] *i. Perſia.*

man, Sorúra, Hormoz, & ſolitudines montium[a] Cofs. Ex inſulis huius maris eſt inſula Harec, & inſula Lameth, quæ reſpicit Siraf, & promontorium Tſafac, nec non inſula Aüal. In hac item parte continetur de regionibus dominii Aaraq, Hira, Cadeſia, Kufa, Sura, Cattar, [b] Nahr-álmalec, Kutharia, [c] Vaſet, [d] Batáyeh, [e] Fam-altſolh, Madar, Manbeg, Bayan, Solaimanan, Obolla, Baſra, Abadan, & Giargiarai. Comprehendit præterea hæc eadem Pars de finibus Chureſtan vrbem Náſcian, Hay, Alzaron, Daira, Aſrec, Azam, Sambil, Aidhag, Dar-hormoz, [f] Suc-alárbaa, Hormoz (atque hæc eſt Ahüaz) Aſcar-mocram, Giondiſabur, Toſtar, Karcha, Sus, Corcub, Tib, Matthuth, Baraddun, Baſanna. Continet item de terra Aſbahan, Bidengian, Baidha, & Aſfahan. Item amplectitur de terra Fares, Ragian, Karun, Nubedgian, Gioüar, Sciraz, Ahuaz, Babain, Kiſa, Ham, & Giorhom. Nos itaque ſingulas regiones prædictas, quidque in iis reperiatur ſumus memoraturi, Diuina nobis gratia opitulante.

*a Vel Caſas.*
*b i. Flumen Regis.*
*c i. Media.*
*d i Stagna.*
*e i. Os pacis*
*f i. Nundinæ diei Mercurij.*

Quare dicimus vrbem Faid eſſe de terra ſolitudinis, in media via quæ eſt à Baghdad ad Meccam. At verò Cadeſia eſt vrbs in margine ſolitudinis poſita, ad occidentalem partem vrbis Baghdad; eſtque è propugnaculis Aaracq. A Cadeſia ad Kufa duæ habentur ſtationes. Et ab eadem Cadeſia ad vrbem pacis Baghdad, leucæ LXI.* Kufa autem eſt ad ripam fluminis Eufratis. Sexto à Kufa milliari extat teſtudo maxima, altis vndique ſuſtentata muris, oſtio clauſo, pretioſiſſimis ex omni parte velis cooperta, & pauimentō ſtoreis Samaniticis ſtrato: Et intrà ipſam fertur eſſe ſepulchrum [g] Aali filij Abi-taleb: Et qui circumiacet teſtudini locus, eſt cœmeterium familiæ eiuſdem Aali filij Abi-taleb. Porrò Kufa, Cadeſia, & Hira pertinent omnes ad ditionem Aaracq. Duæ vrbes Vaſet iacent ad vtramque ripam [h] Degelæ; Et ab vrbe Vaſet ad Baghdad eſt interuallum octo ſtationum: Et ab eadem ad Baſram ſeptem ſtationes. Ab eadem quoque Vaſet ad vrbem Kufam, ſex ſtationes per viam, qua itur ad Batáyeh. A Kufa ad Baſram, duodecim ferè ſtationes. Et à Kufa ad Medinam, viginti circiter ſtationes. Item à Kufa ad Baghdad, ſtationes quinque. Et ab

*g Aali eſt patruelis Mohamedis*
*h Eſt flumen Tygris.*

eadem

eadem Kufa ad Cadeſiam, ſtationes duæ. A Cadeſia ad Odhaib, quæ eſt prima linea ſolitudinis, vi. M. P. A Vaſet deſcendes per Degelam ad Nahraban ſpatio dimidiatę diei, via fluuiali: terreſtri autem, interuallo ſtationis vnius. Ab hac deinde ad Degelat-Alaaura: tùm ad Nahr-Maacqel: indeque demùm labêris in [a] eluuiem Baſræ. Etquidem vrbs Obolla habet vnum è ſuis lateribus ad hoc flumen, quod à ſeptentrione alluit ipſam: alterum latus vrbis, nempè oriẽtale, adiacet occidentali ripę fluminis Degelæ. Infra Obollam ſecùs ripam eiuſdem Degelæ habes Manbeg, & Madar, vrbes magnitudine quaſi pares. A Baſra ad Abadan duæ habentur ſtationes, videlicet trigintaſex milliaria; eſt autem Abadan arx parua quidem, ſed integra, ad litus maris appoſita, quæ inſeruit ad obſeruandos, atq; protegẽdos eos, qui ſulcant mare prædictum: iacetque Abadan ab occidentali parte Degelæ amnis, qui eo in loco maximè diffunditur ſuper terram. Ab Abadan ad [b] Alchaſciabat habentur vi. M. P. iſtę autem Alchaſciabat ſunt eo in loco, vbi mare Perſicum attingit oſtium Degelæ, ſuntque trabes in profundo maris, & ſuſtentant ſubſellia tabulis fabrefactis conſtructa, in quibus ſedent cuſtodes maris, habentes cymbam, qua & ad iſtas trabes ſe conferunt, & ad litus appellunt. Dexterum maris huius Perſici litus pertinet ad Arabes, alterum ſiniſtrum ad Perſas; habet autem in latitudine ducenta decem milliaria, in profunditate verò à ſeptuaginta vlnis ad octoginta. Ab Alchaſciabat ad vrbem [c] Bah-[illegible] in litore Arabum ſita, habetur ſpatium ducentorum decem milliarium. Et à Baſra ad Bahrain, via trita, ſtationes vndecim. A Baſra ad Medinam, ſtations ferè vinginti: & hæc via coincidit cum extremitate Kufæ, propè Maadenalnocra. A Bahrain ad Medinam, viginti ferè ſtationes. Via autem, quæ ducit à Baſra ad Bahrain, eſt per Abadan. Ab Abadan ad [d] iter ſtationis vnius, cùm aquis aridum, tùm habitatoribus vacuum, deinde ad Hadauiia, poſteà ad Aarmagia, ſtatio. Tùm ad Hahan, ſtatio. Tùm ad [e] Alcqere, ſtatio. Tùm ad Melleham, ſtatio. Tùm ad Ahſa, ſtatio. Tùm ad Hems, ſtatio. Tùm ad oras maritimas Hagiar, ſtatio. Omnes prædictæ ſtationes ſunt

Q por-

[a] *i. In locũ, vbi flumen Baſora multùm ſe profundit*

[b] *i. Trabes.*

[c] *Hoc eſt, duorum marium.*

[d] *Deeſt in textu.*

[e] *i. Oppida.*

portus, & loca inaquoſa. At verò Ahſa eſt vrbs ad mare Perſicum ſita eregione Aüal, pertinetque ad a Caramitas, & eſt ciuitas perpulchra. Vrbs autem Cattif proxima eſt mari, nec quidem modica: Diſtatque Cattif ab Ahſa duabus ſtationibus. A Cattif quoque ad Hems Perſico mari adiacentem, bidui iter habetur. Ab vrbe item Cattif ad Biſciam, ſtatio longa. Eidem Cattif, qua parte reſpicit Baſram, annexum eſt deſertum amplum, in quo nulla reperitur habitatio; nulla enim ibi eſt arx, vel ciuitas, ſed caſæ in quibus degit gens quædam Arabum, Aamer-Rabiaa dicta. De vrbibus Bahrain eſt Hagiar, Hems, Cattif, Ahſa, Biſcia, Zara, & Cherta, à qua nomen habent lanceę Chetticæ. Via verò, quę ducit à Baſra ad Bahrain, tùm ad Iamáma, eſt per deſertum, & hanc viam Arabes frequentant, ſed mercatores rarò illam aggrediuntur; Ea autem eſt huiuſmodi: Egrediens è Baſra, & ſtationis iter faciens, deuenies ad diuerſorium quoddam in Deſerto, vbi etiam inuenies fontem aquæ. Inde ad Katdhema habetur ſtatio. Tùm ad diuerſorium quoddam in Deſerto. Indè ad aliud hoſpitium. Deinde ad aliud quoque hoſpitium. Tùm ad Gharaa diuerſorium Arabibus cultum. Tùm ad hoſpitium, in quo habetur aqua. Tùm ad aliud hoſpitiu[illegible] ab eadem [illegible] etiam ad diuerſorium, in quo reperitur aqua. Tum ad [illegible] ráni, ab occidentali parte terræ Bahrain. Hinc ad diuerſorium quoddam. Tùm ad aliud hoſpitium. Deinde ad Salamiam. Poſteà ad Seial. Tùm ad terminos Iamámæ. Ad orientalem plagam ab oſtio Degelæ influentis in mari [illegible] badan, extat terra Chureſtan ſub qua continentur Ahüaz, Aſcar-mocram, Toſtar, Giondi-ſabur, Sus, Ram-Hormoz, Meſercan, Sorrac quæ & Daurac vocatur, Fars, Aidhag, Cannar, Hay, Baſanna, Suc-[illegible]mque ripam [illegible]dher magna, Manádher parua, Corcub, [illegible] interuallum [illegible] thuth, Baraddun, Karcha, Azam, Suc-a[illegible] [illegible]ondi maritima, Náſcian, Salaman.

E flumine Toſtar egreditur flumen, quod dicitur flumē Meſercan, & ad Occidentē excurrens attingit vrbē Aſcar-mocrā, habetque ibi pontem magnū, viginti ferè nauiculis extructum, & grandibus ſulcatur nauigiis, quæ aduſ[illegible]

a *Familiæ nomen.*

Ahuaz perueniunt: inter Aſcar-mocram autem, & Ahuaz intereſt, flumine, ſpatium xxx. milliarium. Et verò cum aqua in incremento eſt, quod euenit initio menſis, naues illàc tranſeunt, cùm autem in decremento, tranſire nequaquam poſſunt. Ex parte meridionali Chureſtan fluit amnis Tab, diuidens ipſam Chureſtan à Fares. Et omnes aquæ Chureſtan in vnum confluentes exonerant ſeſe in mare, propè arcem Mahruian, non procul ab arce Mohdi. Cæterùm Sus eſt vrbs conſpicua. Et Aſcar-mocram vrbs eſt magna, atque venuſta, ad flumen Meſercan appoſita, in qua reperitur ſpecies quædam ſcorpionum folio [a] Angiodhâni ſimilium, inter quos qui flaui ſunt coloris, vocantur [b] Algiarrâra: & hi, ſi quem momorderint, illicò enecant, ſiquidē rari mortē euadunt. Inter Aſcar-mocram, & Toſtar ſtationis eſt interuallum. Et inter Aſcar-mocram, & Ram-hormoz, duarum ſtationum. Similiter ab vrbe Aſcar-mocram ad Daurac, quatuor ferè ſtationes habentur. A Daurac ad Ahuaz, quatuor leues ſtationes, & ad duas ab ea ſtationes iacet in plaga occidentali vrbs Nâſcian. Inter Nâſcian, & arcem Mohdi, ad Occidentem, habentur item duę ſtationes. Conterminus eſt Aſciac ex ea parte qua reſpicit confinia Perſiæ, mons Adergan, in quo extat fornax ignis noctù diùque ardentis, & fumum iugiter emittentis, non ſecùs atq; mōs ignjuomus inſulæ Siciliæ. Ab Aſcar ad Aidhag, verſùs plagam orientalem, quatuor habentur ſtationes. Ab vrbe Toſtar ad Giondiſabur, ſtatio magna. A Giondiſabur ad Sùs, ſtatio. Ab hac ad vrbē Corcub, è qua nomē deſūpſit linteū virgatū Corcubæū. Proxima eſt vrbi Corcub ab Aquilone vrbs Tib, ad interuallū ſtationis. Ab hac ad Vaſet, ſtationes duæ. Conſequitur ad hanc ex parte orientali vrbs Matthuth dicta, inter quam & Sus intercedit ſtatio: eſt autem Matthuth ad latus occidentale ipſius Sus. Non longè ab vrbe Sus, ad occidentem, eſt vrbs Baraddun parua. Et poſt hanc, vrbs quoque Baſanna, quę ſtatione diſtat à Sus. A Sus pariter ad Baraddun habetur ſtatio. A Sus ad Ahuaz, triduum. Ab Aſcar-mocram ad Suc-alarbaa, quæ & Suc-alahuaz dicitur, ſtatio. A Suc-alahuaz ad Daurac habētur quadraginta octo milliaria, nauigio: pedibus autem, ſeptuagin-

[a] *i. Laſerpitij.*

[b] *i. Reptantes, caudam videlicet ſuper terram.*

portus, & loca inaquoſa. At verò Ahſa eſt vrbs ad mare Perſicum ſita e regione Aüal, pertinetque ad a Caramitas, & eſt ciuitas perpulchra. Vrbs autem Cattif proxima eſt mari, nec quidem modica: Diſtatque Cattif ab Ahſa duabus ſtationibus. A Cattif quoque ad Hems Perſico mari adiacentem, bidui iter habetur. Ab vrbe item Cattif ad Biſciam, ſtatio longa. Eidem Cattif, qua parte reſpicit Baſram, annexum eſt deſertum amplum, in quo nulla reperitur habitatio; nulla enim ibi eſt arx, vel ciuitas, ſed caſæ in quibus degit gens puædam Arabum, Aamer-Rabiaa dicta. De vrbibus Bahrain eſt Hagiar, Hems, Cattif, Ahſa, Biſcia, Zara, & Cherta, à qua nomen habent lanceę Chetticæ. Via verò, quę ducit à Baſra ad Bahrain, tùm ad Iamáma, eſt per deſertum, & hanc viam Arabes frequentant, ſed mercatores raò illam aggrediuntur; Ea autem eſt huiuſmodi: Egrediens è Baſra, & ſtationis iter faciens, deuenies ad diuerſorium quoddam in Deſerto, vbi etiam inuenies fontem aquæ. Inde ad Katdhema habetur ſtatio. Tùm ad diuerſorium quoddam in Deſerto. Indè ad aliud hoſpitium. Deinde ad aliud quoque hoſpitium. Tùm ad Gharaa diuerſorium Arabibus cultum. Tùm ad hoſpitium, in quo habetur aqua. Tùm ad aliud hoſpit[illegible] eadem etiam ad diuerſorium, in quo reperitur [illegible] autem ráni, ab occidentali parte terræ Bahra[illegible] rium quoddam. Tùm ad aliud hoſpiti[illegible] miam. Poſteà ad Seial. Tùm ad term[illegible] diuerſo- orientalem plagam ab oſtio Degelæ influ[illegible] Salabadan, extat terra Chureſtan ſub qua contin[illegible] Ahüaz, Aſcar-mocram, Toſtar, Giondi-ſabur, Sus, Ram-Hormoz, Meſercan, Sorrac quæ & Daurac vocatur, Fars, Aidhag, Cannar, Hay, Baſanna, Suc-[illegible]que ripam [illegible]dher magna, Manádher parua, Corcub, [illegible] interuallum thuth, Baraddun, Karcha, Azam, Suc-a[illegible] [illegible]ondi maritima, Náſcian, Salaman.

E flumine Toſtar egreditur flumen, quod dicitur flumē Meſercan, & ad Occidentē excurrens attingit vrbē Aſcarmocrā, habetque ibi pontem magnū, viginti ferè nauiculis extructum, & grandibus ſulcatur nauigiis quæ aduſ[illegible]

a *Familiæ nomen.*

Ahuaz perueniunt: inter Aſcar-mocram autem, & Ahuaz intereſt, flumine, ſpatium xxx. milliarium. Et verò cum aqua in incremento eſt, quod euenit initio menſis, naues illàc tranſeunt, cùm autem in decremento, tranſire nequaquam poſſunt. Ex parte meridionali Chureſtan fluit amnis Tab, diuidens ipſam Chureſtan à Fares. Et omnes aquæ Chureſtan in vnum confluentes exonerant ſeſe in mare, propè arcem Mahruian, non procul ab arce Mohdi. Cæterùm Sus eſt vrbs conſpicua. Et Aſcar-mocram vrbs eſt magna, atque venuſta, ad flumen Meſercan apposita, in qua reperitur ſpecies quædam ſcorpionum folio [a] Angiodhâni ſimilium, inter quos qui flaui ſunt coloris, vocantur [b] Algiarrâra: & hi, ſi quem momorderint, illicò enecant, ſiquidẽ rari mortẽ euadunt. Inter Aſcar-mocram, & Toſtar ſtationis eſt interuallum. Et inter Aſcar-mocram, & Ram-hormoz, duarum ſtationum. Similiter ab vrbe Aſcar-mocram ad Daurac, quatuor ferè ſtationes habentur. A Daurac ad Ahuaz, quatuor leues ſtationes, & ad duas ab ea ſtationes iacet in plaga occidentali vrbs Nâſcian. Inter Nâſcian, & arcem Mohdi, ad Occidentem, habentur item duę ſtationes. Conterminus eſt Aſciac ex ea parte qua reſpicit confinia Perſiæ, mons Âderban, in quo extat fornax ignis noctù diùque ardentis, & fumum iugiter emittentis, non ſecùs âtq; mõs ignivomus inſulæ Siciliæ. Ab Aſcar ad Aidhag, versùs plagam orientalem, quatuor habentur ſtationes. Ab vrbe Toſtar ad Giondiſabur, ſtatio magna. A Giondiſabur ad Sûs, ſtatio. Ab hac ad vrbẽ Corcub, è qua nomẽ desũpſit linteũ virgatũ Corcubæũ. Proxima eſt vrbi Corcub ab Aquilone vrbs Tib, ad interuallũ ſtationis. Ab hac ad Vaſet, ſtationes duæ. Conſequitur ad hanc ex parte orientali vrbs Matthuth dicta, inter quam & Sus intercedit ſtatio: eſt autem Matthuth ad latus occidentale ipſius Sus. Non longè ab vrbe Sus, ad occidentem, eſt vrbs Baraddun parua. Et poſt hanc, vrbs quoque Baſanna, quę ſtatione diſtat à Sus. A Sus pariter ad Baraddun habetur ſtatio. A Sus ad Ahuaz, triduum. Ab Aſcar-mocram ad Suc-alarbaa, quæ & Suc-alahuaz dicitur, ſtatio. A Suc-alahuaz ad Daurac habetur quadraginta octo milliaria, nauigio: pedibus autem, ſeptua-

*a i. Laſerpitij.*

*b i. Reptantes, caudam videlicet ſuper terram.*

P. & à Chan-Rus ad Aſbahan, nonagintatria M. P.

At verò iter à Sciraz ad Chureſtan, id eſt: A Sciraz ad Gioüaim vrbem pulchram, perſpicuam, firmamque, xv. M. P. A Gioüaim ad Chalan oppidum magnum, xii. M. P. Ab hoc ad Charrára oppidum populoſum, ſed aquæ penuria laborans, xv. M. P. A Charrára ad Korchemam, xv. M. P. Ab iſto ad oppidũ Horaidan, xii. M. P. Hinc ad Raſain, xxii, M. P. Hinc ad Ragian, xxi. M. P. Ab hac ad Bandel oppidum, ix. M. P. Ab hoc ad oppidum ſcorpionum, quod Hamarna vocatur, xii. M. P. A Ragian etiã ad Suc-ſanbil, xviii. M. P. Terminus autẽ eſt pons Baccar, qui diſtat à Ragian iaculatu ſagittæ. Itaque ſumma totius interualli inter Sciraz, & Ragian intercepti, eſt centum triginta M. P.

Patet autem via à Sciraz ad Iazd; & quidem Iazd, eſt ad Orientem, ſecùs extremitatem deſerti, in itinere quod ducit ad Choraſan: & nos adamuſſim deſcribemus hanc viam prout iacet. Quarè egredieris è Sciraz ad Zarcan (eſt autẽ Zarcan domicilia aliquot ſecùs flumen ſuauis aquę) Tùm ad vrbem Aſtachar, xviii. M. P. Ab Aſtachar ad oppidum Tir, xii. M. P. A Tir ad Kehemend oppidum, xxiv. M. P. A Kehemẽd ad Bẽd oppidũ, totidũ M. P. A Bẽd ad Iarcoia, xxxvi. M. P. A Iarcoia ad oppidũ [a] Aſad, xxxix. M. P. Ab Aſad oppido forti arce munito ad oppidũ [b] Magiùs, xviii. M. P. Ab oppido Magiùs ad vrbem Kattha ſub limitibus Iazd cõtentam, xv. M. P. Demum à Kattha ad Iazd, xxx. M. P.

a i. *Leonis.*
b i. *Gentiliũ*

Porrò iter à Sciraz ad Sirgian vrbem Karman, eſt huiuſcemodi. A Sciraz ad Aſtachar habentur xxxvi. M. P. Ab Aſtachar ad [c] Vadi-Aiad oppidum de confinibus Chur, xxiv. M. P. A Vadi-Aiad ad Keluan, xiv. M. P. A Keluan ad Hubaian oppidum populoſum cuidam ſtagno adiacens, quod & Zobaida vocatur, xviii. M. P. Ab hoc ad vrbem Maláha, totidẽ M. P. Ab hac ad Sahec vrbẽ populoſã, xiv. M. P. A Sahec ad [d] Rebat-Alſarmacan habetur planities xxiv. M. P. protenſa. Hinc ad Rebat [e] Saif-Hamm, xxvii. M. P. At verò Rebat-Alſarmacan ſuperiùs memorata eſt è limitibus Fares: quæ autem vltrà ipſam, è limitibus Karman. Itaque iuxtà prædicta, inter fines Alſarmacan, & Sciraz

c i. *Flumen.*
d i. *Hoſpitiũ*
e i. *Enſis,*

raz interſunt centum octoginta M. P. indeque ad vrbem Sirgian. xxiv. M. P.

Via autem à Sciraz ad Barem de vrbibus Karman, talis eſt; A Sciraz ad Háramim habes xxi. M. P. Ab Háramim ad hoſpitium quoddam, quod vocatur Rebat, xii. M. P. Ab hoc ad oppidum Kar, totidem M. P. A Kar ad vrbem Faſa ſuprà memoratam, xv. M. P. A Faſa ad Tamſan vrbem, xii. M. P. A Tamſan ad partes Faſihan vrbis, xviii. M. P. Hinc ad Nárecan, xii. M. P. Ab hac ad vrbem Bercan, totidem M. P. Totidemque ab hac ad vrbem Seban populoſam. Ab hac ad Darbegerd, iii. M. P. Hinc ad Zamm-Almohdi. xv. M. P. Hinc ad Roſtac-Arroſtac, totidem M. P. Inde ad Foreg vrbem conſpicuam perfectamque, xliv. M. P. Ab hac deniquè ad vrbem Barem, xlii. M. P. Item à Sciraz ad Kouar xxx. M. P. Rurſus ab eadem Sciraz ad Baidha, xxiv. M. P. A Sciraz quoque ad Tauag, xcvi. M. P. Etiam à Sciraz ad Huma, xlii. M. P. Præterea à Siraf ad Nagiram, xxxvi. M. P. A Rudhan ad Aban, liv. M. P. Ab Aban ad Fahrag, ſeptuaginta quinque M. P. A Fahrag ad vrbem Kattha, xxxvi. M. P. A Kattha ad Manbed, ac tum ad Ocda, xxx. M. P. Ab Ocda ad Babain ducenta nonaginta M. P.

## *SEPTIMA PARS*

### *Climatis Tertii.*

DE regionibus habitatis, quæ continentur in iſta parte ſeptima, eſt regio Aſtachar, & vrbes ipſius. Et à latere meridionali eius regionis extat in hac eadem Parte regio Karman, in qua habentur vrbes infraſcriptæ: Mungian, Vardeſt, Valaſegerd, Hurcan, Rudhan, Roſtac-Arroſtac, Sirgian, Iázdeſcir, Rauand, Mahan, Chabis, Gianab, Giroft, Hormoz, Sura, Maun, Riaan, Bamm, Fahrag, Cqermáſin, & Maſtih; Atque omnes iſtæ ſunt vrbes Karman.

Vtriſque extremitatibus terræ Perſię, & terræ Karman iuncta

iuncta eſt ab Oriente ſolitudo illa maxima, cui nulla alia reperitur æqualis in terra habitata: ſuntque in ipſa plures pagi, & in eius marginibus extant vrbes, de quibus infrà ſuo loco. Eidem ſolitudini iungitur etiam maior pars terrę Sageſtan, in qua celebriores vrbes ſunt Zarang, Tac, Fars, Houas, Saruan, Boſt, Ranecan, Be[illegible]geiiai, Asſengiai, Tira, Haſc, Baanin, Dorra, Harra, Corra, Darac, Malin, *K*arcoia, Haiſum, & Baſurd. Huic eidem contermina eſt à Septentrione pars terræ Choraſan, in qua continentur nõnullæ regiones Choraſan, ex quibus populoſiores celebrioreſque sũt Babain, & Zauzan, Sauamec, Caſan, Vadican, Satchas, & Burengian. De regionibus autem Cuheſtan ibidem comprehenſis ſunt Baſin, Giouain, Tablin, Haſechin, & Boſtaderan.

Cæterùm vrbs Aſtachar ſuperat, vti præmonuimus, vrbes omnes prædictas amplitudine terminorum, & ædificiorum, atque populorum copia. Diſtat ab hac Iarcoia, nonaginta ſex M. P. Et inter Aſtachar, & Iarcoia iacet vrbs Bagia. A Iarcoia ad *K*attha habentur centum viginti tria milliaria. A *K*attha ad Iazd, Orientem verſùs, xxx. M. P. Verùm inter Iazd, & Hira intercedunt xxiv. M. P. & ab illa patet iter ad Choráſan: ſita autem eſt in extremitate ſolitudinis. Ab vrbe Kattha ad Ocda, xxx. M. P. [illegible] Ocda ad Babain, ſeptuaginta quinque M. P. A Babain [illegible]chan, ſeptuaginta octo M. P. Ruiſum à *K*attha ad Fahrag, meridiem verſùs, xv. M. P. A Fahrag ad Aban vrbem paruam ſine mœnibus, ſeptuaginta quinque [illegible] b Aban ad Rudhan, LIV. M. P. Similiter ab oppido Aban ad Murgian ſolitudini conterminam, leuis eſt interuallum ſtationis. Et ab hac ad vrbem Sciraz, xxxvi. M. P. Inter vrbes prouinciæ Aſtachar cenſetur Sahec, quæ diſtat à Sciraz centum triginta octo milliaribus: eſtque Sahec ſecus viam, quæ ducit à Sciraz ad *K*arman. Item à Sahec ad Sirgian de terra *K*arman, nonaginta M. P. Eodemque modò à Sciraz ad Sirgian,
a i. *Alba.* per Sahec, ducenta viginti octo M. P. At verò vrbs [a] Baidha non modica vrbs eſt, nam inter vrbes prouinciæ Aſtachar maxima eſt: vocataque fuit Baidha, quòd arx eius alba ſit adeò vt albedo ipſius alongè videatur: Appellatur

autem

autem Perſicè Neſciabec. A Baidha ad Sciraz, XXIV. M. P. Atque hæc eſt ſumma eorum, quæ continentur in prouinciis Aſtachar de terra Perſiæ, cui annexa eſt terra Karman.

Et verò terra Karman interiacet terræ Perſiæ, & terræ Mecran: vrbſque illius maxima eſt Sirgian, neque enim alia maior eſt vrbs in Karman. Ab hac ad Giroft ſex habentur ſtationes: & via per Nâhiam capienda eſt. Giroft autem magna eſt, habetque in longitudine duo ferè milliaria. De vrbibus Karman eſt etiam vrbs Náhia, parua quidem, ſed pulchra, & decoris ædificiis, habetque vicos mercibus atq; artibus illuſtres. Ab hac ad Sirgian habentur ducenta duo milliaria, verſùs Septentrionem. Et ab hac ad Giroft, Meridiem verſùs, ſexaginta M. P. & ab iſta ad Náhiam, decem & octo M. P. Prætereà ex vrbibus, quæ iacent inter Giroft, & Fahrag, eſt vrbs Hormoz Regis, quæ vocatur hac tempeſtate vrbs Hauz: diſtatque à Giroft ſtatione vna, Occidentem verſùs. Ab ipſa ad vrbem Bamm habetur ſtatio. Et à Bamm ad Giroft, ſtationes duæ magnæ, videlicet LX. M. P. A Bamm quoque ad Cqermáſin, ſtatio. Ex vrbibus Karman eſt etiam vrbs Hormoz maritima, adiacens mari Perſico, appoſita æſtuario Hamz dicto ex eodem mari Perſico egredienti, per quod naues ingrediuntur à mari ad vrbem vſque. Porrò vrbs Fahrag ſita eſt in initio ſolitudinis attingẽtis Segeſtã, & diſtat à Segeſtan ducentis decẽ milliabus, toto ſcilicet interuallo, quod ſolitudo prædicta habet in latitudine. A Fahrag ad Cqermáſin paulò ante nominatam habetur ſtatio. Cęteræ omnes regiones Karman paruæ ſunt.

Lubet autem modò celebriora, quæ illic ſuperſunt, itinera memorare, Deo volente. Itaque iter à Sirgian ad Roſtac-arroſtac de terminis Perſiæ, eſt quatuor ſtationum. Nã à Sirgian ad vrbem Kahun duas habes ſtationes; Kahun autem locus eſt iucundus, palmis abundans, optimus ſitu, vico emporetico, nec paruo quæſtu opimus. Deinde à Kahun ad regionem Choſciabad habetur ſtatio. Et à Choſciabad ad Roſtac-arroſtac de terra Perſiæ, ſtatio.

Via quæ ducit à Sirgian ad Rudhan, quæ eſt intra termi-

nos Perſiæ, eſt etiam quatuor ſtationum. Nàm à Sirgian ad vrbem Maitedh habentur xii. M. P. A Maitedh ad vrbem Kerdecan, vi. M. P. Ab hac ad Aias, ſtatio non leuis. Ab Aias demùm ad Rudhan vrbem prædictam intrà Perſiæ limites contentam, ſtatio leuis. Similiter via à Sirgian ad Rabat-aſſarmacan de terra Perſiæ, eſt duarum grandium ſtationum.

Peterea iter à Sirgian ad vrbem Bamm ſuperiùs memoratam, eſt huiuſmodi, A Sirgian ad Sciamat habetur ſtatio. A Sciamat ad vrbem Bahar, ſtatio. Ab hac ad Gianab vrbẽ paruã, ſtatio leuis. Ab hac ad vrbem Abira, ſtatio item leuis. Ab Abira ad vrbem Giouain, tria milliaria. A Giouain ad Babain, ſtatio. Ab hac ad Sciureſian vrbem populoſam, & campis conſpicuam, ſtatio. Ab hac ad Darehin, ſtatio. A Dárehin ad vrbem Bamm, ſtatio, Summa totius eſt nouem ſtationum. A Sciureſian ad Giroft, duarum iter ſtationum.

Itidem ab vrbe Sirgian ad vrbem Giroft (ſi capias iter à Sirgian ad Nahiam) quatuor habentur ſtationes. Nàm ab ipſa Sirgian ad Hir habetur ſtatio. Ab Hir prædicta ad mõtem [a] Alférdha, ſtatio. Ab hoc monte ad Dariared, ſtatio. Hinc demùm ad Giroft, ſtatio modica.

[a] *i. Argenti.*

Iter à Sirgian ad vrbem Chabis, ſex eſt ſtationum. Proficiſcens enim à Sirgian ad oppidum Karch, ſtationem cõficies. Ab hoc ad vrbem Bardin, ſtationem alteram. Hinc ad vrbem Mahan, ſtationem. Ab hac ad Nadhea, ſtationẽ. Ab hac ad Daru oppidum, ſtationem. Ab hoc denique ad vrbem Chabis, ſtationem; Iacet autem vrbs Chabis in extremitate maximæ illius ſolitudinis.

Item via, quæ ducit ab vrbe Sirgian ad Raüand, eſt quatuor ſtationum. Nàm à Sirgian ad vrbem Iazdeſir duę habentur ſtationis. Ab hac ad Giairud, ſtatio magna. Et ab hac ad vrbem Rauand, ſtatio.

Iter à Giroft ad Roſtac, quæ eſt in terra Perſiæ, eſt huiuſmodi. A Giroft ad [b] Canát-Alſciam habetur ſtatio. Hinc ad Maaun vrbem paruam, ſed commerciis minimè infrequentem, ſtatio. Ab hac ad vrbem Valaſegerd, quæ & Valaſecherd dicitur, ſtatio: Atque hinc arripitur iter, quod ducit

[b] *i. Aquaductum Damaſci.*

in Hormoz. A Valaſegerd ad vrbem Adhercan, ſtatio. Et ab hac ad Giairuman, tria M. P. Ab hac ad Keſcenſcian, ſtatio leuis. Poſtremò à Keſcenſcian ad Roſtac, ſtationes duæ.

Porrò via ab Hormoz ad [a] Fares, talis eſt. Ab Hormoz ad Sciura oppidum maritimum; & ab hoc ad vrbem Rouaiſet, tres ſtationes. Totidemque ſtationes à Rouaiſet ad Fares.

[a] *Perſia.*

Verùm ſolitudo illa vaſta eſt annexa regionibus Karman, Fares, Moltan, atque Segeſtan, nec non regionibus Cuhoſtan; & extremis partibus terræ Choraſan; Ima quoque pars ipſius attingit regiones Cumas, & Ray. In ea verò ſolitudine rara conſpiciuntur ædificia: equis difficilè ſuperatur, ſed camelis nequaquam onuſtis conficiuntur quædam ſemitæ (paucæ enim: extant in prædicta ſolitudine viæ tritæ, ac notæ) quas, Annuente Deo, mox deſcribemus.

Prima igitur tendit à Fahrag, quæ eſt de terra Karman, ad terrã Segeſtan, hoc pacto A: Fahrag ad Ahſa, & Abar habẽtur XXIV. M. P. Tùm ad Giorg [b] candelabrum, XXI. M. P. Deinde ad [c] Rebat-Maabad, XXI. M. P. Tum ad Aſnid, XXVII. M. P. Ad Ieraan, XXIV. M. P. Ad [d] Bir-alcádhi, XXIV. M. P. Tũ ad Raſec, XVIII. M. P. Deinde ad Karulſaif, XII. M. P. Tùm ad Bardiñ, XIV. M. P. Tùm ad Harun, XV. M. P. Tum demùm ad vrbem Segeſtan, XVIII. M. P.

[b] *i. Turris inſeruiens pro candelabro: vulgò Phar.*
[c] *i. Specula.*
[d] *i. Puteus iudicis.*

Altera via à Cqermáſin ad Segeſtan eſt huiuſmodi. A Cqermáſin ad Borgian locum quendam vbi eſt aqua, ad quam diuertitur in radicibus montis cuiuſdam, habetur ſtatio. Inde ad Medra locum alium aquationis, ad quem diuertitur, ſtatio. Inde ad Damra-bad, ſtatio. Hinc ad [e] Rebat-alcádhi: tùm ad Rebat-alnáſci, ſtatio. Ad Kan, & Biſec duo hoſpitia, ſtatio. Tùm ad Barin puteum aquæ dulcis, ſtatio. Tum ad Darec, ſtatio. Hinc ad Giarun, ſtatio. A Giarun ad Segeſtan, ſtatio. Sunt autem prædictæ ſtationes omnes modicæ, nec admodùm longæ.

[e] *i. Hoſpitiũ iudicis.*

Quòd ſi à Cqermáſin ad Kerua pergere cupias, conficiẽda eſt tibi ſtatio: Indeque ad Codma, ſtatio altera. Ad Sarua, ſtatio. Ad Temanih, ſtatio. Ad Maſtih, ſtatio; eſt au-

tem Maſtih vrbs parua, in media ſolitudine ſita, pertinetque ad ditionem Karman, licet ab ea ſeparatim iaceat: ciues habet frequentes, arua nonnulla, & palmas cibum ſubminiſtrantes. Ab vrbe Maſtih duæ habentur viæ: vna dextrorsùm tendens ad Segeſtan, eſtque ſeptem ſtationum: Altera ſiniſtrosùm ad Harat. Qui viam Segeſtan arripere cupit, procedit à Maſtih per deſertum interuallo ſtationis vnius vſque ad Diden fontem aquæ ſcaturientis. Inde ad puteum Karduh, ſtatione altera. Tùm ad hoſpitium Ianuh incolis deſtitutum, ſtationem conficiet. Inde ad Nareſt-bad locum aquæ, ad quem diuertitur, ſtationem. Ab hoc ad Faſad hoſpitium incultum, ſtationē. Inde ad Madah ſtationem. Tum denique ad Segeſtan, ſtationem. Qui uerò cupit à Maſtih, abire ad Harat, iter aggredietur læuum, & tranſacto diuerſorio quodam deſolato, atque interuallo ſtationis confecto, perueniet ad hoſpitium Ghorra, quod eſt aliquando cultum, quandoque deſertum. Ab hoc ad montem Meder, ſtatio habetur. Hinc ad Salem oppidum populoſum, grande, & ſatis, aruiſque fœcundum, ſtatio. Ab hoc ad hoſpitium Haſec, ſtatio. Tum ad Nadem, ſtatio. Tum ad Semengian, ſtatio. Tum ad lacum Iaſæ, ſtatio. Ad Mergian, ſtatio. Ad Serdan, ſtatio. Ad Boſt, ſtatio. Ad Kaiderm, ſtatio. Ad Attia, ſtatio. Ad Corra, ſtatio; Eſt autem Corra ſub ditione Segeſtan, & in ipſa coincidit hoc iter cum eo, quod eſt à Segeſtan ad Harat. A Corra ad Dorram, ſtatio. A Dorra Kuiſcan ad Choraſan, ſtatio. Pertinet autem illa ad Esferan: Esferan verò ſunt primi limites Harat. A Choraſan ad aquæductum Sorra, indeque ad montē Nigrum, ſtatio. A monte Nigro ad Madmar, ſtatio. Denique ad Harat, ſtatio.

Aliud iter à Cqermaſin ad oppidum Salem (atque hoc quidem iter recens eſt) eſt huiſmodi. A Chermáſin ad Darſenan habetur ſtatio. Hinc ad [a] Ras-almái, ſtatio. Tùm ad vrbē Salem ſtatio. Ab oppido Salem ad Segeſtan habentur decē ſtationes, Totidemq; ſtationes ab eadē ad Dorra.

[a] i. origo aquæ.

Via verò, quæ ducit ab Asbahan ad Ray, talis eſt; Ab Aſbahan ad Dalge habetur ſtatio. Hinc ad hoſpitium, quoddam habitatum, ſtatio. Ab hoc ad Speculam Abi-Ali filii

Raſtem,

Raſtem, ſtatio. A ſpecula Abi-Ali ad arcem Dorræ munitam quidem, ſed paruam, ſtatio. Ab arce Dhorræ ab Caſcian vrbem, ſtationes duæ, per loca deſerta, aſpera, & pernicioſa. Ab vrbe Caſcian ad oppidum a Almagius, ſtatio. Ab hoc ad vrbem Com, ſtatio. Ab vrbe Com ad ciuitatem Kas, ad b Dair-alheſn, ſtatio. A Dair-alheſn ad vrbem Dorza, ſtatio. A Dorza poſtremò ad Ray, ſtatio: Eſt autem Ray vrbs magna.

a *i. Infidelii.*

b *i. Monaſterii arcis.*

Eſt alia quoque via ab Asbahan ad Ray per ſolitudinem, inter duos videlicet montes Karcas-cuia, & Sciahcuia. Nàm poſtquàm per viam paulò ante memoratam deueneris ad Dair-alheſn, deflectes ſiniſtrorsùm, per iter mõtes prædictos interſecans: Diſtat autem mons Karcas-cuia à Dair-alhetſn duodecim milliaribus. Interuallum verò, inter vtrumque montem eſt XXVII. M. P. reflectitur poſteà iter dextrorsùm ad Dorza, quæ diſtat illinc XXI. M. P. Indè demùm ad Ray. Atque hæc ſunt itinera, quæ reperiuntur in iſta ſolitudine.

Vt autem exponamus modò regiones Segeſtan ſub hac Parte comprehenſas, dicimus eius vrbes eſſe Zarang, Karcoia, Tac, Fars, Houas, Corra, Harra, Boſt, Zerdac, Sorrac, Malecan, Bamin, Darghas, Derthel, Beſceſtec, Bengeuai, Kahac, Araba, Alcaſr, Sorra, Esfengiai & Gedman. Ex vrbibus propiùs accedentibus ad Zarang eſt Tac; intereſt enim inter vtramque ſpatium vnius ſtationis: atq; hæc iacet à dextra petentis Choraſan. Vrbis autem Harræ pagi attingunt pagos Corræ: & proficiſcenti à Segeſtan ad Choraſan occurrunt à dextris, poſt vnius ferè ſtationis iter. Diſtatque Harra à Segeſtan ſtationibus tribus, à Corra verò, ſtatione vna.

In itinere, quod ducit à Segeſtan ad Harat, prima ſtatio vocatur Karcoia. A Karcoia ad Doſtar habentur XII. M. P. Et fons, qui ibi conſpicitur, eſt ſuper pontem, ſub quo decurrunt aquæ reſiduę Hendemend. A Doſtar ad oppidum Giouain habetur ſtatio. Ab hoc ad Anſant, ſtatio. Ab Anſant ad Kárcara, ſtatio. A Kárcara ad Sereſc, ſtatio. A Sereſc ad pontem fluminis Corræ, ſtatio. Ab hoc ponte ad arcem Dorræ, quæ iacet ſecus ripam lacus, in quem influit Hen-

demend, ſtatio. A Dorra ad Kuſcan, ſtatio. A Kuſcan ad Giaſan, ſtatio; Pertinet autē Giaſan ad Esferan: Et Esferan eſt de terra Harat. A Giaſan ad aquæductum Sorra, ad montem nigrum, ſtatio. A monte ad Gedman, ſtatio. Denique à Gedman ad Harat, ſtatio.

Itineris autem, quod pergit à Segeſtan ad Boſt, prima ſtatio eſt Rinun. A Rinun ad Sirun oppidum populoſum ac Regium, ſtatio. A Sirun ad Giarúra oppidum item populoſum, ac Regium: Et inter hæc duo oppida labitur flumen Beleſc, quod ponte lateribus conſtructo traiicitur. A Giarúra ad Dahmec. Item ab vrbe Bengeuai ad Macnen-abad ſtationis eſt interuallum. Ab hoc ad Aun oppidum, ſtatio. Ab hoc ad ſpeculam Gebchel-abad, ſtatio. Deinde ad oppidum Ozair, ſtatio. Tum ad Haboſt diuerſorium, ſtatio. Tū ad oppidum Huma, ſtatio. Tum ad Hábeſan, quæ conſtituit primos terminos Arabæ, ſtatio. Poſtea ad oppidum Hamrachi, ſtatio. Tum ad Rebat-Harue oppidum populoſum, ſtatio. Demum ad Arabam, ſtatio; Atque hinc intratur in regiones Indorum. Cùm per prædictum iter veneris ad vrbem Bengeuai, potes, ſi libuerit, pergere dextrorsùm ad vrbem Balas ſitam ad ſolitudinis oras. Item poſt ſtationem à Bengeuai occurrit hoſpitium Hagiaſia dictum. Indeque ad aliam ſtationem, diuerſorium Kancat, ab hoc ad Bor diuerſorium habes etiam ſtationem. Tum ad Caſtellum Esfengiai, ſtationem aliam, ita vt ab vrbe Bengeuai ad Esfengiai quatuor numerentur ſtationes. Eſt autem Esfengiai Caſtellum munitum, poſſidetque prędia, & armenta. Non procul ab iſto cernitur Alcaſr Caſtellum grande, frequens ædificiis; diſtant autem abinuicem ſpatio trium milliarium. Ab Esfengiai duæ habentur ſtationes ad vrbē Sorra finitimam deſertis Indiæ, fortem atque populoſam; Et de terra huic circumiacente defertur [a] Laſerpitium ſingulariſſimæ probitatis, quod quidem tanta legitur cum copia, vt numerari nequeat. Ab vrbe Bengeuai ad Kahac, Orientem versùs: & ab hac ad flumen Hendemēd, Septentrionem versùs, vnius habetur ſtationis interuallum: Et hoc flumine tranſacto ingredieris in vrbem Derthel, quæ ad eiuſdem ripam eſt appoſita. Ab hac ad vrbem Dar-

[a] *Genus liquoris, qui ex Arbore Angiodhan excerptus valet contra venenū.*

Darghas habetur ſtatio. Et ab eadem Derthel ad Baanin diei eſt iter. Ab vrbe Harat, de qua infra dicemus, ad vrbē Burengian de terra Choraſan, iter octo dierum. Ab hac ad Naiſabur, ſtationes ſex. Porrò Sarchas habet ſolum fœcundum, aërem temperatum, diſtatque ab Harat ſtationibus quinque, Meridiem inter & Orientem. Inter Sarchas, & Burengian quatridui eſt iter, & à Burengian ad vrbem Bauáned, ſtationes quinque. A Burengian ad Malin, ſtatio. A Malin ad Haiaman plagam amplam & cultam, ſtatio. Ab Haiaman ad Sican, ſtatio. Tum ad vrbem [a] Bayaned, ſtationes duæ. Ab vrbe Bayaned ad vrbem Babain, ſtationes item duæ. A Babain ad Zauzan, ſtationes tres. A Zauzan patet via ad Harat: Nàm egredieris è Zauzan, confectoque itinere diei, peruenies ad vrbem Harcara paruam. Ab hac ad oppidum Carcherda habentur duæ ſtationes. A Carcherda ad Buſciang, biduum. A Babain ad Tis, ſtationes tres. A Tis ad Chur, ſtationes duæ non modicæ. Ex vrbibus Naiſabur eſt vrbs Barſin frequens, atque populoſa, diſtatque à Naiſabur ſtationibus quatuor. Inter Barſin, & Bayaned ſuperiùs memoratam intercedit ſpatium duarum ſtationum; Nàm à Barſin ad Kaiderm habetur prima ſtatio: altera ad Bayaned. Item à Zauzan, cuius mentionem præmiſimus, ad Sauamec, quę eſt ad lęuam Sican, ſtationes duę. Totidemque ſtationes à Sican ad Bayáned. Igitur ſummà itineris, quod eſt à Babain ad Naiſabur, eſt decem ſtationum.

[a] *Idem quod Bauaned.*

---

## OCTAVA PARS
### *Climatis Tertii.*

DE regionibus, & prouincijs, quas continet iſta pars octaua, eſt reliqua portio terræ Segeſtan vſque ad finitimos limites terræ Namian, & terrę Ghaur ſibi oppoſitos. Continet item regiones Badhachſcian, terram Gil, regiones Balch, terram Harat, regiones Maru, & reliquam terram Choraſan vſque ad alteram partem fluminis, quod vocatur Gihon. Item regiones Bochára, & Samarcand, terram Oſrúſanæ.

ſanæ, & terram Farghânæ atque Tobbat, cum contermi-nis ſibi regionibus Scias, & Farab. Quoniam verò in ambabus terris iſtis, de quibus mentionem fecimus, reperiuntur ciuitates, & caſtella non pauca, populoſa, atque conſpicua, Lubet propterea de iis narrationem inſtituere, vt anteà prçſtitimus.

Itaque aſſerimus orientalem partem terræ Segeſtan coniungi cum Ghaur, & plagam conterminam Ghaur vocari Raüer. Porrò flumen conſcenditur in Derthel, & ſulcatur vſque ad vrbem Saruan, quæ diſtat ab illa interuallo ſtationis. Inter vrbem Boſt, & Saruan duæ interſunt ſtationes. Nàm à Saruan proficiſceris ad Fairuzofand, indeque ad Boſt.

Iter autem à regionibus Ghaur ad Harat, eſt huiuſmodi; Relictis terminis Ghaur, & leui ſtatione confecta, occurrit vrbs Haſab. Ab hac ad vrbem Auca habentur duæ ſtationes. Hinc ad Marâbad, ſtatio. A Marâbad ad Aſtarâbad, ſtatio. Ab Aſtarâbad ad vrbem Bagitan, ſtatio. Ab hac ad Caſcian, ſtatio. Et ab hac demùm ad Harat, iter diei. Ad tres dies ab vrbe Harat ſequitur vrbs Karuch. Non procul ab Harat, ſecùs viam, quæ ducit ad Segeſtan, reperiuntur vrbes Esferan quatuor, nempè Koraſan, quæ cæteris maior eſt: poſt hanc Kuran vrbs modica: deinde Kuſed, vrbs etiam conſpicua: tùm Adarſechen vrbs parua. Quatuor prædictæ vrbes ſunt populoſæ, magnitudine parùm differentes, & intra ſpatium ſtatione breuius contentæ. Versùs Balch eſt territorium Keneh, in quo continentur tres vrbes, nẽpè Tir, Keneſ, ac Lacſur. Diſtat autem Tir ab Harat, ſtatione. A Tir ad Keneſ habetur ſtatiò, & à Keneſ ad Lacſur, ſtatio, Attingunt hæ regiones occidentalem partem terræ Maru-alrudh. Et quidem Maru-alrudh continet multas ciuitates populoſas, quarũ maxima eſt vrbs Maru-alrudh, quatuor à Maru ſtationibus diſſita. Ex eius etiam vrbibus eſt Caſcian ciuitas populoſa: nec non Sauſecan vrbs magna. De vrbibus verò Maru eſt Caſr-ahnaf parua ciuitas Diſtans ab ipſa Maru ſtationis interuallo, ſeu quindecim milliaribus, per viam, quæ ducit ad Balch. De eiuſdem vrbibus eſt etiam vrbs Dorra, duodecim à Caſr-ahnaf diſſita millia-

milliaribus. Porrò Tálecan eſt vrbs magna quaſi vrbs Maru-alrudh, appoſita ad radices montis cuiuſdam attingentis montes Horcan; diſtatque illa à Maru-alrudh ſeptuaginta duobus milliaribns. A Tálecan ad vrbem Fariab habentur LX. M. P. Eſt autem vrbs Fariab ſubditione Churegian, minor quàm ſit ipſa Tálecan, & diſtans ab ea duabus grandibus ſtationibus, versùs plagam occidentalem, Ab hac ad Aſturcan, versùs Orientem, habentur LIV. M. P. Pertinet autem Aſturcan ad Churegian; Churegian verò nomen eſt plagæ, non vrbis. Inter Aſturcan, & Balch interſunt LIV. M. P.

De vrbibus verò Churegian eſt Anbar, quæ diſtat ab Aſturcan ſtatione vna, per loca inter Occidentem, & Meridiem. Ab Aſturcan ad Ihudæam vrbem habetur ſtatio. Ab Ihudęa ad Sciar, quæ eſt ex vrbibus Gil ſtatio. Kaiderm quoque vrbs eſt conſpicua, diſtatque ab Aſturcan ſtationibus quatuor: A Sciar autem diſtat ſtatione vnica, inter Orientem, & Meridiem. Vrbs Marcan eſt populoſa, inter Ihudæam, & Fariab ſita. Occidentali parti Maru conterminæ ſunt regiones Forg, duæ ſcilicet vrbes, quarum vna vocatur Baſcin, altera Sciurmin, magnitudine non multùm diſpares. Inter Baſcin, Darac, & Maru-alrudh intercedit ſtationis interuallum: Nàm Baſcin, leuca diſtat ab orientali latere fluminis Maru-alrudh; Darac verò propinqua eſt eidem flumini. A Baſcin ad Sciurmin, ex parte meridionali, habetur ſtatio: iacetque hæc in monte qui dicitur Locman. Ab vrbe Maru, Septentrionem versùs, ad vrbem Anbardoſt ſex habentur ſtationes. Totidemquè ſtationes à Maru-alrudh ad Maru-alſciáhegian. Ita vt à Maru-alſciáhegian ad Harat duodecim numerentur ſtationes. Ab Harat ad Maru-alrudh ſex habeãtur ſtationes. Et ſex pariter ſtationes à Maru-alrudh ad Balch. Item à Maru-alrudh ad Sarchas, quinque ſtationes. A Maru quoque ad Amol non longè diſſitam ab amne Gihon, ſex modicæ ſtationes, hoc eſt milliaria centum viginti quatuor, Et verò Amol, quæ quidem pulchra ciuitas eſt, diſtat à prædicto amne Gihon, tribus Milliaribus. Ab hac Amol ad vrbem Chouarzm, quæ & Giorgiania vocatur, duodecim habentur ſtationes. Et à

Giorgiania ad lacum ſuum, ſtationes ſex. Similiter ab Amol ad Zamm, aſcendendo per amnem, ſtationes quatuor. A Zamm ad Termed, per flumẽ, ſtationes quinq; A Termed, per flumẽ, ad Badhachſcian, ſtationes tredecim. Atque hęc eſt lõgitudo Choraſan & Chouarazm iuxtà curſũ fluminis, videlicet quadraginta ſtationum. Ad Amol ſe conferunt ij, qui proficiſcuntur ad Choraſan: & per eandem Amol tranſeunt vtplurimùm qui transflumen intendunt.[a] Vtraque ſimul ambiũt ſolitudines vtplurimùm arenoſæ, à terminis Balch aduſq; lacũ Chouarazm protenſæ. Ab vrbe Zamm ad Termed ſitam ab orientali ripa fluminis Gihon, quatuor habentur ſtationes per ipſummet flumen. Trahit autem flumen iſtud originem è terra Vagian, in finibus Badhachſcian, & vocatur illic, flumen Házyat. Tùm influunt in illud amnes magni quinque de limitibus Gil, & Vachs; è quibus omnibus conſtituitur flumen tàm grande, vt reliqua orbis terrarum flumina tàm aquarum copia, quàm aluei latitudine, & profundi altitudine facilè ſuperet.

[a] *Nempè Choraſan, & Amol.*

Prætereà flumini Házyat admiſcet ſeſe fluuius, qui vocatur Bachos: eidemquè admiſcet ſe fluuius alter Belian dictus: item fluuius Faraghn, & flumen Andigiáraa, nec non flumen Vachſciab: Recidunt etiam in hoc flumen multa flumina parua egredientia è montibus Botm: & alia, vt ſunt flumina Saghanian, & flumina Cuadian, quæ omnia in vnum confluentia è regione Cuadian, exonerant ſeſe in flumen Gihon. Fluuius Vachſciab effluit è regionibus[b] Torc, vſquequò appareat in terra Vachs, vbi abſcondit ſe ſub magno quodam monte, ſuper quem tranſeundũ eſt quaſi ſuper pontem: nec ſcitur quantumnam curſum eo ſub monte conficiat; at poſteà relicto monte fluit per limites Balch, donec perueniat ad Termed: & pons, qui iſtic habetur, conſtituit terminum inter Gil, & Vaſegerd. Tùm decurrit flumen iſtud à Termed ad Kilef, ad Zamm, ad Amol, donec attingat lacum Chouarazm. Termed autem vrbs eſt in ipſomet Gihon ſita, ita vt flumen muros eius alluat. Et iter ad ipſam ducens, eſt ſecùs viam, qua itur ad Saghanian. A Termed ad Balch habentur duæ ſtationes magnæ. Vrbi Balch, à latere ſuo meridionali, iunguntur

[b] *i. Turcharum.*

re-

regiones Tochareſtan, & Bacheſtan, ac territoria Namian. Ab eius verò parte occidentali versùs ſeptentrionem, iacent regiones Maru, & regiones Churegian: & inter loca ſibi finitima eſt ipſa veluti centrum, patentque viæ ab ipſa ad Tochareſtan, & Badhachſcian.

Verùm vrbes Tochareſtan ſunt Halem, & Semengian, Thaalan, Sacalcand, Varauálin, Azharuzuan, Tálecan, Sachimeſt, Varuſer, Hoſb, Anderab, Meder, & Kas. Igitur à Balch ad Varuàlin vrbem pulchram biduū eſt iter. A Varuálin ad vrbem Tálecan, ſtationes duę. Et ſi quis velit, poteſt intrà biduum à Balch abire in Halem, quæ ſita eſt ab occidentali parte Varuálin, diſtatq; ab illa biduò. Ab Halem ad Semengian habes iter duarum dierum: iacetque Semengian ad occidentalem partem Tálecan, & duabus ab ea diſtat ſtationibus. A Semengian ad Anderába in radicibus montis cuiuſdam poſitam, quinque dierum iter habetur: Habetque Anderába duo flumina, quorum vnum Anderab, alterum Kaſan vocatur. Item à Tálecan ad vrbem Badhachſcian, ſeptem habentur ſtationes. Et ab Anderába ſimiliter ad Badhachſcian, ſtationes quatuor, Orientem versùs. Rursùs ab Anderába ad Hariána versùs meridiem, ſtationes tres. A Benegehir ad Cariian, ſtationes duæ, versùs meridiem: Eſt autem Cariian vrbs parua, & eſt portus ad ingrediendum in Indiam. Iterum ab Anderába paulò ante memorata ad Thaalan duę habentur ſtationes. A Thaalan ad Semengian, ſtationes duæ: A Thaalan ad Balch, ſex ſtationes; Eſt autem Thaalan vrbs populoſa, frequens, & fluuiis atque arboribus conſpicua: Inter Thaalan, & Namian tres interſunt ſtationes, versùs Occidentem.

Iter à Balch ad Namian eſt huiuſmodi: A Balch ad Meder ſex habentur ſtationes. Ab hac ad vrbem Kah ſtatio. Hinc ad Namian, ſtationes tres. Similiter à Balch ad Badhachſcian tredecim inſunt ſtaiones: Nàm à Balch ad Tálecan ſex censētur ſtationes. Et à Tálecan ad Badhachſcian, ſeptem ſtationes. Vrbs hæc Badhachſcian contermina eſt regionibus Chennaug ad Indiam pertinentibus.

Primæ verò Prouinciæ, quæ reperiuntur trans flumen

Gihon ad ripas eiuſdem, ſunt Gil, & Vachas: ſunt enim iſtę duæ Prouinciæ, ſed tamen ſub vno eodemque dominio. Et verò ad Vachas pertinent Halauerd, Lachend, & Hanec. Vrbes autem ad Gil attinentes ſunt Karic, Belemtan, Alexandra, Manc, Andigiáraa, Faraghn, & Roſtac-Manc. Pleraque terra Gil eſt montoſa, præter partes Vachas, & vrbis Acgiar, quæ contermina eſt ipſi Manc intrà Gil. Inter Hanec, & vrbem Manc intercedit ſpatium duarum ſtationum. Similiter à Maaberar vrbe modica de ditione Acgiar, ad Halauerd, ſtationes duæ: Totidemque à Maaberar ad Hanec. Kaüeng etiam vrbs eſt ſuper Maaberar ſita, tribus à flumine Hazyat milliaribus diſtans. Vrbs Belemtan eſt ad duodecimum milliare à [a] Cantarat-álhagiar, in via quæ ducit ad Manc: Atque iſtud iter, quod pergit ad Manc, diſtat à ponte Badhachſcian duabus ſtationibus. A Roſtac-Manc traiicies priùs flumen Andigiáraa, tum ingredieris in ipſam Andigiáraa, inter quam & Roſtac-Manc ſpatium ſtationis intercedit. Ab Andigiáraa traiicies etiam flumen Faraghn, quod ab ipſa diſtat itinere diei. Tranſibis item fluuíum Bellan, ac tum deuenies ad Manc. Præterea à Termed ad Cuadian, cuius ſubditione eſt vrbs Bauran. duæ habentur ſtationes. A Cuadian ad Saghanian, ſtationes tres. Iter, quod eſt à Termed ad Saghanian, quatuor ſtationibus conficitur; Nàm à Termed ad Charmicar habetur ſtatio. A Charmicar ad Sadmancha, ſtatio. Ab hac ad Darzabcha, ſtatio milliariorum viginti vnius. A Darzabcha ad Saghanian, ſtatio. A Saghanian ſic ibis ad Vaſegerd: Egrediens è Saghánian conficies nouem milliaria vſque ad Nubedam. Tum ad Hamuran, XXI. M. P. Et inter hæc duo loca præterfluit amnis Vachſciab, qui illic tria aliquando milliaria, quandoque verò maius, quandoque minus occupat ſua latitudine ſpatium, Inde ad Aiarcaſra habes XXIV. M. P. Hinc ad Suman, XV. M. P. Ab vrbe ſuman ad vrbem Andian, iter diei. Et ab hac ad Váſegerd, iter diei modicæ, quindecim videlicet M. P. A Váſegerd ad montem illum, ſubter quem ingrediens amnis Vachſciab excurrit in partes [b] ipſius, habetur ſtatio parua. Qui verò intendit terram Raſet declinat paululùm ab Oriente, & procedit ab vrbe

Vaſe-

[a] *i. Ponte ſaxeo.*

[b] *Nempè Vaſegerd.*

Vaſegerd ad vrbem Dernic, ſtatione vna. Ab hac ad vrbem Giárecan, ſtatione. Ab vrbe Giárecan ad vrbem [a] Alcalaa, ſtatione. Et Ráſet terminat Choraſan ex ea parte; eſtq; vrbs duos inter mõtes ſita, & ex ea patebat aditus Turchis ad prę-liandũ; ſed Fadhl filius Iohannis, filii Chaled, filii Barmac, ianua abſtruſit aditũ illũ, & cuſtodibus muniuit: quos cuſtodes ſucceſſiuè Reges ad hæc vſq; tẽpora ſeruauerũt. De regionibus finitimis Vachas, & Gil, sũt Vachan, & Saçqita in terra [b] Torc. Inter Vachan, & Tobbat intercedit iter octodecim dierũ In Vachan extãt fodinę argẽti, copia & bonitate incõparabili. In ei⁹ etiã vallibus reperitur aurũ minerale, quod torrentibus inundantibus defluit vnà cum aquis, ibique collectum diſtrahitur in regiones. Circa vrbem Saghánian iacent multæ ciuitates populoſæ, quarum vna eſt vrbs Baſenda, diſtatque ab illa ſtationibus duabus. A Saghánian ad Taurab habetur ſtatio, Orientem inter & Meridiem. Inter Taurab autem & Baſenda intereſt ſtationis interuallum. Tertio præterea à Saghanian milliari conſpicitur Rancáſa ciuitas modica. Ab hac ad Zinon habetur ſtatio versùs Orientem. Patet etiam à Termed ad Bochára via vndecim ſtationum. N[illegible] à Termed ad Haſcem-gerd vnica habetur ſtatio. [illegible] ad Speculam Darbec. ſtatio. Ab hac ad portã ferri, & à porta ferri ad Kaidec, ſtatio. Hinc ad Vãdacar, ſtatio. Ab hac ad Surong, ſtatio. A Surong ad Naſaf, ſtatio: habet autẽ hęc oppida rara, & anguſtos terminos: Et ab Oriẽte, quatenùs reſpicit Kas, montibus clauditur, duabus ferè ſtationibus ab ea diſſitis; ab occidentali verò latere adiacet illi ſolitudo, fluuium Gihan attingens, & omni prorsùs monte expers. In hac vrbe Naſaf coincidit via Samarcand cum iſta quam deſcribimus imprę́ſentiarum. Ab vrbe prædicta Naſaf ad Mayamraa, ſtatio. Hinc ad Monábecac, ſtatio. Hinc demum ad Bochára, ſtatio. In partibus Soghd, & Aſrúſanæ meridionalibus parte ſub iſta compræhenſis habetur terra Botam, montes videlicet ſublimes, atque aſperrimi, quorum ſemitæ perdifficiles. Deprehenduntur in his montibus arces fortiſſimæ, & oppida populoſa: & in iiſdẽ reperiuntur fodinæ auri, & argenti, atramenti ſutorii, ac ſalis ammoniaci. Et in lateribus horum montium extant fo-

[a] *i. Artem.*

[b] *i. Turcharum.*

ueæ multæ diſſitæ, è quibus egrediuntur exhalationes fumum tempore diurno, ignem nocturno præferentes: & ex iis fit ſal ammoniacus nulli alii comparandus. Botam verò triplex eſt, primum, medium, & extremum. Et aquæ Soghd effluentes è parte Botam media, è loco qui dicitur a Bana-Iahia, decurrunt ſpatio nonaginta milliariorum; Fluunt autem primò eæ aquę ad magnum quendam lacum, qui Taraan vocatur, deinde ad Bumangect, tùm ad Samarcand. E Maſha item egrediuntur aquę, & influũt in Taraan, vel vt aliis placet, Saraan, ac tùm immiſcent ſe aquę Samarcand. Flumen Saghanian, & flumen Farghánæ habẽt originẽ à tergo Mashæ, non longè à Bana-Iahia, loco ſcilicet illo, è quo diximus emanare flumen Samarcand. Cæterũ Sabac eſt arx à ſeptentrionali latere montium Botam collocata: & ex eius vrbibus ſunt Nauaketh, Ieſug, Adercanda, Roſtac, & Boſta ſuperior: item Maraaſcian, Abercan, Neduanos, Bahrenc, Aſican, & Helli. Atque in his duabus prouinciis nullum cernes montem, ſed planities ac prata; Sabra tamen, quæ hûc ſpectat, partim montoſa, partim plana eſt; Huius vrbes ſunt Tabachos, Bamecachos, & Cqena. Hanc vrbem Cqena extruxit Anuſceruan, miſitque ad eam populum è cunctis domibus Arezmergianæ. Hángiara verò pertinet ad Farghanã, adiacetque flumini è meridionali plaga excurrenti; Inter Cqena autem, & Hangiaram intercedit ſpatium LVII. M. P. A Badhechſcian ad Cqena habentur XXX. M. P. A Cqena ad vrbem Ieſug, ſtationes duæ, ſeu milliaria XLV. Vrbs Ieſug ſemota eſt è via; & per ſe ſeparatim iacens. Item à Ieſug ad Roſtac, ſtatio. Et à Roſtac ad Cqena, ſtationes duæ breues. A Cqena ad Os, ſtatio grandis, nempè XXX. M. P. Ab vrbe Os ad vrbem Adercant, quæ & Adercand appellatur, & eſt vltima inter vrbes Farghánæ, qua parte regiones Turcharum attingit ab Oriente, ſtatio vna. Non longè ab ipſa eſt ad ſeptentrionem, Caſan vrbs conſpicua. Scias autem Caſan eſſe tùm vrbis, tùm plagæ nomen: Et quidem habet oppida permulta, & totum ſpatium, quòd occupat à Comar ſecùs flumen Gihon vſq; ad Adercand, eſt viginti quatuor ſtationum. Huic prouinciæ contermina eſt à Septẽtrione prouincia Manazerudan,

*a i. Ædificiũ Iohannis.*

Ab

Ab Adercand ad [a] Aácaba, quæ eſt in monte magno, habetur iter diei. Ab Aácaba ad vrbem Atas, iter etiam diei. Ab Aſtas ad Tobbat, ſeptem ſtationes, Orientem inter & Meridiem; eſt autem Atas ſuper ardui montis vertice collocata. *a i. Cliui.*

# *NONA PARS*
## *Climatis Tertii.*

PArs hæc nona tertii Climatis amplectitur terram Tobbat, & partem terræ Bagharghar, ac portionem terræ Chazalgiæ. Vrbes primariæ, atq; celebriores in terra Tobbat ſunt vrbs Tobbat, & Scih, Vachan, Sacqita, Beruan, Vg, Magiag, Ramagiag, & Danechu. De regionibus Chacan Baghargharorum eſt vrbs Chacan, quæ & Tantabee vocatur, & vrbs Maſa, & Giormoc, & Bachuan. Ex vrbibus Sin citerioribus eſt Kecha, & Darechun. De regionibus Chazalgiæ ſunt Berſagian ſuperior, & Nauaketh: Ibidem etiam reperiuntur ſtagna aquæ dulcis, & flumina decurrentia. Et quoniam lubet harum regionem ſitus, diſtantias, atque terminos deſcribere, afferemus quod apud probatiores authores de his legimus.

Quarè aſſerimus terræ Sin citerioris conterminas eſſe regiones Bagharghar mari orientali finitimas: ex ea verò parte, quæ reſpicit regiones Farghanæ, terram Tobbat eſſe illi contiguam: nam terra Tobbat, & portio terræ Indię attingunt Sin; habet autem à Septentrione terram Chazalgiæ: ab Oriente, regiones Bagharghar. Præcipua & maxima vrbs Bagharghar, quæ Tantabee vocatur, habet duodecim portas ferreas, & eius ciues ſunt [b] Saducæi. E Turchis etiam Baghargharenis eſt gẽs quędam ethnica ignem adorans: eſt autem prædicta vrbs ad magnum flumen in orientalem plagam decurrens. Inter eandem vrbem, & Berſagian ſuperiorem de terra Farghánæ, intereſt iter duorum menſiũ. Extenditur autem terra Bagharghar vſq; ad mare orien-

*b i. Negãtes diẽ iudicij.*

orientale Tenebroſum. Ab vrbe Tántabee ad vrbem Bachuan, Occidentem inter & Septrntrionem, duodecim habetur itèr dierum. Et in huiuſce vrbis montibus reperiuntur animalia muſci, quæ ſunt capreę ſylueſtres. Ab vrbe Bachuan ad vrbem Giormoc, ſtationes quatuor. Et à Bachuan ad vrbem Tobbat, dies quatuordecim. A Giormoc etiam ad Berſagian ſuperiorem, ſtationes decem. Lacus Beruan occupat ſua longitudinė quadraginta leucas, latitudine verò ſeptuaginta duo milliaria, & eius aqua dulcis eſt.

Non procul ab vrbe Beruan, & Vg, ad meridionalem earum plagã, iacet mons curuus inſtar literæ ɔ cuius apicẽ conſcendere nemo valet, niſi magno cum labore, & extremitas eius vtraque copulatur cum montibus Indiæ. In imo monte iſto ſuper humili ſolo conſpicies ædem quadrangulari forma conſtructam, ianua penitùs carentem, ad quam ſi vel cominùs accedas vel eminùs ante ipſam tranſeas, tale in te gaudium atque hilaritatem ſenties, quale ſentit vino madidus. Imò fertur is, qui ad ædis huiuſce faſtigium aſcendere nititur, nunquam riſum continere, ſeſeque intùs ædem ipſam præcipitem agere, nec vltrà videri.

Ab vrbe Kecha quæ eſt de terra Sin extra ambitum montium, iacet vrbs Darechun populoſa. Et ſimiliter ab vrbe Vg ad Kecha decem numerantur ſtationes inceſſu camelorum. Vrbs autem Darechun poſita eſt ab orientali parte Kechæ, & ipſa terminat à ſeptentrione limites Sin, eidemque contermina ſunt ædificia terrę Turcharum Baghargharenorum. At verò vrbs Atas ſuper arduo monte conſtructa eſt, & contra vim Turcharum munita; diſtatque Tobbat ab ipſa, ſtationibus decem. Eodem modo ab Atas ad Berſagian ſuperiorem habetur ſex dierum via per terram Turcharum. A Berſagian ad Nauaketh, quæ eſt in oſtiis terræ Chazalgiæ, decem ferè ſtationes. Porrò vrbs Maſa diſtat à Chacan Baghargharenorum, ſpatio quinque dierum. A Maſa ad Bachuan octo dierum iter habetur, versùs Occidentem, Atque hæc ſunt quæ continentur ſub iſta Parte nona huiuſce Climatis.

DECI-

# DECIMA PARS
## *Climatis Tertii.*

DEcima hęc tertii Climatis pars, quæ præſens Clima terminat ab Oriente, continet in ſui plaga meridionali portionem terræ Sin; quatuor enim illic habentur ciuitates pertinentes ad Sin: & vna earum vocatur Satrúba, aliarum nomina ſunt ignota. Media venit, ſub hac eadem parte, portio quædam terræ Baghargharenorum, tres enim iſtic habent ii ciuitates. Succedit poſteà in eadem iſta Parte, Magna portio terræ Charchir, cuius incolæ ſunt mari contermini, poſſidentque in pręſenti. parte quatuor vrbes populoſas. Horum igitur locorum conditiones, ſitus, iuſtaſque diſtantias libet nobis (annuente Deo) commemorare.

Et verò, terræ Baghargharenorum, quorum limites ſuperiùs aſſignauimus, contermina eſt ab Oriente terra Charchir mari Sinico proxima. Termini Sin imminent eis à Meridie. Et attingunt à Septentrione terram Kaimachitarum. Turcharum autem regiones omnes ſunt citrà flumen, in vlterioribus partibus Farghanæ, Scias, & Teraz. Multi verò ſunt, ac diuerſi populi Turcharum; videlicet Tobbatenſes, Baghargharenì, Charchirici, Kaimachitæ, Chazalgitæ, Hoſareni, Mohamatenſes, Torchoſcitæ, Odhcoſcitæ, Choſſciachitæ, Chalagenſes, Olghari, & Bolghari. Omnes iſtæ nationes occupant plagam [a] vltrofluuialem ex latere maris orientalis Tenebroſi, variaſque colunt religiones.

[a] *Arabicè, men chalf alnahr.*

Cæterùm terra Charchir fertilis eſt, ampla terminis, abundans aquis, irrigua fluminibus ex parte finium Sin ad illam decurrentibus. Horum autem fluminum maximum eſt quod vocatur Menhar, copioſum quidem aquis, & rapido curſu inter ſaxa præterfluens, cuius in impetu rara eſt quies & conſiſtentia cæteris in fluuiis conſueta. Ad hoc flumen habent incolæ earum partium molendinas, quibus

T vtun-

vtuntur ad molendum Orizam, & triticum; Alia legumina molunt ſimiliter, & panem ex iis conficiunt, vel certè integra & molendinis minimè ſubiecta coquunt, iiſque veſcuntur. Ad ripas eiuſdem fluminis naſcuntur arbores aloës, & [a] Coſtum dulce. In ipſo autem fluuio creſcit piſcis quidam Sciatrun dictus, eandem vim habens in vaſa genitalia, quam diximus habere piſcem Aſcancurium Nili Ægyptiorum. Fertur autem piſcis ille non multas habere ſpinas, & eius caro eſſe articulata, nec olere vt reliqua piſcium genera.

[a] Stacte.

Vrbs, in qua reſidet Rex Charchir, munitiſſima eſt, fortibus muris, foſſa, magnoque antemurali vallata. Non longè ab ipſa iacet peninſula Hyacinthi habens iter ad continentem vſque protenſum; verùm hanc peninſulam ambit mons rotundus, cuius faſtigium attingere nemo valet, niſi poſt multas difficultates, laboreſque: Similiter neque ad peninſulæ ſolum deſcendere quiſpiam poteſt vlla ratione. Referunt in ea reperiri ſerpentes lætales: & in ſolo ipſius copiam glarearum hyacinthi maximam: earum verò partium incolas variis quas norunt artibus hyacinthos illos expiſcari. Ea autem vrbs diſſita eſt à mari, quod ambit peninſulam prædictam, tribus ferè ſtationibus. Vrbes Charchiricæ omnes collectæ ſunt in vno eodemque terræ tractu intrà ſpatium trium quaſi ſtationum: eæ autem ſunt quatuor vrbes magnæ.

Porrò de terra Bagharghar eſt vrbs Chodhchodhacheth, inter quam & vrbem Chacan de ditione eiuſdem Bagharghar, intereſt breuis diei iter. A Chodhchodhacheth ad vrbem Naſchu habentur ſtationes quatuor. Ab vrbe Naſchu ad vrbem Chacan, quatuor item ſtationes leues. & ab hac ad Naſuan vrbem magnam in plaga ſeptentrionali, ſex ſtationes.

CLIMA.

# CLIMATIS QVARTI

## *Prima Pars.*

PRima hæc quarti Climatis pars habet initium in ea Occidentis vlterioris parte, in qua è mari Tenebroſo egreditur ſinus maris Damaſceni tendens in Orientem. In hac autem propoſita parte continetur terra Andaluziæ, quæ Græcè vocatur Hiſpania; Appellaturque Andaluzia, Peninſula, quòd forma triangularis, quam habet, adeò arctetur ab orientali plaga, vt inter mare Damaſcenum, ac mare [a] Tenebroſum, quod peninſulam Andaluziam circundat, maneat iter quinque dierum; Alterum [b] caput, quod quidem latũm eſt, ſeptemdecim dierum ſpatio protenditur. Iſtud verò caput eſt in Occidente remotiore, in vltimis finibus terræ habitatæ, obſeſſum mari Tenebroſo, vltrà quod mare nemo ſcit quid contineatur: nullus enim hominum habere potuit quidquam certi de ipſo, ob difficilem eius nauigationem, lucis obſcuritatem, vndarum magnitudinem, frequentiam procellarum, [c] belluarum inſultationes, ventorum denique vehementiam; Attamen deprehenduntur in eo inſulæ permultæ cùm habitatæ, tùm obrutę. Nemo nautarum auſerit illud ſulcare, aut in altum nauigare, ſed ſiquando partem ipſius aliquam luſtrauere, à litoribus nunquam receſſere. Fluctus eiuſdem maris licet compellant agitentque ſeſe montium inſtar, attamen integri manent, neque franguntur; Nam ſi rumperentur, impoſſibile eſſet illud ſulcare.

[a] *Quà vergit ad Cantabriam.*

[b] *A promõtorio Nerio vel cap. finis terræ ad fretum Herculeum.*

[c] *Ceteimmariũ & monſtroſorum piſcium.*

Mare Damaſcenum, vt fertur, erat anteà ſtagnum vndique clauſum, quale eſt modò mare Tabareſtan, cuius aquæ ſunt à cæterorum marium aquis omninò ſeparatæ; ita vt elapſis temporibus incolæ Occidentis [d] remotioris aggrederentur incolas Andaluzię, omniaque damnorum genera eis inferrent, atque hi viciſſim illos inuaderent, & ad-

[d] *Africæ.*

uerſus eos pro viribus dimicarent, vſque ad [a] Alexandri tempeſtatem. Is enim ad populos Andaluziæ cùm perueniſſet, & continuas eorum, quas cum incolis Sus habebāt, pugnas audiuiſſet, operariis atque Geometris ad ſe conuocatis ſuum de arida illa terra fodienda, & canali aperiendo animum explicuit, præcepitque illis vt terræ ſolum cum vtriuſque maris æquore metirentur; quod vbi præſtitere, deprehenderunt à mari magno parùm ſuperari altitudine Damaſcenum. Quarè vrbibus ad oras maris Damaſceni ſitis ex humili in procliue diductis, imperauit vt interiecta regionibus Tangiæ, & Andaluziæ terra foderetur; quâ vſque ad montes in imis terræ viſceribus abſconſos effoſſà, ſuperextrui iuſſit aggerem è lapidibus, & calce in canalem: qui agger M. P. xii. extendebatur in longitudinem, tanta enim diſtantia, & interuallo diſtinguebantur duo prædicta maria: Alterum quoque oppoſitum aggerem ædificari voluit ex parte terræ Tangiæ. Diſtabant autem ij [b] duo aggeres abinuicem ſex tantùm M. P. ſpatio. Igitur vtroque aggere expleto, aditum aperuit aquæ ex parte maris [c] Maximi, quod vi atque impetu ſuo irruit inter duos aggeres illos, & in mare Damaſcenum ſeſe profundens, vndas eius adeò turgefecit, vt multas ciuitates ad vtranque ipſius oram appoſitas vnà cum incolis obruerent: nàm aquæ vndecim ferè ſtaturarum altitudine aggeres ſuperauerunt. Et verò agger ex Andaluziæ parte conſtructus, aliquando tranquillo mari, euidenter apparet in eo loco qui dicitur [d] Aſſafiha; imò longitudinem eius, quæ per lineam rectam producta conſpicitur, cubitis menſus eſt [e] Alrabii: & nos oculis vidimus hunc aggerem, quia canalem cùm traijceremus, iugiter eum ſectati ſumus. Vocatur ædificium iſtud à populis Peninſulæ, [f] Alcántara, & eius medium reſpondet illi loco, in quo eſt propè mare [g] Hoger-elayl. Alterum verò aggerem, quem ex parte regionum Tangiæ extructum fuiſſe diximus, aquæ dum irrumperent, abſtulere, terramque omnem, quam à tergo ſuſtentabat, corroſere, nunquam deſiſtentes donec montes vtrinque attigiſſent.

Canalis iſte, qui [h] Alzacac appellatur, habet in longitudine xii. M. P. Et in extrema eius parte, quæ reſpicit Orientem

*a Quod Europæi Herculi, hoc Arabes adſcribunt Alexandro.*

*b Columnæ Herculis.*

*c Nempè Oceani.*

*d i. Lamina*

*e Nomen Geographi Arabis.*

*f i. Pons.*

*g i. Cubile corui.*

*h i. Canalis*

tem, iacet vrbs quæ dicitur Inſula viridis: in altera verò extr mitate, quæ reſpicit occaſum, vrbs, quæ vocatur inſula Tarif. Huic inſulæ Tarif opponitur ex altero maris litore Portus Alcatſr, qui à Maſmuda nomen accepit. Eodemque modo eregione inſulæ viridis in altera parte eſt vrbs [a] Sabta. Et latitudo maris inter Sabtam, & inſulam, eſt xviii. M. P. Inter inſulam verò Tarif, & arcem Maſmudæ, xii. milliaribus mare protenditur. Hoc mare bis ſingulis diebus, ac noctibus patitur fluxum, & refluxum, actione perpetua: ita diſponente potentiſſimo ſapientiſſimoq; Deo.

Verùm vrbes ad magni maris litora iacentes, & ſub iſta, quam propoſuimus, parte contentæ, ſunt Tangia, Sabta, Tocrur, Bades, Mezemma, Melilla, Hanin, Banu-üozar, Váharan, & Moſtaghánem. Et vrbs quidem [b] Sabta reſpicit, vt monuimus, inſulam viridem: & eius ædificiũ, quod ſeptem vicinis collibus diſtinguitur, in longum porrigitur ab occaſu in Orientem, ſpatio vnius ferè milliaris. Secundo ab ipſa milliario, versùs Occidentem, adeſt mons Moyſis, ita dictus à Moyſe filio Noſſair, per quem expugnata fuit Andaluzia, naſcente Moſlemaniſmo. Adiacẽt huic monti permulta viridaria, horti, nemora, arboreſque frugiferæ; arundineta ſaccari, atque aurea poma: tantaque fructuum copia abũdat vrbs Sabta, vt in loca omnia limítanea diſtrahantur. Vocatur autem locus iſte, in quo prædicta omnia reperiuntur, Beliunes, qui etiam locus eſt vberrimis aquis, & erumpentibus fontibus irriguus, mira fertilitate conſpicuus.

Ad partem vrbis eiuſdem Orientalem mons alter excelſus accedit, mons [d] Almina vocatus: cuius in vertice, quæ plana eſt, cernitur murus extructus à Mohammede filio Abi-Amer; Is enim cùm ad prædictam vrbẽ ſe contuliſſet ab Andaluzia, voluit illã trãsferre ad montis faſtigiũ: at expleto murorũ ædificio, morte præuenitur; quarè Sabtæ incolis ad vrbẽ hãc, quæ Almina vocabatur, ſeſe trãsferre nequeuntib⁹, & in vrbe ſua permanẽtib⁹ manſit Almina deſolata. Vrbs [e] Sabta fuit hoc nomine appellata, quòd ſit peninſula ſeiũcta, & mari ex omni parte, præterquàm occidentali, ſepta: licet parùm quidem abſit, quin ambo maria ſe contingant,

[a] *Afr. pag. 193. vocat Sebtam, & ait à latinis dici, Ciuitas*

[b] *Tanger, vt placet Atlanti.*

[c] *Modò Ceuta.*

[d] *i. Portus*

[e] *i. Præciſa.*

non enim maiore ſeparantur interuallo, quàm quod iacta ſagitta conficit. Et verò mare, quod eam alluit à Septẽtrione, vocatur mare Alzacac; quod eam reſpicit à Meridie, dicitur mare Baſul; eſtque Baſul portus venuſtus, fidam nauibus ſtationem, omnique vento ſecuram præbens.

Ab vrbe Sabta ad arcem Maſmudæ versùs Occidentem, habentur xii. M. P. Ab arce Maſmudæ ad vrbem Tangiam, ad occaſum, xx. M. P. Ab vrbe Tangia flectitur mare Oceanum maximum pergens per Meridiem ad terram Taſmes, & à Taſmes ad arcem Abdilcarim, quæ nec longè diſſita eſt ab ipſo mari, & ab vrbe Tangia biduò diſtat. Ab vrbe Tangia ad vrbem Arzila ſtatio habetur: & non procul ab hac, itinere quod ad prædictam arcem tendit: conſpicitur oſtiũ Safardæ fluminis magni, ſuauis aquæ, in quod naues ingrediuntur. Ab vrbe Sabta nuper memorata ad caſtellum Tattáun quinque milliaribus à Damaſceno mari diſſitam, genti cuidam Barbaræ Magecaſa dictæ cultam, ſtationis habetur interuallum, Meridiem inter & Orientem. Ab eo caſtello deueniens ad Anzelan portum populoſum, qui & primus eſt in ea regione locus hominibus habitatus. Inter Sabtan, & Fas, itinere ad Regian ducente, octo dierum ſpatium intercedit. A Tifiſas ad arcem Tazeca ſub qua Portus habetur, xv. M. P. Hinc ad Caſtellum Meſtáſa, quod ad Ghomára pertinet, iter dimidiatæ diei. A Meſtáſa ad Caſtellum Kercal ad Ghomára item pertinens, xv. M. P. A Caſtello Kercal ad vrbem Bades, iter ſemidiei. Ab vrbe Bades ad portum Iuzcur, xx. M. P. Et ſpatium hoc, quod eſt inter Iuzcur, & vrbem Bades, mons occupat Ageraf nuncupatus, vbique importuoſus. A Iuzcur ad Mezemma, xx. M. P. A Mezemma ad fluuium quendam non multùm ab ea diſſitum, indeque ad promontorium Baalal nimis in mare procurrens, xii. M. P. Hinc ad portum Kart, cuius ad orientalẽ plãgã flumen decurrit de partibus Saa, xx. M. P. A Kart ad promontorium ſinus cuiuſdam in mare protenſum, xx. M. P. Rursùs à Kart ad vrbem Melillam. xii. M. P. itinere maritimo, terreſtri autem xx. M. P. A Melilla ad oſtium fluminis ex [illegible] effluentis, xx. M. P. Et eregione oſtii iſtius ia[illegible]uædam parua; nec longè ab eodem

eodẽ loco adeſt in continente vrbs Geraüa. Ab oſtio fluminis Acarſif ad portum Taferchenit ad mare appoſitum, cui Caſtrum impendet modicum, ſed firmum ſatis ac munitũ, xl. M. P. A Caſtro Taferchenit ad caſtellum Tabeherit munitum, venuſtum, populoſum, & portu frequenti conſpicuum, viii. M. P. A Tabeherit ad Hanin maritimam, xi. M. P. Et ab hac ad Telemſan mediterraneam, xl. M. P. Atque his duabus interiacet vrbs Nadruma. Ab Hanin, ſecùs litus, ad portum Vardaniæ, vi. M. P. Ab hoc ad inſulã Caſcar, viii. M. P. Et ab eodem ad inſulam Arſacul, cuius portus eſt in inſula quadã, aquarum, atque cyſternarum copia nauibus vtilium affluente. Ab oſtio fluminis prædicto ad caſtellum Aſlan, vi. M. P. ſecùs mare. Inde ad promõtorium quoddam in mare procurrens, xx. M. P. Et eregione huius promontorii cernitur in mari inſula pecudum, inter quam & Aſlan duodecim intercedunt milliaria. Ab inſula pecudum ad Bani-üozar caſtellum munitum, venuſtum, in monte collocatum non longè à mari, xvii. M. P. Ab hoc ad Defale promontorium in mare protenſum, xii. M. P. A Defàle promontorio ad promontorium Harſa, xii. M. P. Et ab hoc ad Vaharan, xii. M. P.

Vt autem ceptam de Andaluſia narrationem reſumamus, dicimus Andaluſiam eſſe figuræ triãgularis, Tenebroſo mari circumſeptam vndique, præterquam ab Aquilonari parte, quæ ambitur mari Anglorum [a] Romanorum. Habet in longitudine Andaluſia, ab Eccleſia Ghorab mari Tenebroſo vicina, ad montem, qui dicitur [b] templum veneris, mille centum M. P. In latitudine verò, ab Eccleſia [c] Sancti Iacobi ſuper maris Anglici promontorio ſita vſque ad vrbem Almeriam ad mare Damaſcenum appoſitam, ſexcenta M. P. Peninſulam Andaluziam mediam ſecat per longitudinem oblongus mõs [d] Sarat vocatus, cuius in parte meridionali occurrit vrbs [e] Tolaitela totius Andaluſiæ vmbilicus. Nam ab ipſa ad vrbem Cordubam nouem habentur ſtationes, Occidentem inter ac Meridiem. Et ab eadẽ ad Liſbonam, versùs occaſum, nouem quoque ſtationes. Rurſùs a Tolaitela ad S. Iacobum [illegible] eſt ſecùs mare Anglorum, nouem ſtationes. Item [illegible] ad Giacam, Oriẽtem

*a i. Europaeorum: Nã ab Arabibus Europaei omnes Romani appellantur.*

b *Vertex Pyrenaeus in Cantabris.*

c *Compoſtella.*

d *Hodiè Serrat.*

e *Latinè Toletum.*

tem versùs, nouem ſtationes. Et ab eadem ad vrbem Valentiam, totidem ſtationes. Ab eadem quoque ad vrbem Almeriam ſecùs mare Damaſcenum poſitam, nouem ſtationes. Erat prætereà Vrbs Tolaitela temporibus Romanorum, tàm Regibus, quàm Præſidibus ſuis, hoſpitium iucundum: Et in ipſa inuenta eſt menſa Salomonis, cui pax, vnà cum plurimis theſauris, quos longum eſſet recẽſere. Quod eſt vltrà montem Sarat in plaga meridionali, vocatur Hiſpania: & quod à plaga ſeptentrinali citrà eundem montem continetur, appellatur [a] Caſtála.

Incipiamus ergò modò à [b] Climate [c] Bahairæ, quod à mari tenebroſo exordium ſumens extenditur cum mari Damaſceno. Regiones hîc contentę, ſunt inſula Tarif, inſula Viridis, inſula [d] Cades, caſtellum Arcos, Vacca, [e] Sabriſſa, Toſana, & Ciuitas [f] Ebni-ſſalam, oppidaque permulta vrbibus nequaquam inferiora. Climati Bahairæ cõterminum eſt à Septentrione Clima Sadunæ, in quo infraſcriptæ ſtatuuntur vrbes, Siuilia, Carmóna, & Alſána: oppida autẽ quãplura. Huic accedit Prouincia [g] Sciorf inter Siuiliam, Lablam, & mare tenebroſũ concluſa, ſub qua cõprehenduntur hæc loca munita, Caſtellum [h] Alcaiſr, vrbs Labla, [i] Velba, inſula Saltis, & mons fontium. Adiungitur huic prouincia Campaniæ, quæ amplectitur vrbes Cordubam, [k] Alzahram, Aſegiam, [illegible], Acabram, & Eliſanam. Prouinciæ Campaniæ adia[illegible] prouincia Oſuna, ſub qua nonnulla continentur caſtella populoſa vrbibus paria, cuiuſmodi ſunt Lora, & Oſuna. Huic prouinciæ, quæ parua eſt, adhæret à Meridie prouincia Rio, vbi iſtæ conſpiciuntur vrbes, nempè [l] Malaga, [m] Arſciaduna, Mertola, Biſter, Beſcheſſar, ac multa prætereà caſtella. Hanc prouinciam conſequitur prouincia [n] Baſciarat continens ſub ſe vrbem [o] Giaën, caſtella quamplurima, & pagos vltra ſexcentos, è quibus extrahitur ſericum. Hanc attingit prouincia Begiana, in qua habentur vrbes Almeria, & Beria, cum caſtellis quampluribus, inter quæ ſunt Morſena, & Porſena, Targalla, & Veles. Cõfinis eſt huic à Meridie prouincia [p] Vera ſub qua cõtinẽtur vrbs Granata, [q] Guadix, & Mancab, cum caſtellis, & pagis plurimis, de quibus infrà.

Tùm

a *Siuè prouincia.*
b *Lat. Caſtilia.*
c *i. Stagni.*
d *Guadix.*
e *Fortè Nebriſſa.*
f *i. Filii pacis.*
g *i. Nobilitatis.*
h *i. Arcis.*
i *Fortè vi-lelba.*
k *i. Florem, ſeu Venerẽ.*
l *Malaga.*
m *Archidona.*
n *i. Annuntiationum.*
o *Lat. Menteſam*
p *Lat. Virgi.*
q *Lat. Eliberis.*

Tùm ſequitur prouincia Tademir, vbi extant vrbes Murſia, Oriola, Cartagena, Lorca, Mola, & Hangebala. Proxima eſt Cuenca, quæ complectitur vrbes Auriolam, Elce, Elicante, Cuencam, & Seguram. Cōiungitur huic prouincia Arghira, in qua includuntur [a] Sateba, Zocar, Denia: multaque pręterea Caſtella. Cum hac connectitur prouincia [b] Mor-Bedro: continetque Valentiam, Mor-Bedro, & Berianam, cum plurimis Caſtellis. Huic proxima eſt, ex interiore parte, prouincia Alcrátem, in qua ſunt ciuitates Elicante, S. Maria, quæ & ab [c] Ebn-Razin denominationem ſumit. Annectitur huic prouincia Alüalge, ſub qua comprehenduntur Saria, Mya, & [d] Calaat-rabah. Huic prouinciæ contermina eſt prouincia Balalata, vbi multa continentur caſtella, inter quæ præſtant magnitudine Petrus, Ghafec, & caſtellum Ebn-Harun, aliáque iis minora. Huic etiam prouinciæ limitanea eſt ab occaſu prouincia Alfaghar intra cuius ambitum deprehenduntur S. Maria, Martola, [e] Selue, cum pluribus caſtellis, ac pagis. Iungitur huic prouincia Alacâcer, quæ nomen habet à filio Abi-Danes, continetque [f] Iaboram, [g] Batalios, Sariſſam, [h] Maredam, [i] Cantarat-aſſaif, & Coriam. Proxima eſt huic prouincia [k] Albalad complectens vrbem [l] Balat, & Medelin. Accedit ad hanc prouincia Baláta, ſub qua comprehendūtur Sanſerin, Liſbona, & Sentra. Conſequitur ad hanc prouincia Alſerrat, intra cuius limites habetur Talauera, Tolaitela, Megellit, Cahamiin, [m] Vadi-lhagiára, Aclis, & Vbeda. Huic ſuccedit prouincia Arlit, poſſidetque [n] Calat-Ayub, & Calat-Dáruaca, vrbem [o] Saracoſtam, & Veſcam, atque Tudelam. Sequitur poſt hanc prouincia [p] Alzaitun, ſub qua continentur Iaga, Lereda, Mecnáſa, & Fraga. Huic etiam contermina eſt prouincia Pirenæorum, cōtinetque ſub ſe Torroſam, Tarraconam, & Barcellonam. Cum hac denique coniungitur, ab Occidente, prouincia S. Barbaræ, in qua reperiuntur Caſtella quædam deſolata in partibus mari vicinis, vt Caſtellum Taſcar, Caſtelli, & Konenda. Atque hæ ſunt vniuerſæ prouinciæ Hiſpaniarū, quæ ſimul ſumptæ vocantur Andaluſia.

Et verò inſula Tarif ſita eſt iuxta mare Damaſcenum ad

a *Satiua.*

b *i. S. Petri.*

c *i. Filio Razin, Atlas p. 178. Auenrazin.*

d *Hodiè, Calat raue. i. arx quæſtus. Tamen theſaurus linguæ Arabicæ legit Calat-raiah, & interpretatur Arcem ventorum.*

e *Silui, lat. Silua.*

f *Ebora.*

g *Badajos.*

h *i. Rebellis.*

i *i. Pons gladij.*

k *i. Regionum.*

l *i. Laminarum lapidearum.*

m *i. Valli lapidum.*

n *i. Arcem Iob*

o *Hodiè Saragoſa.*

p *i. Oliuarum.*

initium eius freti, quod Alzacac vocari diximus, & alluitur ab occaſu mari Tenebrarum: eſt autem hæc ciuitas modica, habetque ex oppoſito ſui duas inſulas, quarum vna dicitur Alcantir, parùm à Continente remotas. Inter inſulam Tarif, & inſulam Viridem intercedit ſpatium xviii. M. P. Egrediens enim ex inſula, deuenies ad [a] Vadi-Ineſa, amnem fluentem: indéque ad inſulam Viridem, quam fluuius interſecat, fluuius mellis vocatus; eſt enim dulcis, & potum ciuibus adminiſtrat.

a *i. Flumē mulierum.*

Vrbs inſula Viridis, prima inter vrbes Andaluſiæ expugnata fuit in aduētu Moſlemannorum, qui contigit Anno ab Hegira nonageſimo; expugnauit autem illam Moyſes filius Noſſair, qui pro Maruanitis dimicabat vnà cum Tarec filio Abdallahi filii Vanamu Zanatenſis, & cum nationibus Barbaris: Hanc igitur inſulam, primam vrbium omnium expugnauerunt ea tempeſtate. Cernitur in eadem vrbe ad fauces maris, templum, quod vocatur Templum [b] Alrayat, vbi feruntur conueniſſe vexilla populi ad conſilium ineundum. Deſcenderunt autem ad vrbem de monte Tarec, qui nomen iſtud accepit à Tarec filio Abdallahi, filii Vanamu Zanatenſis; is enim Barbaras copias, quas ſecum ducebat cùm traieciſſet, & in prædicto monte ſe ſuoſque muniuiſſet, animaduertens Arabes fidei ſuæ diffidentes, ad hanc opinionem à ſe remouendam, præcepit vt amburerētur naues, quibus tranſuecti fuerant, atque ita impoſitam ſibi calumniam euaſit. Inter hunc montem & inſulam Viridem ſex interſunt milliaria: Mons eſt à cæteris montibus ſeparatus, rotundus, cuius radices, quà mari alluuntur, in rupes aſſurgunt manantes aquis guttatim fluentibus. Non longè abhinc adeſt Portus, Arboris dictus.

b *i. vexillorum.*

Ab inſula Viridi ad Siuiliam habetur iter quinque dierum. Et ab inſula Viridi ad vrbem Malacam, quinque pariter ſtationes leues, centum videlicet M. P. Duplex autem patet iter ab inſula Viridi Siuiliam, maritimum vnum, alterum terreſtre. Maritimum eſt huiuſmodi: Ab inſula Viridi ad arenas, quæ in mari cernuntur, indeque ad oſtium fluminis Barbate, xxviij. habentur M. P. Ad oſtium fluminis Vacca, vi. M. P. Tùm ad fauces S. Pietro dictas, xii.

M. P.

M. P. Inde ad [a] Alcanáter, quos fretum ſex milliaribus in latitudinem porrectum ſeparat ab inſula Gades, quam proſpectant, xii. quoque M. P. Ex Alcanáter ad ſpeculam Rotæ, viii. M. P. Deinde ad [b] Maſaged, vj. M. P. Hinc aſcendes per flumen ad Portum Tarbeſanam, pergeſque ad [c] Alotuf; tùm ad Cabtur, & mox ad Cabtal duo oppida intra fluminis alucum condita; deindè ad inſulam Ianeſtalam; tùm ad caſtellum [d] Zaher; Poſtremò ad vrbem Siuiliam. Explet autem ſpatium hoc, quod eſt à mari ad vrbem Siuiliam, iter ſexaginta M. P. Via verò terreſtris eſt huiuſcemodi: Ab inſula propoſita ad [e] Rotbam progredieris, tùm ad flumen Barbate, ad oppidum Niſanam, ab hoc ad vrbem Ebn-alſalım, ad montem Mont, tùm ad oppidum Aſlucam, ad quod diuertendum: Poſteà ad [f] Madáyen, ad Dair-[g] algemále, atque hùc etiam diuertendum: demum ad Siuiliam ſupererit interuallum ſtationis: ſita eſt autem Siuilia iuxtà magnum flumen Cordubæ.

[a] *i. Arcus, ſiuè põtes.*

[b] *i. Templà.*

[c] *i. Flexus.*

[d] *i. Floridum.*

[e] *i. Rondam.*

[f] *i. vrbes.*

[g] *i. Monaſterium pulchritudinis.*

Vrbs Labla pulchra eſt ac vetuſtiſſima, habetque ab Oriente flumen ex partibus montis ad ipſam excurrens, & ſtratus pons viam aperit ad vrbem. Diſtat autem prędicta Vrbs Labla à mari Oceano vj. M. P. Ibi in eodem loco eſt etiam vrbs Huelua, inſulam Saltis proſpectans, nam à plaga Meridionali huius inſulę, quæ habet in longitudine mille paſſus, & amplius, iacet vrbs prædicta. Atque illìc extat ſinus maris, oſtium fluminis Lablæ excipiens, quod oſtium quia mille paſſuum latitudinem ibi ſuperat, naues penetrare non deſiſtunt vſque ad anguſtas fauces, in quibus ille ſinus ad ſimplicem aluei fluminis latitudinem redigitur, adeò vt ſemijactus lapis alteram feriat ripam. Erumpit autem flumen illud è radicibus montis, ſuper quo condita eſt vrbs Huelua, & ab eo fonte patet via vſque ad vrbem Lablam. Ab vrbe Saltis ad inſulam Gades habentur centum M. P. Et ab inſula Gades prædicta ad inſulam Tarif, Lxiij. M. P. Ab inſula item Saltis, via per mare ad Septentrionem arrepta, vſq; ad arcē Caſtella iuxtà mare ſitam, xviij. M. P. & inter iſtas occurrit oſtium fluminis Anatis, quod eſt flumen Meridæ, & Badajos, ad quod iacet caſtellum [h] Mertolæ munimine atque fortitudine celeberrimum. Caſtellum verò Ca-

[h] *i. Lat. Myrtilis.*

ſtella adiacet faucibus maris, diſtatq; à Tauila mari proxima, XIV. M. P. & hæc à S. Maria[a] Algharbe, xij. M. P. eſtque vrbs S. Maria appoſita ad amplas oras Oceani maris, quod fluxum cùm patitur, muros eius alluit. Ab vrbe S. Maria ad vrbem Siluim, xxviij. M. P. Ab vrbe Silui ad Badajos, interuallum trium ſtationum. Similiter quoque Siluis à caſtello Mertola quatriduò diſtat. A Mertola verò ad caſtellum Hueluam duæ habentur ſtationes modicæ. Rurſùs ab vrbe Silui ad Halc-[b]alzauyæ Portum cum oppido, xx. M.P. Hinc ad oppidum Sacres non longè à mari diſſitum, xviij. M. P. Ab hoc ad promontorium Alorf procurrens in mare Oceanum, xij. M. P. Et ab hoc ad Eccleſiam Algharbe, vii. M. P. Ab Eccleſia Algharbe ad[c] Alcatſr, ſtationes duæ. Et à Silui ad Alcatſr, ſtationes quatuor. Eſt autem Alcatſr vrbs venuſta, mediocris, ad ripam fluminis magni Satuir vocati, per quod non ſolùm cymbæ, ſed naues etiam velificæ frequenti numero aſcendunt. Cæterùm inter Alcatſr, & mare intercedit ſpatium xx. M. P. Ab Alcatſr ad Baióram vrbem, ſtationes duæ. Et ab vrbe Baióra ad vrbem Badajos, duæ item ſtationes, verſùs Orientem. Ab vrbe Badajos ad vrbem Siuiliam, ſex dietæ: per viam quæ ab Ebn-abi-[d]chaled ducit ad montem[e] Ooyun, ac tum ad Siuiliam. A Badajos ad vrbem Cordubam ſex habentur ſtationes via recta. Item à Badajos ad vrbem Meridam fluuio adiacentem Anati, xxx. M. P. ad Orientem. Ab vrbe Merida ad Cantarat-alſaif, iter bidui. Et ab vrbe Cantarat-alſaif ad vrbem Coriam, ſtationes duæ. A Coria ad Conimbriam quatriduum. Ab Alcatſr iam memorata ad Lisbonam, ſtationes duæ. Adiacetque Lisbona ſeptẽtrionali ripæ amnis Tagi, qui &[f] Tolaitelç fluuius eſt; funditautem ſe idem fluuius coram vrbe prædicta in latitudinem ſex M. P. Et fluxu atque refluxu maris afficitur ad multam diſtantiam. Vrbem Lisbonam, quæ ad oras maris Tenebroſi eſt appoſita, reſpicit ab altera fluminis ripa, nempè meridionali, caſtellum[g] Almaaden, ſic dictum ob aurum minerale, quod ſæuiente mari eò reiicitur. Ex hac vrbe Lisbona egreſſi ſunt[h] Almaghrúrin, qui ſunt aggreſſi mare Tenebrarum, quid in eo eſſet exploraturi: & ab his nomen

[a] i. *Occidentis.*

[b] i. *Fauces anguli.*

[c] i. *Arcem. lat. Scallabis.*

[d] i. *Filio patris Chaled.*

[e] i. *Fontiũ*

[f] i. *Toleti.*

[g] i. *Theſauri, ſeu fodinæ*

[h] i. *Errantes.*

deriuat

deriuat ſemita quædam in vrbe non longè à lacu extans, quæ vſque ad poſtera ſæcula vocabitur ſemita Almaghrúrin.

Horum autem hiſtoria talis eſt: Octo viri conſobrini, oneraria naui conſtructa, & aqua atque alimentis ad plures menſes neceſſariis in ea comparatis, mari ſe commiſere cùm primo flare cepiſſet ventus orientalis: cumque vndecim ferè diebus ſecundo vento nauigaſſent, deuenere tandem ad mare quoddam, cuius vndæ craſſæ odor exoſus, ſcopuli frequentes, lumen opacum. Quarè certum naufragium pertimeſcentes, aliorſum vela vertêre, & duodecim diebus in meridionalem plagam nauigantes, exiere ad inſulam pecudum, in qua pecudes omni numero maiores inueniuntur errantes, ac nulli paſtorum, aut cuſtodum curæ commiſſæ. Ad hanc inſulam appulere, & de naui deſcendentes repetere fontem aquæ decurrentis, quem arbor fici ſilueſtris obumbrabat: captas deinde pecudes aliquot mactauêre, ſed perceptis earum carnibus ita amaris, vt comodi nullatenus poſſent, coria tantùm ſumpſere. Poſthęc duodecim quoque diebus in Meridiem pergentes, inſulam quandam à longè deprehendêrunt, & habitationes atque arua in ea videntes, nauim admouerunt, vt quid ibi eſſet inſpicerent. Verùm non multò poſt, cymbis vndique circumdati, capti, ductique fuerunt vnà cum naui ſua ad vrbem quandam in oris maritimis ſitam, in quam cùm deſcenderent, viderunt ibi homines rufos, raris, atque prolixis capillis, ſtatura proceros; mulieres pariter illorum mirum in modum formoſas. Itaque fuerunt ibi detenti ad tres dies in domo quadam, ſed demùm quarta die ingrediens ad eos vir linguam Arabicam loquens, percontatus eſt ab eis de ſtatu illorum, ad quid veniſſent, & cuiàs eſſent: cumque totam ſuæ rei ſeriem ei narraſſent, fœlicia promiſit illis, ſimulque indicauit eſſe ſe Regium interpretem. Quarè ſequenti die ad Regem adducti, & ab eo de rebus iiſdem, quas interpres poſtulauerat, interrogati, idem Regi, quod antecedente die interpreti expoſuere: quomodò ſcilicet auſi eſſent mari ſe committere, animo videndi quæ memorabilia, atque mirabilia in ipſo continerentur, & extremos

aduſque fines illius penetrandi. Riſit Rex his auditis, dixitque interpreti: Refer hominibus iſtis, præcepiſſe patrem meum quibuſdam ſubditis ſuis vt hoc mare conſcenderent, fluxiſſeque eos per latitudinem integro menſe ita vt lumen ipſis omninò defeciſſet, atque adeò iter illorum vanum fuiſſe atque inutile. Imperauit prætereà Rex interpreti, vt proſpera genti illi ſuo nomine polliceretur, vtque bonam de Rege opinionem haberent. His ita peractis reducti ſunt ad ſui carceris locum, ibique detenti donec flare cepiſſet ventus occidentalis. Igitur in cymbam iniecti, obducta oculis eorum vitta, ducti fuerunt in mare longo temporis interuallo, nempè trium dierum ac noctiũ, vt homines illi exiſtimare ſe potuiſſe retulerunt; Dein ad continentem deuenientes educti fuimus, ac manibus poſt terga reuinctis relicti fuimus propè litus, ibique ad ortum diei ſoliſque maximis cum incommodis, & miſerrima ſub conditione iaçentes ob noſtrorum aſperitatẽm vinculorũ, tandem ſtrepitum voceſque humanas audientes, vnanimi omnes clamore vociferati ſumus; Accedentes autem homines illi, noſque in tàm calamitoſo ſtatu inuenientes, interrogauerunt nos, narrauimuſque eis hiſtoriam noſtram: erant autem Barbari; Dixitque ad nos quidam ex ipſis, noſtis ne quantùm diſtatis à patria veſtra? Reſpondimus, nequaquàm. Ait, ſpatium duorum menſium intercedit inter vos, & patriam veſtram. Tunc noſtræ dux turbę dixit, [a] Va asfi: Vocatuſque eſt locus ille Asfi vſque in hodiernã diem, & eſt Portus, qui in penitiore Occidente reperitur, cuius mentionem ſuperiùs attulimus.

*a i. Proh dolor meus.*

Ab vrbe Lisbona ad vrbem [b] Santarin Orientem versùs, habentur octoginta M.P. itinere fluuiali, licet volenti pateat quoque alia via terreſtris. Duabus prædictis vrbibus campus interiacet [c] Baláta dictus, in quo frumentum, vt à Liſbonæ incolis, & pleriſque populis Algharbe fertur, quadrageſimo ab iactis ſeminibus die colligitur, & quidem menſura centuplicata. Ab vrbe Santarin ad vrbem Badajos quatuor extant ſtationes. Et ad partem dexteram itineris, quod ad iſtam ducit, ſita eſt in radicibus montis vrbs Eluas, duodecimo à Badajos milliario. A Merida ad Caſtellum

*b Hodiè Sãtarena.*

*c i. Tabula lapidea.*

Cár-

Cárcaiie tres numerantur ſtationes. A Cárcaiie ad vrbem [a] Calat-rabah ad Anatis fluminis ripam appoſitam: Et à Calat-rabah Septentrionem verſùs ad caſtellum Balat, ſtationes duę. A Caſtello Balat ad vrbem Talauira, iter bidui. Similiter ab vrbe Cătarat-aſſaif ad [b] Machádham, iter quatriduanum. A Machádha ad Talauiram, biduum. Eodem modo à [c] ad Caſtellum Medelin, ſtationes duæ. A Caſtello Medelin ad [d] Torgallam, duæ ſtationes leues.

*a Hodiè, Calatraua.*

*b i. Vadum.*

*c Omiſſum in textu.*

*d Hodiè Trogbillo.*

Cæterùm vrbs Tolaitela iacet ab orientali plaga Talauiræ, eſtque ingens ciuitas. Ab vrbe Tolaitela, Orientem verſùs, ad vrbem [e] Vadi-lhagiára, L. M. P. ſtationes duas conſtituentia. Ab vrbe Vadi-lhagiára ad vrbem Salem, ad Orientem, milliaria quinquaginta. Ab eadem ad vrbem S. Maria Ben-razin, tres modicæ ſtationes. Et ab eadem quoque ad Elicant, ſtationes quatuor. Diſtat autem S. Maria ab Elicant duabus ſtationibus: Et tàm S. Maria, quàm Elicant ſunt vrbes conſpicuæ. Ab vrbe Salem ad vrbem [f] Calat-Ayub, L. M. P. ad Orientem. Ab vrbe Calat-Ayub, Meridiem verſùs, ad arcem Doracam, XVIII. M. P. A Doraca ad vrbem Saragoſtam, L. M. P. Eſt autem Saragoſta de primariis vrbibus Andaluſiæ, ſita propè flumen magnũ Ebro vocatũ, quod aquas partìm è regionibus Romanorum, partìm è montibus Calat-Ayub, partìm è finibus Calahoræ effluentes mutuatur. Ex his enim fluuiis ſupra vrbẽ Todelam in vnum concurrentibus conſtipatum defluit ad vrbem Saragoſtam, & Chairan Caſtellum attingit, tùm per loca fluminis Alzaitun, ac demum per occidentalem Tortoſæ plagam pręteriens mari ſe immiſcet. Ab vrbe Saragoſta ad Veſcam habentur XL. M. P. A Veſca ad Laredam. LXX. M. P. Ab vrbe item Saragoſta ad Todelam, L. M. P. A Mecnaſa ad Tortoſam, duæ ſtationes, nempè L. M. P. A Tortoſa ad oſtium fluminis cuiuſdam in mare influentis, XII. M. P. Et ab eadem Tortoſa ad vrbem Taraconam, ad mare appoſitam, Iudæis cultam, & mœnibus marmoreis circunſeptam, L. M. P. Et ab ipſa ad Barcelonam, Orientẽ verſùs, LX. M. P. Ab vrbe Taracona, Occidentem verſùs, ad oſtium fluminis Ebro, quod iſtìc latiſſimo ſeſe diffundit alueo, XL. M. P. Ab hoc oſtio fluminis ad ſpeculam

*e i. Vallis lapidum.*

*f De hac lege Nonnium pag. 235.*

Caſtali mari proximam, xvi. M. P. ad occaſum. Hinc ad Peniſcolam Caſtellum munitum iuxtà mare collocatum, vi. M. P. A Caſtello Peniſcola ad aſcenſum Abiſæ, vii. M. P. Ab eodem ad vrbem [a] Berianam versùs occaſum, xxv. M. P. A Beriana ad oppida Mor-uedro populoſa, frugiferis arboribus conſita, & aquis manantibus irrigua, non longè à mari diſſita, xx. M. P. Hinc ad Valentiam, Occidentem versùs, xii. M. P. Vrbs quoque Valentia eſt de primariis Andaluſiæ vrbibus, conſtructa ſecùs flumen, quod multa affert incolis commoda; eo namque irrigant arua: hortos habent atque viridaria ad illius ripas cum ædificiis non raris. Ab vrbe Valentia ad Saragoſtam tranſeundo per Kotondam, nouem habentur ſtationes: diſtat autem Kotonda à Valentia triduò. A Kotonda ad Caſtellum [b] Alriahin, ſtationes duæ. A Caſtello Alriahin ad Elicant, iter bidui. Ab vrbe Valentia, ad [c] Gezirat-Socar amni [d] Socar adiacentem, xviii. M. P. A Gezirat-Socar ad vrbem [e] Sátebã, xii. M. P. Sáteba autem vrbs eſt venuſta, habetque oppida tàm pulchra, & munita vt prouerbio circumferantur. In ipſa prætereà conficitur papyrus præſtantiſſima, & incomparabilis. A Sateba ad Deniam, xxv. M. P. Pariter quoque à Sateba ad Valentiam, xxxii. M. P. Similiter à Valentia ad Deniam mari vicinam, progrediendo per litora, lxv. M. P. A Valentia ad Caſtellum Coliram, xxv. M. P. A Colira ad Deniam, xl. M. P. Caſtellum Colira mari modò ambitur, eſtq; munitiſſimũ, ad oſtium fluminis Socar appoſitum, circundatũ à Meridie, monte quodã maximo, cuius è faſtigio deprehẽduntur intra mare aliquot mõtes aridi: vocatur autem mons ille Caun. Item ab vrbe Sáteba ad [f] Bechiran, versùs Occidentem, xl. M. P. Ab vrbe Denia paulò ante memorata, per oras maritimas; ad vrbem [g] Lecant, versùs Occidentem, lxx. M. P. Lecant modica vrbs eſt, & non lõgè ab ipſa extat inſula [h] Palnatſa mille paſſibus à flumine remota: eſtq; hæc, Portus venuſtus, atq; in ipſa tenduntur inſidię nauigiis hoſtilibus; reſpicit autẽ Promontoriũ [i] Alnádhur. Ab iſto Promontorio Alnâdhur ad vrbem Lecant decem habentur milliaria. Ab vrbe Lecant ad vrbem Elce, via terreſtri, ſtatio modica. Ab vrbe quoque Lecant ad

ces

[a] *Hodiè Valuana.*
[b] *i. myrti.*
[c] *i. Inſulam*
[d] *Nonnio, Sucro vel Xucar.*
[e] *Hodiè, Satiua.*
[f] *Lat: Bigora.*
[g] *Alicante.*
[h] *S. Pola*
[i] *i. Cuſtos, vndè Hiſpanicè vocatur Guardamar.*

fauces [a] Bales, LVII. M. P. Bales autem ſunt varij Portus pro variis multorum fluminum oſtiis, in quæ naues ingrediuntur. Inter Bales & inſulam [b] Alfiran intercedunt mille paſſus; Inſula verò Alfiran diſtat à continente milliari, ac ſemis. Ab hac inſula ad Promontorium Cobtal, xii. M. P. Ab hoc ad Portoman magnum, qui quidem Portus eſt, xxx. M. P. Ab hoc ad Cartagenam, xii, M. P. Vrbs autem Cartagena eſt Portus vrbis Murſiæ, eſtque vrbs vetuſtiſſima, antiquiſſimaque. Ab vrbe Cartagena per maritimas oras abeundo ad [c] Soganam portum venuſtum cum oppido proximè imminente, xxiv. M. P. Ab hoc ad Caſtellum Acle, xii. M. P. eſt autē Caſtellū iſtud paruum, ad mare ſitum, & eſt Portus Lorcæ, à qua diſtat xxv. M. P. via terreſtri. A Caſtello Acle ad amnem [d] Biram in imo mediterraneo, XLii. M. P. Oſtio eius amnis mons impendet ingens, ſuper quo iacet caſtellum [e] Bira in mare proſpectans. Ab amne prædicto ad inſulā [f] Caranbirā, xii. M. P. Inde ad Raſif, VI. M. P. Tum ad [g] Sciamat-albaidha, viii. M. P. Deinde ad Promontorium [h] Cabeta-ben-aſuad, vi. M. P. A Promontorio Cabeta ad Almeriam, xii. M. P. Prætereà ab vrbe Cartagena ad Murſiam, itinere terreſtri, XL. M. P. Vrbs Murſia eſt Metropolis terræ Tadmir, ſitaque eſt in planitie ſecùs flumen [i] Alabiadh, quod & eam interfluit; ponte cymbis fabrefacto aditum in illam præbente. A Murſia ad vrbem Valentiam, quinque ſtationes. Totidemque ab eadem Murſia ad Almeriam in maritimis oris extructam. Item à Murſia ad Cordubam, ſtationes decem. Et ab eadem Murſià ad Caſtellum Segora, ſtationes quatuor. Rurſùs à Murſia ad [k] Gingelam, L. M. P. A Gingela ad Cuencam, iter bidui. A Cuenca ad Caltſam, tres ſtationes, Orientem verſus. A Caltſa ad S. Mariam, tres item ſtationes. Totidemque ſtationes ab eadem Caltſa ad Alicante. A Cuenca ad Vbedam, tres quoque ſtationes. Vbeda, & Oclis duæ ſunt vrbes mediocres, diſtantque abinuicem xviii. M. P. Ab Oclis ad Segoram, ſtationes tres. Eſt autem Segora Caſtellum vrbi non impar, populoſum, in magni montis vertice poſitum, amplum, ſitu munitum, ædificiis venuſtum. Sub hoc amnes oriuntur duo, quorum

[a] *Hodiè Veles.*
[b] *i. Muriā.*
[c] *Hodiè, Aſoguia.*
[d] *Beriam.*
[e] *Beria, Atlanti, in deſcript. totius Hiſp.*
[f] *Fortè Carpantram.*
[g] *i. Nauum album*
[h] *Fortè Ciuitas Ebn-Aſuad i. filij Nigri.*
[i] *i. Album. Nonnius c. 65. p. 204. vocat hoc flumen Saberum, vel Setabim.*
[k] *Hodiè Cincilā, vel Chinhil.am*

vnus eſt fluuius Cordubæ, [a] Vadi-Alchebir vocatus: Alter eſt fluuius [b] Alabiadh, qui Murſiam alluit. Et verò quod Cordubam alluit flumen, emanat ex hoc monte ex aquarum congerie quaſi lacu quodam, qui monte in ipſo conſpicitur, & mox ſub eodem monte ſe condens paulò poſt erumpit è quodam loco in radicibus montis, & ad occaſum decurrens attingit montem Nagedanum, tùm dilabitur ad Ghaderam, poſteà adiacentia vrbi [c] Obbadæ loca alluens, tranſit per inferiores vrbis [d] Byaſæ partes, pergitque ad Caſtellum [e] Andugiar, ad [f] Alcatſir, ad pontem Aſtaſan, ad Cordubam, ad Caſtellum [g] Modaüar, ad Caſtellum Algiarf, ad Caſtellum Lora, ad Caſtellum Alcoléa, ad Caſtellum [h] Catinana, ad Alzarádam, ad Siuiliam, ad Cobtal, ad Captur, ad Tarpaſanam, ad [i] Maſáged, denique effunditur in mare tenebrarum.

*a i. Amnis Magnus.*
*b i. Albus.*
*c Hodiè, Vbeda.*
*d Hodiè, Baëſa.*
*e Hodiè Audiuar, alijs Anduſciar.*
*f i. Breue, hodiè, Alcaſor.*
*g i. Rotundum.*
*h Hodiè, Cantilana.*
*i i. Templa.*

At verò fluuius Alabiadh, quem Murſiæ amnem eſſe diximus, exit è radicibus montis (quamuis alij dictitent eandem eſſe fluminis Cordubæ, & fluminis Murſiæ originem) fluitque Meridiem versùs, ad Caſtellum Afred, ad Caſtellum Mola, ad Murſiam, ad Horiuelam, ad Modaüar, ac demùm mari ſe immiſcet.

Ab vrbe Segora ad vrbem Sor[illegible] duæ habentur ſtationes. Et non longè ab ipſa extat [k] Caſtellum Canna. A Caſt[illegible] Canna ad Tolaitelam, ſtationes duæ. Qui autem [illegible] ad à Murſia ire in Almeriam, per[illegible] modò ambitur, caia, tum ad Caſtellum [l] Labralla [illegible]ar appoſitum, cirma, ad vrbem Lorcam (diſtat autem [illegible] eius è faſtigio Murſia XL. M.P.) A Lorca deinde ad [m] Abar-arrotbati, tùm ad Caſtellum [n] Biram, ſtationis habetur interuallum. Ab hoc Caſtello ad aſcenſum Socar, qui tàm arduus, & accliuis eſt vt equo ſuperari nullatenus poſſit, ac proinde equites pedibus incedere cogantur: Et ab hoc aſcenſu ad [o] Rábetam, vbi neque caſtellum, neque oppidum, ſed turris quædam reperitur culta militibus viam cuſtodientibus, ſtationis item interuallum habetur. Ab ea ſpecula ad Almeriam, ſtatio breuis.

*k Hodiè, Villa Cannas.*
*l Hodiè, Lebrillam.*
*m i. Puteos ordinis.*
*n Hodiè Vera, vel Beria.*
*o i. Speculã.*

De primariis Almeriæ vrbibus ſunt [p] Bargia, & [q] Dalaia. Inter Almeriam, & Bargiam grandis intereſt ſtatio. In-

*p Hodiè Berja.*
*q Hodiè Dalias.*

ter Bargiam autem, & Dalaiam, circiter viii. M.P. Ab Almeria in Malagam abire cupienti duplex ſeſe offert iter: vnum terreſtre, quod quidem longius eſt, ſeptem videlicet dierum: alterum maritimum, centum octoginta milliariorum; Nàm Almeria cùm exieris, progredieris ad oppidum Bengias maritimum, ſpatio ſex millium paſſuum: ab hoc autem oppido Bengias patet via per mediterraneum ad Bargiam, & Dalaiam. Ab oppido Bengias ad extremũ mediterraneum, vbi extat turris extructa lapidibus, & in eum finem erecta, vt cùm hoſtes in mari deprehenduntur, ignis accendatur in ipſa, habentur vi. M. P. Ab hoc Promontorio ad Portum Alnafira, xxii. M. P. Hinc ad Aderam oppidum ſecùs mare ſitum, xii. M. P. Ab Adera ad oppidum Beliſanam, xx. M. P. Ab hoc ad portum Alforug, paruum, lacui ſimilem, xii. M.P. Hinc ad oppidum [a] Patrennam, vi. M. P. Ab hoc ad oppidum [b] Salobaniam, xii. M. P. A Salobania ad vrbem [c] Almancab mari adiacentem, viii. M. P. Ab vrbe Almancab ad Granatam itinere terreſtri, XL. M. P. Item ab Almancab ad oppidum Sat, via maritima, xii. M. P. Ab oppido Sat ad oppidum Toros iuxta mare ſitum, xii. M. P. Ab hoc ad ciuitatem Maria Veles, xii. M. P. A [illegible] Veles, ad oppidum Tſira, quod pla[illegible] Promontorium in mare procurrens, vii. M. P. Ab ponte [illegible] oppidum [d] Bezelianam, vii. M. P. A Bé[illegible] Murſia ad vrbem Vale[illegible] viii. M. P. demque ab eadem Mu[illegible] extructam. Item à M[illegible] Almeriam ſermonem conuertamus, [illegible] Almeria ad Granatã, eſſe huiuſmodi: Exeundum prius ex Almeria ad vrbem Boggianam ſex milliaribus diſſitam: Vrbs autem Boggiana celebris erat ante Almeriam, ſed eius incolæ in Almeriam ſeſe transferentes, hanc populoſam, dirutam illam reddidere. Sexto ab vrbis Boggianę parte dextera milliario adeſt Caſtellum Alhamma. Præterea ab oppido Boggiàna ad oppidum Bani-Abdus habentur vi. M. P. Totidemque ab hoc ad Caſtellum Mandugiar. Progredieris ab hoc ad Caſtellum Barſana ſitum ad amborum fluminum occurſum. Inde ad oppidum Baldud. Deinde ad Alcatſir caſtellum munitiſſimũ, in anguſtis f[illegible]ucibus [illegible]rà flumen extructum, ſub quo trã-

[a] *Fortè quod hodiè Porcenna.*
[b] *Hodiè, Salobrennam.*
[c] *i. Humerus; hodiè, Almunnequar, i. roſtrum.*
[d] *Hodiè Bezmeliana.*

ſire cogitur quilibet viator. Hinc ad canalem Cabir. Tùm ad Rotbam. Poſteà ad oppidum Obla, ad quod diuertendum. Ab oppido Obla ad Caſtellum Finana. Tum ad oppidum Sanſal. Indeque ad initium campi Oblæ: vbi viatori mons occurrit à læuis, dictus Salir niuium, cuius ad radices plura cernuntur caſtella, & ex his Farira, vnde nux Farirana. Ab vltimo campi Oblæ termino, ad canalem Vas. Tum ad vrbem [a] Vadi As. Et ab hac ad oppidum Daſma: atque huc diuertendum. Hinc ad Rotbe. Poſteà ad oppidũ Afrafrida. Tum ad oppidum Ved, quod eſt plurium collectio pagorum. Hinc demum ad vrbem Granatam viii. M. P. Cæterùm vrbs Vadi-As locus eſt in quem plures viæ conueniunt. Qui enim ex ipſa ad vrbem [b] Baſtam pergere cupit, exit è Vadi-As ad montem Aatſem, tum ad oppidum Baura, indeque ad vrbem Baſtam: diſtant autẽ abinuicem xxx. M. P. Similiter à Vadi-As ad montem Aatſem, tum ad oppidum [c] Baura, indeque ad vrbem Baſtam: diſtant autem abinuicem xxx. M. P. Similiter à Vadi-As ad [d] Giaën duæ grandes habentur ſtationes. Ab vrbe verò Baſta ad hanc eandem Giaën, tres modicæ ſtationes. Ab vrbe Giaën ad vrbem Baëſam, xx. M. P. ſed tamen illa ab hac, & hęc ab illa videri poteſt. Ab eadem ad vrbem Vbedam, Orientem versùs, vii. M. P. In tractu medio inter vrbes Giaën, Baſtam, & Vadi-As, multa extant caſtella populoſa, ciuibus, incoliſque referta, ſoli fœlicitate, & frugibus quamplurimis, quas etiam aliis diſpenſant, luculentiſſima. Et quidem ab orientali plaga Giaën, & ex aduerſo Baëſæ iacet caſtellum ingens, [e] Soder dictum, à quo nomen habet [f] Chalatt Sodericum. Duodecimo ab hoc milliario, versùs Orientém, adeſt caſtellum Tonna. Hinc proficiſceris ad Caſtellum Ciſatam, vrbi non inferius, mõti ſubiectum, in quo cæduntur ligna ad conficiendas paropſydes; peluesque ligneas: is autem mons attingit Baſtam; diſtatque prædictum Caſtellum à Giaën duabus ſtationibus à Vadi-As: ac duabus quoque ſtationibus à Granata. Verùm à Vadi-As iam memorata ad Granatam habentur XL. M. P. A Granata ad vrbem [h] [illegible]hancab, via terreſtri, XL. M. P. Item à Granata ad vrbem [illegible]

[a] *Hodie, Guadix.*

[b] *Hodiè, Baſam.*

[c] *Hodie Baur.*

[d] *Vulgò Iaën, latinè Menteſa.*

[e] *Fortè, Solera.*

[f] *Herba genus acido lacte, ſaleq; condita.*

[h] *Hodiè Almunnecar.*

do flumine, xxv. M. P. Ab Almancab ad vrbem Almeriam, itinere maritimo, c. M. P. Et ab eadem Almancab ad vrbem Malacam, octoginta M. P. A Malaca ad Cordubã, versùs Septentrionem, quatriduum. A Malaca etiam ad Granatam, Lxxx. M. P. A Malaca ad inſulam viridem, c. M. P. A Malaca ad Siuiliam; ſtationes quinque. A Malaca ad Marbellam, itinere quod ducit in [a] Algeziram, XL. M.P. Inter Malacam, & Cordubã caſtella extãt culta, ſuntq; loca partibus in illis populoſiora: & ex iis eſt vrbs Archidona, & [b] Antaquira, quæ diſtant à Malaca XXXV. M. P. Hinc ad vrbem Bigha, XVIII. M. P. Ad modicam ab hac ſtationem iacet ad orientalem plagam caſtellum vocatum [c] Alghidac. Inter Alghidac, & Giaën leuis etiam intercedit ſtatio. Et ab eodem ad caſtellum Vaëna, ſtatio quoque modica. A caſtello Vaëna ad Cabra, ſtatio leuis. Et ab eodem ad vrbẽ Cordubam, XL. M. P. Non longè ab ipſomet, Meridiem inter & occaſum, conſpicitur vrbs Eliſana, quæ diſtat à Corduba XL. M. P. Hiſce caſtellis conterminum eſt caſtellum Balai, & caſtellum Manterec; Diſtatque caſtellum Balai ab vrbe Corduba XX. M. P. Propè caſtellum Balai extat caſtellum [d] S. Ialla, à quo ad Aſtigi, verſus Occidentem, habentur XV. M. P. A caſtello S. Ialla Cordubam, XXIII. M. P. Eſt autem ſita vrbs Aſtigi propè flumen Granatæ, quod appellatur [e] Scenil. Ab Aſtigi Cordubam, XXXV. M. P. Et ab Aſtigi, Meridiem versùs, ad caſtellum Oſuna, ſemidiei iter. Et ab hoc ad Balſanam, XX. M. P. Item ab Aſtigi ad vrbem Carmonam XLV. M. P. Et ab eadem, Occidentem versùs, ad Siuiliam, XVIII. M. P. Ab vrbe Carmona ad Bariſſam de prouincia Sadunæ, ſtationes tres. Similiter à Siuilia vrbe ad Sariſſam, duæ grandes ſtationes. A Sariſſa ad inſulam Gades, XII. M. P. Et à Sariſſa quoque ad Alcanáter, vj. M. P. Ab Alcanáter ad inſulam Gades, etiam v. M. P. Inter Siuiliam & Cordubã intereſt ſpatiũ lxxx. M.P. itinere terreſtri. Poteſt autẽ qui vult cymbis, à Siuilia Cordubam abire: Aſcendet enim aduerſo flumine vſque ad molendinas Alzarádæ, ad flexum hoſpitii Aeian, ad Cotoniana, ad [f] Alcolaya, ad in[illegible] ad caſtellum Algiarf, ad Suſenil, ad oſtium flu-

[a] i. Inſulam

[b] Antiquera

[c] Alcaudate.

[d] s. Ella.

[e] Xenil, lat. ſiniglis.

[f] i. Paruum caſtrum.

*a i. Flumen granatorum*

*b i. Floris, vel Veneris.*

*c Nempè Toletum.*

*d i. Locum boum.*

*e Hodiè Calat-raue.*

minis Melhal, ad Caſtellum Almodaüar, ad [a] Vadi-alromman, ad molendinas Natſeh, demùm ad Cordubam. Ab vrbe Corduba ad vrbem [b] Alzahra, v. M. P. Et à Corduba ad Almeriam, octo dietæ. Item à Corduba ad Siuiliam, LXXX. M. P. Et ab eadem Corduba ad Malagam, c. M. P. A Corduba quoque ad [c] Tolaitelam, nouem ſtationes. Et quidem qui ad hanc transferre ſe cupit, proficiſcitur è Corduba per plagam Septentrionalem, & poſt xj. M. P. arripit aſcenſum Arles. Indè ad [d] Darálbacar, vj. M. P. Poſtea ad Petros XL. M. P. A caſtello Petros ad caſtellum Ghafec, vij. M. P. Ab arce Ghafec ad montem Amer, ſtatio. Tùm ad Dar-álbacar, ſtatio. Deinde ad Calat- [e] rabah. Rursùs à Corduba ad Granatam habentur quatuor ſtationes cẽtum M.P. componentes. Inter Granatam, & Giaën intercedunt L. M. P. duæ videlicet ſtationes. Mare autem Damaſcenum, cui adiacere diximus meridionalem partem regionis Andaluſiæ, incipit ab Occidente, & deſinit propè Antiochiam, atque hoc ſpatium maris intermedium eſt triginta ſex curſuum; Latitudines verò ipſ... Ab ... ter vrbem Malagam, & quæ ex ... variæ ſunt: Nam inciunt, Mezemmam atque Badi ppoſito litore eam reſpinauigationis diei, vento ſecur... diffenditur mare ſpatio tudo maris inter Almeriam ... mediocri. Similiter latioppoſitam, eſt ſpatiũ du ...di-As...Hanin altero in litore ſibi Deniam inter & vrben que reſ... curſuum. Pariter quoq; vrbe cupat mare in latitudi... uas e... extenditur diſpenſant, luculentudo maris eiu ppoſitaria, ... eſt centum M. P. Cæterum ... aduerſo in litore occi... & viciniorem ſibi terram habet v... tuor; Curſus ... ab ea diſſitam. Ab orien-

*f i. arida. Hodie vocatur Ieuiza, vt notat Iſolar. pag. 20.*

[f] Iábeſa conſpic... ius curſus ab ea diſſitam. Ab orienbem Deniam ſpæ... extat inſula Maiorca, & curſu ditali parte inſulæ Iábeſ... huius orientalem poſt vnius ſtant abinuicem. Et a ... inſula Minorca, quam vrbs etiam curſus interuallum iacet ... plag... diſtat ab inſula Sar-
Barcelona proſpectat. Minorca a... ...ata.
dinia curſibus quatuor. ... ad Granatam haben- ... via ter- ...

# *SECVNDA PARS,*

## *Climatis Quarti.*

SVB hac ſecunda Parte Climatis quarti continetur portio maris Damaſceni, vbi etiam inſulæ multæ partìm cultæ, partìm vndis obrutæ. Dicimus igitur de maioribus inſulis, quæ in iſta Parte comprehenduntur, eſſe inſulam Sardiniam, inſulam Corſicam, & inſulam Siciliam. Inſulæ autem paruæ, ſunt verbi gratia Malaba, Panoſa, [a] Oſtrángelo, Mons Vulcani, inſula Vulcani, inſula Lipari, inſula Didima, inſula Om- [b] alchammar, inſula [c] Tarſania, inſula Hericodes, Vſtica, Albalia, inſula Monachi, Melitma, Coſera, Kattab, Nemûſa, Kamona, & Melita. De regionibus verò maritimis in Continente ſitis, eſt Barcelona, Gironda, Arbunos, Narbona, & Carcaſſona; Atque omnes iſtæ ſunt de terra Vaſconiæ. In eiuſdem huiuſce Partis plaga orientalì continetur de terra Calabriæ, Regio, Matſa, Berges, Tropea, & S. Euſemia, de quibus ſermonem facturi ſumus, Diuino auſpicante fauore.

a *Iſolario fol.24 & 25.* Onoſtrogila

b *i. Mater caupona.*

c *i. Extrema.*

Quarè dicimus inſulam Minorcam eſſe diſſitam ab oris M. P. Et ab Aſtig[illegible]æ ſpatio curſus vnius: Et quarto ab inſemidiei iter. Et a[illegible]tare Sardiniam, ad Orientem. Eſt aug; ad vrbem Carmon[illegible] limitibus ampla, montibus frequens, tem versùs; [illegible] habetque in longitudine CCLXXX. M. P. ad Sar[illegible]ine verò, CLXXX. Latitudo eius protenditur ab [illegible]caſu in Orientem, longitudo à Meridie ad Septentrionem aliquanto cum flexu ad Orientem. Tres vrbes hæc amplectitur, nempè Cqitanam in meridionalibus inſulæ partibus ſitam, vrbem populoſam, ciuibus refertam: Deindè Calidam, quæ iacet in pro[illegible]ntorio freti, quod eſt ad inſulam Corſicam. Tertiò vrbem [illegible]aſtiliam dictam. Habitatores inſulæ Sardinia v[illegible]nt quoad originem Romani, Africani Barbar[illegible] in inſula Sardinia inueniuntur fo[illegible]atellum [illegible]od in multas Romanorum regiones

urbs, … ll. Ab … ridiem ve … oc ad Balſ … am XLV.

nes diſtrahitur. Sardiniam diuidit ab inſula Corſica fretum xx. M. P. Inſula Corſica aſperis ac fortibus eſt præcincta Continentibus: ambitur ab Oriente, mari quod barbarè vocatur Thirrenum: conſpicitur in parte ipſius occidentali vrbs venuſta, mediocris, populoſa: occupat ſua longitudine CL. M. P. latitudine xxvij.

Prætereà ex inſulis, Romanorum terræ propinquis, eſt inſula Elba, quæ nauigatione diei diſtat ab inſula Corſica, cuius circuitus, iuxtà formam quam habet, eſt centum M. P. pertinetque ad ditionem Piſarum. Ab Elba ad inſulam Panoſam, Septentrionem inter & Occidentem, habetur ſpatium xxv. M. P. Habet autem Panoſa in circuitu xxx. M. P. eſtque deſerta. Ab hac ad inſulam Cabreram, xiij. M. P. Et ab ipſa ad flumen Piſarum, xxxiv. M. P. Item à Cabrera ad inſulam Capri, Orientem verſùs; Inſula verò Capri eſt populoſa, & eius habitatores ſunt gens quædam ex incolis Melfi. Extat in illa vrbs mediocris, & in media vrbe aquæ ſcatebra. Inter hanc inſulam, & inſulam Sorrentum, de terra Calabriæ, intercedit ſpatium xij. M. P. Et in orientali parte huius inſulæ adeſt portus modicus. Diſtatque hæc à Neapoli xxx. M. P. Inter eandem inſulam iſtam, & inſulam Seclam minimè grandem, vrbi Neapoli maritimæ vicinam, LX. M. P. intercedunt. Colit hanc inſulam gens ex Romanis cum vxoribus, ac familijs ſuis, & degunt in vrbe quadam pulchra Maior vocata; vnde inſula appellatur Secla Maioris. Diſtat autem à Neapoli xxx. M. P. Quinquageſimo ab inſula Secla milliario extat inſula [a] Pantatara, in qua cernitur vrbs effoſſa, & officina ad extruendas naues in lapide exciſa: pars etiam vrbis eſt in ſaxo effoſſa ante officinam ipſam: & per canalem exciſum in petra, aqua ad eam ducitur. Diſtat verò Pantatara ab vrbe Gaietta xx. M. P. Trigeſimo à Pantatara milliari, occaſum inter & meridiem, duæ occurrunt inſulæ, quarum vna Túneſa, altera Iúneſa vocatur; & quidem vtraque eſt habitata. Ab inſula verò Capri itur ad inſulam Oſtrangelo, Orientem inter & Meridiem, contrà [illegible]. Nec vlla inter Melfi, & inſulam iſtam, alia reperitur inſula præter Capri tantùm. Inſula Oſtrángelo iacet inter orientalem, & ſeptentrionalem

[a] *Iſcl. fol. 25. p. 2 Pantataria*

lem partes inſulæ Vulcani, ſcatetque fontibus aquarum, ſed nullum habet portum. Propinquior huic inſulæ continens de terra Calabriæ, eſt continens Manthiæ, à qua diſtat XL. M. P. Verùm inſula Vulcani non admodum excellit magnitudine, ſed ingens in ea mons extat, è quo temporibus aliquibus magnus erūpit ignis, rarò quidē ceſſans; qui ignis cùm furit, lapides iaculatur ignitos, horribili fragore ſtrepitantes, ita vt à longè vehementium tonitruum rumorem audire tibi videaris. Et in hac inſula reperiuntur capræ ſilueſtres. Inter ipſam autem atque viciniorem ſibi terram Siciliç, nempè Dandaram, interſunt XV. M. P. Ab occidentali parte illius, aliquanto cùm flexu ad Septentrionem adeſt inſula Lipari, quę certis temporibus habitatur: extatque in ea Caſtellum. Diſtat hęc inſula ab inſula Vulcani IV. M. P. habetque aquam, ligna, & paruum Portum. Ab inſula Lipari ad inſulam Didimam paruam, & Portu carentem, III. M. P. ad Septentrionem. Ab inſula quoque Lipari ad inſulam [a] Phenicodem inhabitatam, atque importuoſam, X. M. P. contra Meridiem. Ab inſula Phenicode ad inſulam Hericodem, X. M. P. Iacet autem Phenicodes Hericodi à Meridie ſimul & Oriente. Et quamuis ea inſula ſit parua, tamen confugium eſt nautis ob portum, quem habet, anguſtum. Ab Hericode ad Vſticam, XL. M. P. atque hæc abundat aquis, & ſtationem præbet nauigiis; iacet verò contra Belerin vrbis Palermi in Sicilia, diſtantque abinuicem XL. M. P. A meridionali parte inſulæ Vſticæ adeſt inſula Monachi, cuius latera tàm meridionale, quam orientale ſunt portuoſa ſoluendis nauibus opportuna, cùm preſertim ibi reperiantur putei aquarum: iacet autem ſupra Trapanum, à qua diſtat XV. M. P. Ad ſeptentrionalem partem inſulæ Monachi parua occurrit inſula [b] Aliabeſa dicta, quæ nec aquam, neque portum habet: & vicinior huic terra de inſula Sicilia, eſt vrbs Trapanum, à qua diſtat X. M. P. Ad partem verò occidentalem eiuſdem inſulæ Monachi cernitur inſula Melitma eregione Tunis Carthaginienſium: diſtatque à prædicta inſula Monachi, XXX. M. P. Nullus autem extat in ea portus, at vberrima eſt capris, ceruiſque. Ab orientali plaga

[a] Atlas, p. 524.

[b] i. Aridæ.

inſulæ Melitmæ iacet inſula Coſera, quæ, inſulam Monachi ſi reſpicias, eſt Meridiem inter & Orientem; Opponitur hæc Neapoli, reſpicitque locũ medium inter Xaccam, & Mazaram: & diſtant abinuicem curſus vnius interuallo: idemque ſpatium eſt inter Coſeram, & Continentem Africæ. Eſt autem Coſera inſula munita, puteis, riuuliſque irrigua, oliuetis conſita, magna caprarum ſilueſtrium humanum aſpectum refugientium copia referta, habetque portum oportunum, multis à ventis ſecurum. Recta ab hac in Orientem linea iacet inſula Gaudoſa C. M. P. ab ea diſſita, in qua tutus adeſt Portus. A Gaudoſa perges ad paruam quandam inſulam Kamonam dictam; Et ab orientali huius parte habes [a] Maltam inſulam magnam tuto portu inſignem, inter quam, & eum locum, qui in citima Siciliæ terra vocatur Acheronte, intercedunt LXXX. M. P. Poſt Maltam prædictam nulla extat alia inſula versùs Orientem; & Auſtrum, præter inſulam Cretam. Verùm inter inſulam Lampedoſam, & viciniores Africæ oras, in quibus eſt Capodia, intercedit ſpatium duorum curſuũ: habet hęc inſula portum ſecurum, nulli vento obnoxium, quantęuis magnarum nauium claſſis capacem. Atque is Portus occupat in ea partem [b] Africo vento reſpõdentem. Quinto milliario à ſeptentrionali eiuſdem latere conſpicitur venuſta quædam inſula Alchettab vocata. Ab inſula Alchettab ad Nemuſam verſus Orientem, modicè tamen flectendo ad Septentrionem, habentur XXX. M. P. Et inſula Gaudoſa prædicta iacet ad orientalem plagam inſulæ Nemuſæ, diſtantque abinuicem duorum curſuum interuallo. Atque hæc breuiter de prædictis inſulis, & rebus earum memoratu dignis. Et gratias Deo immenſas.

Reſtat nobis modò, vt aliquid dicamus de inſula Sicilia. Aſſerimus ergò Siciliam eſſe vetuſtiſſimam, & Regem eius Rogerium dominari hoc tempore, præſentis æra libri, in centum triginta [c] regiones intrà inſulam ipſam contentas. Harum prima eſt vrbs Palermus nobilitate, ac magnitudine præcellens, ſita ad oras maritimas in latere occidentali, & montibus circumſepta. Diſtinguitur hæc partes in duas, in Caſtellum ſcilicet, & in ſuburbia. Caſtellum eſt anti-

quum

[a] *Lat. Melita.*

[b] *Zabecke.*

[c] *Per regiones intelligit vrbes, oppida, caſtella, &c.*

quum illud atque celebre, quod in tres ordines ſubdiuiſum continet ſub primo Ædes, licet in reliquis duobus aliquot etiam ſint Ædes. Suburbia verò componunt alteram ciuitatem primæ vrbi vndique circumiacentem: nam in medio illorum extat vrbs antiqua [a] Châleſa vocata, inqua olim, ac præſertim tempore Moſlemānorum erat ſedes Regia, oſtium maris, atque officina ad ſtruendas naues. Ex omnibus huius vrbis Siculæ partibus aquæ erumpunt, quæ varios in fontes hùc illuc excurrentes deductæ, largè eam irrigant: & extrà Suburbia, ad auſtralem eius plagam decurrit fluuius Abbas, iuxtà quem tot extant molendinæ, vt plures non requirantur. Ab oriẽtali eiuſdem vrbis parte adeſt poſt interuallum ſtationis Caſtrum Thermæ, vbi ſunt duo præſtantiſſima balnea calida parùm abinuicem diſſita. Imminet autem Caſtro ędificium vetuſtiſſimum; & à latere ipſius occidentali cernitur domicilium dictum [b] Tarbiaa, quod eſt ſolatij locus amœniſſimus. Duodecimo abhinc milliario occurrit Caſtellum Burgad. A caſtello Burgad ad [c] Sahrat-âlharir habentur xii. M. P. Et ab hac Sahra ad Ceſalude, ſtatio. Hinc ad caſtellũ [d] Tugham duobus milliaribus plùs minùſue à mari diſſitũ, ſtatio. A Tugha ad caſtellum [e] Calat-âlcauâreb, xii. M. P. Habet hoc portum frequentem, è quo merces exportantur, ſoluendis nauibus oportunum: Diſtat autem portus à Caſtello prædicto milliari ferè cum dimidio. A Calat-alcauâreb ad Caroniam, xii. M. P. Ab hac ad S. Marcum arcem ingentem, antiquis veſtigiis, & plurimis ædificiis conſpicuam, x. M. P. A S. Marco ad caſtellum Paſaua, x. M. P. Ab hoc ad Pactes, xii. M. P. Hinc ad [f] Lepiri quę venuſtum habet Portum, iii. M. P. Hinc ad caſtellum Milaz, xii. M. P. Et hoc caſtellum, quod ad oras maritimas eſt appoſitum, cingitur mari ex omnibus partibus præterquàm ſeptentrionali, per quam patet aditus ad ipſum. A Milaz ad vrbem Meſſinam breuis eſt interuallũ ſtationis. Iacet autem vrbs iſta Meſſina in orientali angulo inſulę, & montes eam ab Occidente circundant: & Portus illius, qui ſanè eſt quammaximè admirandus, omnium ore vbique circumfertur; Nàm quodlibet nauigium quantumuis maximum adeò

[a] i. *Libera.*

[b] i. *Quadratum.*

[c] i. *Campus ſerici.*

[d] *Atlas, Tuſa.*

[e] i. *Arxcymbarum.*

[f] *Fortè Lãtidari.*

ad litora accedit, vt valeat quis de terra manu capere quod eſt intrà ipſum nauigium. Hìc prætereà eſt ſinus ille, per quem transfretatur quis in terram Calabriæ; vbi mare aſperrimum eſt, cùm præſertìm venti aquis aduerſantur: Quòdſi accidat vt tàm influentes, quàm refluentes vndæ eodem tempore concurrant, nunquam euadat incolumis qui in medio fuerit conſtitutus, niſi ex priuilegio Diuino. Ampliſſimum huius freti ſpatium eſt X. M. P. anguſtiſſimũ, trium. Ab vrbe Meſſina ad vrbem Taorminam, & ab hac ad Lebag habetur ſtationis interuallum: Eſt autem Lebag locus mari adiacens, & ad occidentalem eius partem conſpicitur mons, qui vocatur etiam [a] Mons ignis. A Lebag ad vrbem Cataniam, VI. M. P. eſtque poſita hæc iuxtà mare, habetq in ſe Portũ venuſtũ: & ab occidentali parte Catanię extat maximum flumen Moſis, mari Cataniensi ſe immiſcens, ferax piſcium cùm magnitudine, tùm ſuauitate guſtus præſtantiſſimorum. Cæterum vrbs Taormina, Lebag, & Catania ſubiacent monti ignis paulo antè memorati, ex parte ipſius orientali. Ab vrbe Catania ad caſtellum Leõtini, habetur interuallum ſtationis: Et quamuis hoc ſex milliaribus ſit à mari diſſitum, quia tamen appoſitum eſt ad flumen, quod ab illo nomen acquirit, naues etiam onuſtæ vſque ad ipſum aſcendunt, & in plaga eius orientali portũ capiunt: Partem verò occidentalem eiuſdem latiſſima terræ ſpatia occupant. Hinc ad Siracuſam grandis intercedit ſtatio. Hæc verò ſita eſt ad oras maritimas, & mare ambit illã ex omni parte, nec licet ingredi eã, au egredi ex ipſa, niſi per aditũ vnũ, qui patet à parte ipſius ſeptentrionali. Habet autem duos Portus, quibus nullus alius reperitur ſimilis in cæteris regionibus, vnum altero capaciorem. Arctior eſt à Meridie: alter, qui & celebrior, à Septentrione. In prædicta vrbe cernitur Scatebra Allopudi, quę emanat è colle in maritimis oris conſtituto. A Siracuſa ad [b] Nutes, quæ VIII. M. P. diſtat à mari, ſtationis eſt interuallum. A Nutes ad extremitatem iſtam Inſulæ orientalem, quæ quidem tota deſerta eſt, ſtatio item habetur; atque hæc extremitas vocatur Portus [c] Albauâiez. A Nutes ad Xicli caſtrum in vertice montis extructum, ſtationis habetur interuallum; diſtat

[a] Mons Ætna.

[b] Lat. Netus.

[c] i. Paulorũ.

ſtat hoc à mari, tribus ferè milliaribus : & in ipſo extat fons ille, qui dicitur fons temporum. Is enim (quod certè peregrinum eſt) fluit temporibus orationi aſſignatis, aliis temporibus areſcit. A Xicli ad Raguſam arcem firmam, vii. M. P. à mari diſſitam, habentur xiii. M. P. flumen ipſius, quod & ab ea nomen deſumit, excurrit in partem eius orientalem ; Et in loco, vbi flumen iſtud mari ſe miſcet, extat Portus venuſtus, in quem naues ingredientes onerant, exonerantque ſeſe. Ab hac ad Bothiram vii. ferè M. P. à mari diſſitam, duæ habentur ſtationes leues, videlicet XLV. M. P. A Bothira ad Lempiadam vna habetur ſtatio XXV. M. P. Lempiada verò eſt caſtellum extructum in ſummitate petræ partim mari, partim flumine vndique ſeptum : ita vt nullus pateat aditus ad illud niſi per portam, quæ eſt ex parte ipſius ſeptentrionali, Portum habet, quem naues penetrantes mercibus illic ſe onerant. A Lempiada ad [a] Karcant habetur ſtatio XXV. milliariorum. A Karcant ad Xaccam eadem eſt diſtantia per oras maritimas : eſt autem Xacca regio quædã propè mare ſita. Eodẽque modo inter arcẽ Karcant, & arcem [b] Bellaut ſtatio grandis intercedit. A Xacca ad Mazara, duæ ſtationes breues ; Atque his duabus magnus interiacet ſecùs mare tumulus, qui vocatur [c] Alaſnàm. Fundamenta murorum Mazaræ flumen alluit Magenùn dictum, à quo merces nauiculæ aſportant, in eoque hyemant phaſeli. A Mazara ad Portum quendam milliaribus XVIII. ab ea diſſitum, & ab hoc ad Trapanum, ſtatio XXIII. M. P. Trapanus priſca atque antiquiſſima vrbs eſt, mari, cui ſanè adiacet, vndique cincta, ad quam ſtratus ab Oriente pons viam aperit. Portus eius, quem habet à meridionali ſui latere, tranquillus eſt nulloque motu agitatus, in quo vel maximę naues hyemem tranſigunt omni periculo ſecuræ. Huic adiacet inſula Monachi, inſula Iábeſa, & inſula Melitma, quarum ſingulæ habent portum, puteos, atque ligneta. A Trapano ad montem [d] Hamed ingentem, & excelſi ac ſublimis cacuminis. Ab hoc ad Alhama, XX. M. P. Alhama verò eſt arx fortiſſima, & alta valdè, quæ fertur cenſeri inter optimas arces : habet mare à Septentrione,

[a] *Hodie, Girgenti.*

[b] *i. Quercuum.*

[c] *i. Simulacrorũ m.*

[d] *Amat.*

tribus circiter milliaribus à ſe diſſitum, nec non Portum cum impendente ſibi caſtello Madareg nuncupato, ſecùs quod naues eunt, redeuntque. Diſtat autem illa à Trapano modicæ ſtationis interuallo. Ab arce Alhama ad arcem Naüa, x. M. P. Diſtat hæc à mari quatuor ferè milliaribus: habetque portum non importunum nauibus. Ab arce Naüa ad Bartanin, xii. M. P. A Bartanin ad Sis, cui mare adeſt à Septentrione ad quatuor circiter M. P. A Sis ad Fartis, viij. M. P. Et hinc ad vrbem maximam Palermum vocatam, xii. M. P. Atque hæ triginta quinque regiones prędictæ, mari pręſertim adiacent.

Regiones verò mediterraneæ pręter iſtas, quamplurimę ſunt, numeratis caſtellis, arcibus, turibus, ac pagis, quæ vt ſingillatìm memoremus, incipiemus primò à deſcriptione itineris quod eſt ab Vrbe ad turrim Iay in medijs inſulę partibus ſitam; Et verò ab Vrbe ad hoſpitium [a] Alamir habentur vi. M. P. ad Orientem. Ab hoc ad Alchoraz vnde egreditur flumen quod vocatur [b] Vadi-lamir, vi. M. P. Ab Alchoraz ad Cífalam dimidia ſtatio, nempè x. ferè milliaria. Totidemque milliaria ab hoſpitio Alamir ad Cífalam. Rurſus ab Alchoraz ad Nicum, inter quem, & flumen Alſaile decurrens ad Thermas mille paſſus intercedunt, xv. M. P. A Nico ad [c] Petranam, ix. M. P. Item ab Alchoraz ad Giatum xv. ferè M. P. A Giato ad Tori, ix. M. P. Et huius terra contermina eſt à Septentrione caſtello [d] Corlioni, & octo ferè milliaribus diſtant abinuicē. Inter Corlionem, & arcem [e] Altaric ad Septētrionem, ix. M. P. Item à Corlione ad [f] Raya, viij. M. P. verſùs occaſum. Similiter inter Corlionem, & Giatum, v. milliaria Francica. Et à Corlione pariter ad Bázerum verſùs Orientem, x. M. P. Abhoc ad Caſtrum nouum xij. ferè milliaria. A Caſtro nouo ad Corlionem, xx. M. P. Et à Caſtronouo ad [g] Occidentem verſùs, x. ferè M. P. Pari ratione à Bazero ad Raya, x. M. P. Et à Corlione ad Raya, viij M. P. Eſt autem Bazerum ad Septentrionem, Caſtrum nouum ad Orientem, Corlion ad occaſum, Raya ad Meridiem. Item à Corlione ad Betelári ad Auſtrum, iv. milliaria Francica. A Betelári ad arcem Bellaut anteà memoratam, x. M. P.

Rur-

*a i. Imperatoris.*
*b i. Flumen imperatoris.*
*c Petralia.*
*d Ptol. Conglione.*
*e i. Itineris.*
*f i. Vexillū.*
*g Deeſt nomen loci.*

Ruſsùs,a Tori ad tumulum [a] Almara,xviij. M. P. ad Occidentem. Ab hoc tumulo ad Bártanin,ſtatio modica decem & octo ferè milliarium. Et ab eodem tumulo, verſùs occaſum, ad [b] Alſanam, quod eſt in via, qua itur in Mazaram, ix. milliaria occidentalia. Diſtat autem Alſanam à Mazara vij. milliaribus Francicis. Diximus verò ſuperius Mazaram eſſe vrbem magnam. A Mazara ad Alaſnam ſuprà quoque memoratum, iij. milliaria Francica. Vt autem redeamus ad Caſtrum nouum de quo paulò ante mentionem fecimus, dicimus ex eo emanare flumen Platinam copioſum, quod ad Camaratam excurrens, poſteà Platinam alluens, demũ influit in mare. A Caſtronouo ad Camerata x. habentur M. P. A Camerata ad Platinam, xxx. M. P. quæ ſtationem conficiunt. Platina verò diſtat à mari ſex ferè M.P. A Calatfiüi ad Alcamam,milliare occidẽtale cum dimidio. Ab Alcama ad Miregia, milliare vnum, versùs Septentrionem. Hinc ad caſtellum Alhama,milliare vnum Francicum. Verùm à Mazara ad caſtellum Ben-Mathcud Septentrionem inter & Orientem, xv. M. P. A caſtello Ben-Matchud ad Belgiam, iv. M.P. Orientem inter & Aquilonem. A Belgia ad diuerſorium Sandi, Orientem inter & Septentrionem,xv. M.P. A diuerſorio Sandi ad caſtellum Ben-Mathcud, vi. M. P. Item à diuerſorio Sandi ad tumulum [c] Alatmel, ix. M. P. Septentrionem inter & Occidentem. Et ab hóſpitio Sandi ad Caſtrum Mur,ix. M.P. A Caſtro Mur ad Betelári, vi. M. P. ad Orientem. Et non longè ab hoc fluit amnis [d] Alcáreb,qui ortum habet à ſeptentrionali parte arcis Corlionis,in monte ſeptentrionalem ipſius partem ambiente: tùm in orientálem eius plagam tendens, ac deindè ad occaſum ſe flectens,tranſit per latus occidentale diuerſorij Sandi, indéque percurrens montes ab Auſtro, alluit orientalẽ partẽ Belgiæ; tùm rectà in Meridiẽ fluens, poſtremò mari ſe immiſcet non procul ab Alaſnam. Spatiũ verò, quod amnis iſte conficit ſuo curſu ab origine ſua vſque ad locum vbi mari ſe miſcet, eſt L. M. P. Pręterea à Xacca ad Platinã,xvii. M.P. Atq; hanc flumen Platina alluit ab Oriẽte. A Platina itur ad Gardutam versùs Orientem: Et à Garduta ad Sotir, versùs Aquilonem; Et quidem Sotir, quod mon-

[a] *i. Mulieris.*
[b] *i. Idoli.*
[c] *i. Vidui.*
[d] *Garbo.*

montes ambiunt vndequaque, populoſum eſt ac benè cultum, & viatoribus p. rfrequens; Diſtat autem à Garduta ix. M. P. Ab hoſpitio Sotir ad caſtellum Cameratam anteà memoratum, xviii. M. P. Similiter à [a] Gargant ad [b] Almenſciar, Orientem inter & Septentrionem, xiii. M. P. A Caſtello Almenſciar ad [c] Alcqettà, versùs Meridiem, x. M. P. Ab Alcqettà ad Gargant, xii. M. P. versùs occaſum. Et ab Alcqettá ad Platinam, xx. M. P. ad Septentrionem. A Gargant ad Naro ad Orientem, xii. M. P. Totidemque à Naro ad Sauocam, versùs Orientem. Idemque ſpatium ab Alcqettà ad eandem, Orientem versùs. Eodem quoque modo ab Almenſciar ad Sauocam, xi. M. P. Meridiem inter & Orientem. A Sauoca ad [d] Calat-anneſa, inter Oriētem, & Septentrionem, xxi. M. P. Non longè ab iſta ad plagam orientalem decurrit flumen ſalſum. A Calat-anneſa ad caſtellum Ioani, xviii. M. P. Totidemque à caſtello Ioani ad Magecan, Septentrionem verſus. A Megecan ad caſtellum [e] xv. M. P. inter Auſtrum, & Orientem. Et à Magecan ad Sotir, versùs occaſum, xv. M. P. A Gargant ad Caracudi ad Orientē, cxviii. M. P. A Caracudi ad Naro, xxiv. M. P. A Naro ad Gargant, xii. M. P. Et ſimiliter à Naro ad Calat-anneſa, xxi. M. P. A Calat-anneſa ad Caracudi versùs Meridiem, xv. M. P. Inter Bothira, & Seliata ad Orientem paruo cum flexu ad Septentrionem, xii. M. P. A Lapide perforato ad caſtellum Ioani, xii. ferè M. P. Pariter quoque à Lapide perforato ad Seliatam, xxv. M. P. Et inter Lapidem perforatum, & Calat-ánneſa, inter occaſum, & Septentrionem, vii. M. P. Pari ratione inter Seliata, & [f] Calat-algionun, quæ vocatur etiam Calat-alchanzaria, x. M. P. Et inter Chanzariam, & Raguſam, xxv. M. P. Et inter prędictā Raguſam, & Xicli, xii. M. P. ad Oriētem. Inter Xicli & Modicam, viij. M. P. & inter Modicam arcem Abi-ſama, ad Septentrionē, xvi. M. P. Inter Abi-Sama, & Raguſam, xv. M. P. ad Meridiem. Inter arcem Abi-Sama, & Leontini, xxiv. M. P. Inter Leontini, & Vízini, xxv. M. P. ex parte occidentali, cum flexu ad meridiem, Similiter à Raguſa ad Vízini, xx. M. P. Et inter Seliata, & Vízini, xxv. M. P. Inter Abi-Sama, & Noto, xxx. M. P. Inter Noto & mare

[a] *Agrigentum.*
[b] *i. Serra, hodiè Falcarotta.*
[c] *i Scindes. Hodiè Siculiano.*
[d] *i. Arcem mulierum, hodiè Calatanixetta.*
[e] *Deeſt in origine.*
[f] *i. Arcem delirii.*

mare ex parte Melitæ, xx. M. P. Similiter inter Noto, & Pē-
targam, xix. M. P. Pentarga verò montibus Siracuſæ includitur, & flumen ipſius, quod nomen ab ea trahit, emanat ex arce Abi-ſama, vt præmonuimus. Inter Pentargam, & Siracuſam, ad Orientem, xix. M. P. & inter Pentargam, & Leontini, xii. M. P. aliquantùm ad Occidentem. Inter Leontini, & arcem Mineo, ad Occidentem, cum flexu ad Meridiem, xxiv. M. P. Inter Mineo, & Vizini, xiv. M. P. ad meridiem. A Mineo quoque ad arcem Chanzariam, x. M. P. ad Occidentem. Et à Mineo ad arcem [a] Alghar, iii. M. P. versùs Septentrionem. Inter Mineo quoque, & hoſpitium [b] Malgia-chalil, ix. M. P. Atque ex hoc egreditur flumen ipſius Mineo, quod Iucarit vocatur. Inter hoſpitiū Abi-chalil, & arcem Chanzariam, ix. M. P. ad Meridiem. & inter hoſpitium Chalil, & caſtellum Ioani, xxiv. M. P. Rurſus à Mineo, rectà verſus Orientem, ad Bochir, xviii. M. P. via montana. A Bochir ad Leontini, Septentrionem verſus, xx. M. P. Et à Bochir ad Abi-ſama, Meridiem verſùs, vii. M. P. A caſtello Ioani ad Plazam versùs Auſtrum, xx. M. P. A Plaza ad [c] Aiduli, ix. M. P. versùs Aquilonem. Et ex Aiduli egreditur flumen Rombolum, quod in Oriē-
tem excurrens, amni Iucarit præfato ſe immiſcet: quarè eodem alueo labentia, octauo poſt vtriuſque concurſum milliari, coniunguntur cum flumine Lúteo, cum quo ſimul currunt adeò vt parùm diſtent à mari, ac rurſus incidunt in amnem Moſis; atque ita hęc omnia in vnum redacta ſimul influūt in mare. Inter Aiduli, & caſtellum Ioani interſunt xv. M. P. occaſum inter, & Septentrionem. Similiter inter Aiduli, & Malgia-chalil, x. ferè M. P. A caſtello Ioani, versùs Aquilonem, ad [d] Taues, x. M. P. A Gudata ad Malgia-chalil, versùs meridiē, xiij, M. P. A Taues, Septentrionem versùs ad S. Filippum, indéque ad Centurip, xv. M. P. Ab Adrano ſecùs radices montis, ad Paterno, vi. M. P. Et ab hoc ad Anaſtaſiam, vii. M. P. Orientem inter, & meridiem. Diſſita eſt autem Anaſtaſia à mari xii. M. P. Inter eandem Anaſtaſiam, & Leontini, ad Meridiem, xix. M. P. Et inter Anaſtaſiam, & flumen Moſis, duo milliaria cum dimidio. Componitur autem flumen iſtud Moſis è

[a] *i. Lauri.*

[b] *i. Refugiū amici.*

[c] *Modò, Aiduni.*

[d] *Hodiè, Taui.*

quatuor fluuiis, quorum primus eſt amnis Cirami efflues è montibus Capizi. Secundus originem trahit è montibus, atque hortis eiuſdem. Verùm Cirami ſeparans ſe à duobus illis montibus ſpatio duorum milliarium cum dimidio. copulatur cum altero, ac tùm ſimul fluentes attingunt Cirami: diſtat autem Cirami à loco, vbi iunguntur duo prædicti amnes, vi. circiter M. P. Et Ciramo in Oriente relicto ad diſtantiam milliaris vnius, ad molendinas vſque percurrunt. Inter eum locum, in quem prædicta duo flumina concurrunt, & lapidem Sarlo, intercedunt viii. M. P. Atque hîc flumen Nicaſſin illi ſe iungit. Inter Nicaſſin autem, & Cirami intereſt milliare grandis mẽſuræ. Indè flumen hoc aliis conſtipatum deſcendens alluit loca media inter S. Philippum, & Gallianum, manente Galliano ad Orientem fluminis, in diſtantia milliaris cum dimidio: S. Philippo verò, ad Occidentem, in diſtantia ſemi milliaris. Tùm dilabitur fluuius prædictus ad [a] Antarnaſtéri, inter Adranum, & Centurip: manetque Adranum ab Oriente amnis, in diſtantia mille paſſuum: Centurip verò ab Occidente, in diſtantia mille quingentorum paſſuum: immiſcetque ſeſe prædicto flumini Moſis in loco iá dicto, nec non fluuio deſcendenti ex Trahino, & fluuio Falna, ac fluuio Antallæ. A Trahino ad concurſum prædictorum fluminum habentur viii. M. P. A Falna ad eundem concurſum fluuiorum, iv. M. P. Et ab Antalla ad eundem quoque locum vbi flumina coincidunt, v. M. P. Deinde hi fluuij in vnum redacti defluunt ad Iarettam, relictis Paterno, & S. Anaſtaſia ad Orientem. Inter Paterno, & fluuium intercedit ſpatium dimidij milliaris: & inter S. Anaſtaſiam, & flumen Moſis, ii. M.P. Porrò flumen Moſis coniungitur vnà cum flumine luteo, & flumine Rombolo, ac flumine Karit non longè à mari, ſeſeque demùm in mare inferunt.

[a] *Hodiè, Monaſtier.*

Verùm vt ad rem redeamus, dicimus à Nico ad Petranam eſſe ſpatium ix. M. P. A Patrana ad Sacaloniam, v. M. P. A Sacalonia ad arcem Abi-thor, verſùs Orientem, vi. M. P. Arx autem Abi-thor eſt caſtellum munitum populoſum, conſpicuum aruis ſpem non fallentibus, & frugibus

mi-

minimè incertis. Ab hoc ad Poles, Meridiem verſùs, v. M. P. A Poles ad Petraliam, verſùs Orientem, vi. M. P. A Petralia ad Megaram, viii. M. P. Ab hac ad caſtellum Spirlingam, x. M. P. ad Auſtrum. A Spirlinga ad Cameratam, xxiii. M. P. Et à Spirlinga etiam ad Nicaſſin, verſùs Orientem, xii. M. P. A Nicaſſin ad caſtellum Trahino, Septentrionem inter & Orientem, xii. M. P. A Trahino, verſùs plagam Orientalem, ad Cirami, viii. M.P. A Cirami ad Capizi, ix. M. P. ad Septentrionem. A Capizi ad Geraſe, xv. M. P. ad Occidentem. Inter Geraſe, & Petraliam, circiter x. M. P. Item à Geraſe ad Roccam Baſilij, verſùs Aquilonem, ix. M. P. A Rocca Baſilii ad [a] Alchemmar hoſpitium in vertice montis extructum, x. M. P. verſùs occaſum. Eodemque modo à Geraſe ad Alchemmar, xiii. M. P. Ab Alchemmar ad Poles, vi. M. P. Occidentem inter, & meridiem. Et ab Alchemmar ad Calat-aſſerat, ix. M.P. ad Occidentem. A Calat-aſſerat ad Cephalude mari vicinam, viii. M. P. Atque his interiacet caſtellum Cotiros. Et à Calat-aſſerat ad Therme maritimam, xv. M. P. verſus Occidentem, aliquo cùm flexu ad Septentrionem. Pariter quoque à Rocca Baſilii ad Tugham iàm memoratam, x. M.P. verſùs Aquilonem. Præterea ſermonem repetentes dicimus à Trahino, de quo anteà mentionem fecimus, ad Meniah, quæ & Gairan-addachic vocatur, eſſe xx M.P. Iacet autem Meniah in angulo ſeptentrionali montis, qui dicitur Mons ignis, ad diſtantiam quinque ferè milliarium. A Meniah ad Adranum (ſumitur autem via ſecus flumen Moſis) xx. M. P. A Meniah, Orientem verſus, ad [b] Dendah, x. M.P. Hinc ad Caſtlion, xx M. P. Et his interiacet caſtellum paruum quaſi hoſpitium, dictum Almad. Ab hoc ad oppidum Maſcalam ſitum in angulo montis maritimo: atque hinc ad [c] Tabormin ad mare appoſitum, vi. M. P. Et inter vtraque hęc loca decurrit amnis gelidus, qui ortum ducens à montibus quibuſdam excelſis in occidentali parte Meniah ſitis, in Orientem labitur abſque vllo flexu vſque ad mare. Occupat autem in longitudine alueus eius ab ortu ſuo vſque ad vltimum terminum, LXXX. M.P. A Dendah ad Montem Albanum xx. M. P. A Monte Albano ad Aalat, verſùs

[a] *i. Caupo.*

[b] *Randazzo*

[c] *Taormina*

Occidentem, x. M. P. Hinc ad eccleſiam S. Marci, vii. M. P. Occidentem inter & Septentrionem. A S. Marco ad Philadentum, v. M. P. A Philadento ad Caroniam, xiv. M. P. Hinc ad arcem [a] Alcaüáreb, quæ duobus milliaribus eſt à mari diſſita, ix. M. P. Ab arce Alcauáreb ad Portum Tughæ, vi. M. P. A Tugha ad Cephalude, xii. M. P. Item dicimus à Meſſina ad arcem Rometam haberi ix. M. P. Ab arce Rometa ad Mont-forti, iv. M. P. ad Occidentem. A Mont-forti ad Milaz, xv. M. P. versùs Aquilonem. A Mont-forti quoque ad Micos, versùs Meridiem, v. M. P. Sita eſt autem Micos inter Meſſinam, & Taurominum; at via quæ ducit ad ipſam eſt aſperrima. Prætereà à Lugari ad Bubalos, xv. M. P. Occidentem inter & Septentrionem. A Mont-forti ad Bubalos, xx. M. P. A Bubalos ad Almad, versùs Auſtrum, v. M. P. Et à Bubalos ad Montem Albanum xii. M. P. Et pariter à Monte Albano ad Almad, x. M. P. Atque hîc terminatur deſcriptio Siciliæ. Reſtat modò vt ſingulos eius Portus per milliaria atque ſtationes memoremus cum Dei auxilio. Itaque dicimus ab vrbe dicta Palermo ad Barcam haberi per flexuoſos maris ſinus, v. M. P. A Barca ad Portum luti, v. M. P. A Portu luti ad Galam, ii. M. P. Hinc ad Algeziram, iv. M. P. Ab hac ad Portum Cornis, vi. M. P. Ab hoc ad promontorium, quod eſt ſubter Hanes, iii. M. P. Inde ad Canaſem Hanes, iii. M. P. Ab hoc ad promontoriũ, quod illi, & Bertanin interiacet, iii. M. P. Indè ad litus quod eſt infra Bertanin, ſeſqui milliare. Ab hoc ad flumẽ Caſtel-nouo, v. M. P. Hinc ad flumen Almadáreg, quarta pars milliaris. Ab Almadáreg ad montẽ S. Petri, xii. M. P. Ab hoc ad Trapanũ, xxv. M. P. A Trapano ad Portũ Ali, xxv. M. P. A Portu Ali ad Promõtoriũ mediũ inter illũ & Mazarã, xii. M. P. A Mazara ad promõtoriũ [b] Albalat, indeq; ad fontes Abbas, vi. M. P. Ab his ad flumẽ Alcauareb vi. M. P. Ab Alcauáreb ad promontoriũ Aquilæ, vi. M. P. A Promõtorio Aquilę ad Xaccam, vi. M. P. A Xacca ad flumẽ Albũ, viii. M. P. A flumine Albo ad promontoriũ fluminis, nẽpè fluminis Platinæ, ix. M. P. A promontorio fluminis ad Tarſet-Abad, ix. M. P. A Tarſet-Abad ad [c] Ochtain, ix. M. P. Ab Och... ad Gargant, ix. M. P. A Gargãt ad-

a i. Cymbarum.

b i. Laminarum lapidearum.

c i. Duas ſorores.

ad flumen Arracúhi, iii. M.P. A flumine Arracúhi ad Lapidem Ebn-alfetni, ix. M. P. A Lapide Ebn-alfetni ad Beſranam, xviii. M. P. A Beſrana ad Salinam, iii. M. P. A Salina ad Olempiadam, iii. M.P. Ab Olempiada ad flumen Salſum, mille paſſus. A flumine Salſo ad Portum Aſſoluc, viii. M. P. Ab hoc ad Portum Bothiram, viii. M.P. Hinc ad flumen Aſſaúari, xii. M.P. A flumine Aſſauari ad amnem Græcum, xii. M. P. Ab hoc ad inſulam columbarum, xii. M.P. Indè ad Kerni, vii. M. P. Et hinc ad fluuium Raguſæ, xii. M. P. A fluuio Raguſæ ad Giarf-atteſi, iv. M. P. Ab hoc ad Portum Xicli, iv. M. P. Ab hoc ad lacum Sarſur, ii. M. P. Hinc ad Portum [a] Aldar, iv. M. P. Ab hoc ad Portum Arboris, mille paſſus. A Portu Arboris ad inſulam [b] Kerrath, iii. M. P. Hinc ad portum Albaualez., iii. M. P. Ab hoc ad inſulam German, viii. M. P. Ab inſula German ad vineam Rombuh, iii. M. P. Deinde ad vadum Máſeno, iii. M. P. A vado Máſeno ad aditum [c] Alcasà, vi. M. P. Ab aditu Alcasà ad Portum columbarum, vi. M. P. A portu columbarum ad aditũ Ebn-dhachi, vi. M.P. Hinc ad Leocatam, vi. M. P. Inde ad flumen Caſtellara, xii. M. P. Ad Portum Alhodac, vi. M. P. Ad Anchinam, vi. M. P. Ad promontorium [d] Chanzir, viii. M. P. Ad Siracuſam, vi. M. P. Deinde ad canalem [e] Algharic, vi. M. P. Ad inſulam [f] Meſmar, iv. M. P. Tùm ad Acſiſo, iv. M. P. Ad promontorium Aſſalibæ, vi. M. P. Ad flumen [g] Zaitun, vi. M. P. Ad [h] Alrocn, vi. M. P. Ad flumen Leontini, iii. M. P. Ad flumen Moſis, iii. M. P. Ad Betanam, vi. M. P. Ad Anchinam, iii. M. P. Ad inſulas Lebag, iii. M. P. Ad S. Secli, vi. M. P. Ad fontem arundinum, iii. M. P. Ad vadum Máſcalæ, iii. M.P. Ad flumen gelidum, ix. M. P. Ad [i] Alfoſus, iii. M. P. Ad Ambaſſi, v. M. P. Ad [k] Dárage, x. M. P. Ad S. Aſtabin, v. M. P. Ad Abaſſam, vi. M. P. Ad Dárage medium, vi. M. P. ad fontem Alſoltan, mille paſſus. Ad Dárage paruum, ii. M. P. Ad lapidem Abi-chalife, iii. M. P. Ad S. Aſtabin, iii. M. P. A S. Aſtabin ad tres Eccleſias, vii. M. P. Ad Meſſinam, vi. M. P. Ad Faro, xii. M. P. Ad flumen Obud, xii. M. P. Ad Milazzo, xii. M. P. Ad Promontorium, vi. M. P. A Promontorio per flexuoſos litoris ſinus ad [illegible]ri, xxv. M. P. Ad Pro-

a *i. Domus.*
b *i. Porrorũ.*
c *i. Peluium*
d *i. Porci.*
e *i. Submerſionis.*
f *i. claui.*
g *i. Oliuarũ*
h *i. Angulũ.*
i *i. Gẽmas anulorum.*
k *i. Gradum*

montorium Dandari, iii. M. P. Ad Pactes, per flexus litoris, iv. M. P. Ad Promontorium Hali, ii. M. P. Ad Portum Daliæ, iv. M. P. Ad Cefaludem paruam, iii. M. P. Ad Safram, indeque ad Alcomáram, xxvi. M. P. Ad Caroniam, xii. M. P. Ad arcem Alcauáreb, vi. M. P. Ad Tugham, vi. M. P. Ad Promontorium [a] Alcalb, iv. M. P. Ab hoc, procedendo per ſinus, flexuſque, ad Ceſalude, viii. M. P. Ad lapidem Omar, ii. M. P. Ad Promontoriũ vltimũ, iv. M. P. Ad [b] Aſſachra, vi. M. P. Ad amnem Saüádi, iii. M. P. Ad Therme, vi. M. P. Ad Terbiaam, iii. M. P. Ad Sebram, iii. M. P. Ad oppidum Tſir, vi. M. P. Ad flumen Alamir, per flexuoſos ſinus, ii. M. P. Ad vrbem deniquè, vi. M. P. Hactenùs de hac Parte, vt par eſt, egimus. Eſt autem inſula Sicilia figuræ triangularis: Et latus eius Orientale, quod eſt ab vrbe Meſſina vſque ad inſulam Léporis, extenditur ſpatio cc. M. P. Ab inſula Lèporis ad Trapanum, ſpatio ccl. M. P. atque hoc eſt latus meridionale. Tertium latus, quod eſt à Trapano ad Geraſe, tùm demùm ad Faro, ccl. M. P.

[a] *i. Canis.*
[b] *i. Petram.*

# TERTIA PARS

## *Climatis Quarti.*

HÆc tertia quarti Climatis pars amplectitur ſub ſe portionem maris Damaſceni, in quo iſtæ habentur inſulæ: Corſos, Leocàta, [c] Thanũ, Ceſalonia, & inſula Chachet. Sub hac etiam Parte continentur varia loca maritima, & mediterranea, vt S. Euſemia, Troſemia, Maſſa بوحس Geragi, Martes, Gallipoli, Caſtro, Hydruntum, Brondiſium, Leſci, Laualóna, Tarantum, [d] Gemmara, Paſchiu, Nempadoſa, Adrianopoli, & بالم Expedit igitur nobis ſingulas iſtas quas cenſuimus, regiones cum finibus ſuis memorare, Deo fauente.

[c] *Fortè Fanu*
[d] *i. Corinthus.*

Quapropter dicimus maris huiuſce in præſenti Parte propoſiti latitudinem ab Occidente, eſſe ſex grandium curſuum,

ſuum, videlicet à Regio rectà ad Capes. Regio autem vrbs eſt in regione Calabriæ ſita ad oras freti, quod traijcitur ad Siciliam. Diſtatq; Regio ab vrbe Meſſina, quæ eſt in inſula Sicilia, vij. M. P. (Tanta enim eſt latitudo freti inter vtramque vrbem) atque hæc ſita eſt in faucibus maris ab orientali latere freti. Ab vrbe Regio per oras maritimas procedendo ad Promontorium [a] Falamæ, xi. M. P. Ab hoc ad Patharam. iij. M. P. Hinc ad Catalam mediterraneam, iij. M. P. Et à Pathara ad flumen Mellis, vj. M. P. A flumine Mellis ad oppidum Table, vi. M. P. A Table ad Promontorium [b] Haſira, xij. M. P. A Promontorio Haſira ad Petraconam fluuiũ decurrentẽ, iij. M. P. Ab hoc ad Barnaſam, vi. M. P. A Barnaſa ad amnẽ Geragi, cui adiacet vrbs Geragi, xij. M. P. Ab amne Geragi ad amnem Alanæ effluentem ex Aſtopolu, xxiv. M. P. Ab Alana ad flumen Negelanam, in quo ſunt molendinæ, xij. M. P. Ab hoc ad fluuium Aſegelaſam nauigerũ, xvj. M. P. Et ab hoc ad flumen Tagenu, xij. M. P. Hinc ad amnem Salmoiæ, xii. M. P. A Salmoia ad Auſelam inſulam venuſtam: & ab hac ad Port Mariæ Portũ magnũ quidem, ſed prominentibus intrà mare ſcopulis obnoxiũ, vi. M. P. A Port Mariæ ad Aplumiat aſſauâri, priſtini ædificij, vi. M. P. Hinc ad vrbem Cotronæ Portus, & à Cotrona ad Portum fluminis Santerini tribus vẽtis minimè ſubiectum, xii. M. P. Ab hoc ad Promontorium Bage, xxiv. M. P. A Bage ad Templum ſuper Caput Abramiæ extructum, xii. M. P. Inde ad Ruſianam, xx. M. P. A Ruſiana ad [c] Vadil-chebir, xii. M. P. A Vadil-chebir ad S. Ruſit, xii. M. P. Hinc ad lapidem Socn, qui terminum conſtituebat inter Francos, & Longobardos, xii. M. P. Ab hoc lapide ad flumen Sacte nauigerum, & ſoluendis nauibus oportunum, vi. M. P. Ab hoc flumine ad amnem [d] Bratane, xxiv. M. P. Ab amne Bratane ad fluuium Agri, vi. M. P. Ab hoc ad flumen Almugez, xviii. M. P. Et hinc ad flumen tortuoſum, vi. M. P. Ab hoc ad flumen molendinarum Tarenti, vi. M. P.

In occidẽtali parte vrbis huiuſce, Portus conſpicitur mari [e] viuo irriguus, in orientali verò parte eiuſdem vrbis, pauliſper ad Septentrionem, ſtagnum quod ambitu ſuo à Ponte

[a] *Lat: Pelorum.*

[b] *i. Fouea.*

[c] *i. Flumen magnum.*

[d] *bradani.*

[e] *Viuum appellat, vt diſtinguat à mortuis aquis ſtagni.*

te vſque ad portam vrbis, explet xij. M. P. Is autem pons, qui viuum mare à ſtagno diuidit, habet in longitudine, trecentos cubitos, incipiendo ex ea parte, quæ Tarenti portam attingit ex aduerſo Meridiei, vſque ad continentem: in latitudine verò, xv. cubitos, Et in hoc ponte ſpiramenta cernuntur aquam è mari in ſtagnum, & ex hoc iterum in mare fundentia quotidiè, bis ſcilicet noctù, ac bis in die. In prædictum ſtagnum tres influunt amnes, eiuſque profundum eſt alicubi triginta alibi quindecim, aut decem ſtaturarum. Prædictam igitur vrbem mare viuum, & lacus ambiunt vndequaque, præterquàm ab vna parte, nempè illa, quæ Septentrionem reſpicit. Ab vrbe Tarento, versùs Orientem, ad Aſtura fluuium, in quo naues portum capiunt, xii. M. P. Ab hoc ad flumen Acloia, iii. M. P. Hinc ad Cetolicam, vbi fons reperitur, xii. M. P. Ab hoc ad Portum Megelud magnum, & ab omni vento ſecurum, nec non ciſternis ac puteis vallatum, xii. M. P. Hinc ad Portum exiguum Noderos, quæ & Nardos dicitur, iii. M. P. eſt autem Noderos hæc diſſita à mari, iv. M. P. Ab eo Portu ad Trage Portum venuſtum, & aqua ſuaui abundantem, xii. M. P. A Trage ad Gallipoli, vi. M. P. Hinc ad Anbana Portum fonte dulcis aquæ ſcatentem, xv. M. P. Ab hoc ad Leucam Promontorium in mare procurrens, xv. M. P. Et in hoc etiam Portu duo extant fontes aquę dulcis. Hinc ad Caſtro vrbem exiguam in litore maris ſitā, x. M. P. Ab hac ad vrbem Rezt-mert, flectēdo per mediterraneū, xii. M. P. Ab hac ad Salit, iii. M. P. Hinc ad vrbē [b] Leg,
b Leſci. xxvi. M. P. Ab hac ad vrbē Otrantū, xx. M. P. huius autē muros circūdat mare trib⁹ è lateribus, vnica ſeptētrionali parte continentē attingente: flumē habet à Septētrione defluens, quod iuxtà portas ipſius tranſiens pergit per continentem
c Brunduſiū Venetorū vſque ad vrbem [c] Brantes, quæ & Brandes dict
d Nempè Lõgobardi. reperitur, eamque alluit; inter hanc verò, & Otrantum intercedit ſpatium XL. M. P. Ciues Brunduſii ſunt [d] Ancobardi: eratque anteà hæc vrbs ſub ditione Domini Conſtanſtinopolis. Cæterùm vrbs Otrantum iacet in principio freti, quod eſt inter mare Damaſcenum, & mare Venetorum, ex parte Occidentali. Ab hac per mare ad vrbem Adraſet

draſet propè mare ſitam ab orientali latere eiuſdem freti, LXX. M.P. Ab Adraſet ad vrbem Laualona ad mare Damaſcenum appoſitam, CXXV. M. P. flexus legendo ſinuoſos. A Laualona ad Gemmaram, quæ Grçcè vocatur Corinthus, C. M. P. comprehendendo gyrum Promontorii. Ab hac ad Tarentum, XL. M. P. A Tarento litora legendo ad vrbem Paſchiu, XL. M. P. habetque hæc ab orientali latere ſinum paruum quaſi brachium, quem naues per anguſtum oſtium ingrediuntur. A Paſchio ad vrbem Nempadoſam, XXX. M. P. rectà verò, XX. Ab hac ad Nopachto, CL. M. P. Propè Gemmaram, ad XXX. M. P. extat in mari inſula Thanu pulchra, diues Portu atque lignetis. Sequitur poſt hanc inſulam ab occaſu cùm flexu ad Meridiem [a] Corfos inſula magna habens in longitudine C. M. P. in qua eſt vrbs populoſa. Inter inſulam Corfos, & inſulam Thanu intereſt ſpatium XXX. M. P. Et inter Corfos, & vrbem Otrantum prçdictam, XC. M. P. nempè vnius curſus interuallum. Eodemque modo à Corfos ad Laualona, curſus habetur ſpatium. De numero inſularum, quæ his in plagis exiſtunt, eſt Cefalonia, ab orientali parte Corfos iacens: Occupat autem Cefalonia circuitu ſuo CC. M. P. eſt culta, & vrbs in ea conſpicitur. A Cefalonia ad inſulam Chachet L. M. P. Et hæc inſula eſt populoſa, habetque in circuitu LXXX. M. P. A Cefalonia, versùs ſeptentrionem ad inſulam Leocatam, XL. M. P. Atque hçc inſula eſt figuræ triangularis, & quodlibet ex eius lateribus occupat in longitudine XX. M. P. Itaque abſoluta deſcriptione iſtius Partis, & regionum quæ ſub ipſa continentur, gratias Deo agimus quam plurimas.

[a] i. Corſica

# *QVARTA PARS*
## *Climatis Quarti.*

ISta pars quarta Climatis quarti continet portionem maris Damaſceni, & in ea permultas inſulas Romaniæ, nec non Peloponneſium peninſulam, quam circumdat mare ſpatio mille milliarium, è qua nullus conceditur ad continentem exeundi locus, niſi per anguſtum aditum latitudinis vj. M. P. Imò quidam è Cæſaribus Romanis toto illo ſex milliariorum ſpatio longum obduxit murum. In hac eiuſdem maris portione comprehẽditur etiam inſula [a] Acraites, quæ ſanè cenſetur inter maximas Damaſceni maris inſulas. Præterea continentur inſulæ paruæ viginti octo, ſi tàm populoſas, quam quæ in obſcuro ſunt numeremus, licet maiore ex parte ſint populoſæ. De his igitur, earumque conditionibus diſtinctam, annuente Deo, narrationem inſtituimus.

[a] *Creta.*

Quarè dicimus ab vrbe Nempadoſa ad vrbem Nopachto haberi, vt præmonuimus, CL. M. P. Quòd ſi maritimas libuerit oras legere, habes à Nempadoſa ad flumen ſalſum vi. M. P. A flumine Salſo ad flumen Dulce (eſt autem, hoc, Portus magnus) xxiv. M. P. Ab hoc ad Leocatam Portum quoque magnum, xii. M. P. Hinc ad Almiram Turrim extructam propè anguſtas cuiuſdam Portus fauces, quę vocantur fauces [b] Alſabbághin, iii. M. P. Et verò mare iſto in loco arctatur adeò, vt poſſit quis alterum litus penè integrum clarè deprehendere; ſed poſtmodùm à tergo fauciũ panditur ſinus atque extenditur vſque ad os Peninſulæ Peloponneſii. Vrbs ergo Nopachto ſita eſt in huiuſce ſinus litore, ex plaga ſeptentrionali, ſub quodam monte: quam intrà Peloponneſium reſpicit vrbs Corinthus, paululum ad Orientem; diſtantque abinuicem, linea recta, XXXV. M. P. Septuageſimo quinto milliario à Nopachto cernitur in litore Continentis maioris, non procul à ſinu prædicto,

[b] *i. Tinctorum.*

vrbs

vrbs Aſtippa, quæ aliis Aſtipes, & Aſtiſes dicitur. Ab Aſtiſes ad vrbem Corinthum de terra Peninſulę Peloponneſii, per ſinuoſos litorum flexus, LXXXX. M. P. Eſtque Aſtipes regio ſeiuncta à mari ſpatio ſex M. P. Verùm vrbs Corinthus magna eſt atque populoſa, iuxtà mare ſita non longè à freto, à quo diſtat xxx. M. P.

Itaque Peninſulæ Peloponneſij circuitus vti prædiximus, eſt mille milliarium: & anguſtum os, quod eam cum terra coniungit, & per quod patet aditus ad ipſam, habet in latitudine vi. M. P. Et quidem nauiculæ paruę litus Alſabbághin penetrantes vſque ad extremum ſinum, rectam eligunt breuioremque viam terreſtrem ſex milliariorum vſq; ad alterum litus maris; atque hoc fit ab iis, qui breuitati ſtudent, ac celeritati. Verùm naues magnæ, quoniã id præſtare nequeunt, luſtrare coguntur peninſulam ſpatio mille milliarium vt tandem ad ipſius peninſulæ os perueniant: nec poſſunt vllo pacto grandia nauigia incommodum iſtud effugere. Peninſula hæc, populoſa eſt, continetque vrbes quinquaginta circiter, inter quas primariæ, maiores, celebrioreſque ſunt ferè ſexdecim: continet etiam oppida populoſa: & eſt errantibus aquis irrigua, ac ſalicibus abundans. Regionum autem in parte Peninſulę interiore iacentium prima eſt vrbs Corinthus, de qua mentionem iàm fecimus. Ab vrbe Corintho ad Poras habentur xxv. M. P. A Poras ad Athenas, xxviii. M. P. Inde ad portum [a] Nagia XL. M. P. & Portus iſte amplus eſt, eique impendet caſtrũ munitum. Ab hoc ad Panazam Promontorium, in quo templũ cum vrbe ſitum eſt, xxviii. M. P. A Panaza ad caſtellũ Arbet-eblanæ, vbi parui cuiuſdã fluminis oſtium cõſpicitur, xii. M. P. Ab Arbet-eblanæ ad caſtellũ Bondocamales, vbi eſt Caput Aſtelara, vi. M. P. A Bondocamales ad vrbem Arcadiam, ç. M. P. Arcadia verò eſt vrbs benè culta, & grandis, & ex ea naues aliæ vela faciunt, aliæ portum in ipſa capiunt. Ab Arcadia ad Aprodam portum ingentem, xxx. M. P. Ab Aproda ad vrbẽ Sonie munitam arce mare proſpectante, xxx. M. P. A Sonie ad Portũ Name, xii. M. P. Ab hoc ad vrbem Coronia xxviii. M. P. Ab vrbe Coronia ad vrbem Mathiam grandem, & cultam, xx. M. P. A

[a] *Hodiè Egina.*

Mathia ad vrbem Malea mari adiacentem, xxiv. M. P. A Malea Promontorio in mare prominente incipit mare flecti in Septentrionem, ab eoque deprehenditur inſula Creta, quam ab eodem Promontorio ſinus diuidit LX. M. P. latitudine protenſus, petentibus Romaniam indeque remeantibus neceſſariò transfretandus. A Malea ad vrbem Lacedœmonem, LVI. M. P. Lacedœmon autem eſt vrbs magna, & culta, VI. M. P. à mari diſſita. A Lacedæmone ad vrbem Maluaſiam, xc. M. P. Habet hęc ciuitas Caſtrum mari imminens, altum valdè, è quo proſpicitur inſula Cretenſis diſtans ab eadem iſta vrbe LXX. vel vt alij volunt, LX. M. P. A Maluaſia ad portum [a] Gethuriæ xxx. M. P. eſt autē Gethuria regio remota à mari ſpatio octo ferè milliarium. Hinc ad vrbem Argo mari adiacentem, LXX. M. P. Et quidem Argo, regio eſt conſpicua, & plaga pulcherrima. Ab hac ad vrbem Neapolim, xc. M. P. Hinc ad vrbem [b] Hegeriam, xc. M. P. Atque hæc vrbs eſt ſpecioſa, ſita in arenoſa planitie in ſummitate Promontorii, quod L. M. P. circiter in mare procurrit, habens in latitudine xxv. M. P. eaque non multùm diſtat à caſtello Aſcalæ. Ab Hegeria ad vrbem Nempadoſam, rectà tendendo, cxxxv. M. P. Inter vrbem Nempadoſam, & Promontorium Aſcale habentur L. M. P. Promontorium verò Aſcale protenditur in mare, & mons in illo iacens penetrat terram Peloponneſij ſpatio c. M. P. A Promontorio Aſcale ad Maluaſiam CCLXXX. M. P. Ab anguſtis faucibus Peninſulæ ad Nempadoſam XLV. M. P. Vrbes in prædicta Peninſula hactenùs numeratæ, ſunt omnes primariæ celebreſquè, in quibus frequentes, & continuæ exercentur mercaturæ. Caſtella verò, & oppida continet quamplurima: nauiculas habent onerarias. Nec alius patet eis ad continentem aditus præter ſpatium illud ſex millium paſſuum, vt ſuprà retulimus.

A peninſula Peloponneſio ad inſulam Cretam habentur LXXX. M. P. Inſula Creta culta eſt, ac valdè fertilis, & populoſis vrbibus conſpicua; longa eſt ac lata, atque eius longitudo porrigitur ab ortu ad occaſum (nempè à Capite [c] gladii vſque ad alterum Caput quod Orientem reſpicit) ſpatio CCCL. M. P. Eandemque habet ab oppoſito latere longitu

[a] *Hodiè Centri.*

[b] *Hegira.*

[c] *Capo ſpada.*

gitudinem. Latitudo Capitis gladij eſt c. M.P. atque eadem eſt alteri⁹ Capitis latitudo. Similiter à Capite gladij ad Promontorium Thini habetur ſpatiũ trium curſuum, vel vt alij dicũt, duorum curſuum cum dimidio. Itaque inſula Creta magna eſt, vt prędiximus, continetque vrbem [a] Rabdh-alchandac, & vrbem [b] Rabdh-algiobn: & in ipſa reperitur fodina auri. Atque in longitudine, quam ab Occidente monuimus in Orientem protendi, habet duodecim dies: ſex in latitudine. Inter vltimas oras orientales inſulæ Cretæ, & inſulam Cyprum intereſt ſpatium quatuor curſuum.

*a i. Clauſtrum canalis.*
*b i. Clauſtrum caſei.*

Prætereà de numero inſularum Romaniæ ſub iſta Parte comprehenſarum, eſt inſula Barnabla deſerta, quæ à Capite Milazi diſtat [c] Terra Peloponneſij iacet ad latus eius occidentale, inſula Milo ad orientale. Diſtat autem inſula Milo ab inſula Polino ad Orientem (quæ quidem culta eſt) iv. M.P. Ab inſula Polino ad inſulam Policantro populoſam, vj. M. P. versùs Orientem. Ab inſula Policãtro ad Pano, x. M.P. eſt autem Pano inſula culta, ac fertilis, habetq; duos Portus. Propè hanc, ad plagã orientalem, iacet inſula Aſtipalia xx. M.P. diſſita; habetque Aſtipalia in circuitu xii. M.P. Ab Aſtipalia ad S. Rini, xxiv. M.P. Ab hac ad Caput Cretæ ſeptentrionale, L. M. P. Itẽ à peninſula Pelopõneſio, à Capite videlicet Aſcalfa, Meridiẽ inter & Oriẽtem procedẽdo ſpatio c. M.P. inuenitur inſula Aſchilo. Ab Aſchiro ad inſulam Abzaram deſertam, L. M. P. Orientem versùs. Ab Abzara ad inſulam Pano, xcv. M. P. Ab inſula Pano ad inſulam Samo, xxxv. M. P. In hac autem inſula colligitur gummi Maſtices magna copia, indéque in partes diſpenſatur vniuerſas. Ab inſula Samo ad peninſulam Laro, versùs plagam ſeptentrionalem, xxx. M.P. Pariter quoque ab inſula Peloponneſii, quæ vocatur Aſcalfa ad inſulam Andri, xii. M.P. ad Orientem. Ab hac ad inſulam Delo, Orientem versùs, xii. M. P. Ab hac etiam ad inſulam Nicoſiam, Septentrionem versùs, xxx. M. P. Hinc ad inſulam Calamo cultam, ſpecioſam, & pulchro Portu inſignitam, iv. M.P. Ab hac, versùs Occaſum, ad inſulam Caua, in qua locus datur ſoluendis nauibus, xx. M. P. Ab hac Orientem versùs, ad inſulam Teſala in qua habetur

*c Omiſſum in orig.*

Portus omni vento tranquillus, xxiv. M. P. Inter hanc inſulam Teſala, & inſulam Rhodum intercedit ſpatium c. M.P. Rhodus autem reſpicit in terra Continentem Mocra. A Rhodo ad [a] Megiros habetur ſpatium trium curſuum, hoc eſt ccc. M. P.

*a Fortè ſcyros.*

# QVINTA PARS
## *Climatis Quarti.*

SVb iſta quarti Climatis parte quinta comprehenditur quinta portio maris Damaſceni cum inſulis Rhodo, & Cypro, ac nonnullis tàm Græcorum, quam Moſlemannorum regionibus ad litus ſeptentrionale appoſitis. Hic etiã propè initium maris Damaſceni conſpiciuntur de regionibus [b] Damaſcenis Antarſus, [c] Alladhechia, [d] Antachia, [e] Maſſiſa, Adhana, Ain-zarba, Tarſus, Carſus, Hamarnas, Antalia vetus, Antalia recens, Patera, Maira, Giun-almocra, & caſtellum-Aſrubale. Regiones autem Damaſcenæ mediterraneæ ibidem contentæ, ſunt, Famia, caſtellum-Salamia, Cqennaſerin, Caſtel, [f] Haleb, Retsáfa, Racca, Ráfeca, Bageruan, Algeſer, Manbeg, Maraaſe, Sarug, Harran, [g] Alraha, Hadeth, Samoſat, Malá[illegible], caſtellum Manſur, Zábtara, Gerſun, Allaban, Bedandur, Corra, & Tuleb.

*b Nempè ſyriacis, nàm Damaſcus ponitur apud Arabes pro Syria.*
*c Laodicea.*
*d Antiochia.*
*e Mopſueſtia.*
*f Aleppus.*
*g Niſibi.*

Itaque cùm omnium iſtarum regionum narrationem indicare oporteat, dicimus inſulam Cyprum latiſſimè patere, ſpatio videlicet ſexdecim dierum: oppidis eſſe inſtructam, diuitem Chalcanto, quod & nomen ab ea deſumit. Vrbes autem in illa tres continentur, nimirum Nemſun vrbs in meridionali parte inſulæ poſita; Deinde [h] Leſcoſia, medium in inſula locum occupans; Demùm vrbs Kornabia. Inter inſulam Cyprum, & vrbem Tripolim Syriæ interuenit ſpatium duorum curſuum. Et inter eandem Cyprum, & [i] Giábala, ſpatium vnius curſus, ac ſemis. Ab orientali parte huius inſulæ habet initium mare Syriacum: Et vbi

*h Epiſcopia.*
*i Gibeletto.*

vbi hoc terminatur mari Damaſceno, extant illic propè litus eius quædam prædictarum regionum, ſcilicet Antarſus in oris maritimis extructa, quæ quãuis modica ſit, vicos tamen habet frequentes, merceſque continuas. Ab hac ad caſtellum a Almarcqab ſitum in monte vndique inacceſſo, habetur ſpatium viii. M.P. A caſtello Almarcqab ad vrbem Bálinas, viii. M.P. eſt autem diſſita Bálinas à mari iiii. M. P. A Bálinas ad vrbem Giábala ad mare appoſitam, x. M. P. Ab hac ad Ladhechia, x. M. P. Iacet hæc propè mare, habetque Portum venuſtum, nauibus atque cymbis eò confluentibus opportunum. A Ladhechia ad caſtellum Herbade, xviii. M. P. Ab Herbade ad caſtellum Soüaidie xv. M. P. Souaidia mari adiacet, eſtque Portus Antachię; diſtat autē Antachia à mari xii. M. P. Iuxtà Soüaidiam exonerat ſe flumē Antachiæ dictū b Alaatſi: & Soüaidia flumini adiacet eidē, quod mutato nomine vocatur ibi Alarbat, cuius origo prouenit è terra Damaſci, eo ex loco vbi cum itinere coincidit via, quæ ducit ad Alboraid, & inde excurrens per Hemts, poſteà vrbes Hama, & Saizar attingens, alluit meridionalem partem Antachiæ, tùm in Meridiem deflectens, perque eandem plagam excurrens, demùm immiſcet ſe mari Mediterraneo à meridionali parte Soüaidiæ. A Soüaidia ad montem c Ras-alchanzir habentur xx. M. P. Et ſuper hunc montem ingens extructum eſt monaſterium. atque idem mons [illegible] Armeniæ, ac terminum Syriæ. Ab iſto caſtello ad caſtellū Roſos iuxtà flumen quoddam ſub Ras-alchanzir æquè poſitum, x. M. P. A caſtello Roſos ad caſtrum d Altebnàt, xv. M. P. Ab hoc ad caſtrum e Almathcab, viii. M.P. Hinc ad peninſulam Alnatſa, x. M. P. Ab hac ad caſtellum f Almolauan, xv. M. P. Inde ad Carcas, xxv. M. P. Ab hoc ad Corcos, xiii. M. P. atque ab iſto caſtro deprehenduntur margines inſulæ Cypri.

*a i. Specula.*
*b i. Rebelle.*
*c i. Caput porci.*
*d i. Feſtucarum.*
*e i. Terebrã.*
*f i. Coloratum.*

Vt autem cepta reſumamus, dicimus ab vrbe Antachia ad Adhana, Septentrionem versùs, haberi ſpatium trium ſtationum. Rurſus ab Antachia ad g Scandarónam Caſtellum in oris maritimis poſitum, XLV. M. P. A Scandaróna ad Cabas, modica ſtatio. A Cabas ad Maſſiſam, ſtatio: ita vt à Scandaróna ad Maſſiſam ſit interuallum XL. M. P. Maſſiſa

*g Europæis Alexãdretta.*

Græcè

Græcè dicitur Mameſtera; eſtque hæc duas in vrbes diuiſa poſitas in ambabus ripis fluminis [a] Gihan. Amnis verò Gihan trahit originem ſuam de terra Romæorum, & Maſſiſam primò alluens, deindè territorium caſtri Almolauan, poſtremò exonerat ſeſe in mare Mediterraneum. Eſt autem diſſita Maſſiſſa à mari xii. M. P. Inter Maſſiſam, & Ainzarba ſitam ab occidentali ripa fluminis Sihan, quod magnitudine inferius eſt amne Gihan, ſtationis habetur interuallum. Ab Ain-zarba ad Antachiam, ſtationes duæ. Ab Adhana ad Tarſum, Aquilonem versùs, ſtatio. Idem dicendū de caſtello Arlas, quod eſt Portus ipſius. Ab Arlas ad Seleuciam, iter bidui. A Seleucia ad Antaliam, iiii. M. P. Hinc ad inſulas Sadduniat, dieta vna, ſeu Liii. M. P. itinere maritimo: ſunt autem eæ inſulæ duæ, x. M. P. à Continente diſſitæ. Ab inſulis Sadduniat pergendum ad ſinum Alfalica, cuius longitudo eſt xx. M. P. Et in huiuſce ſinus extremitate influit in mare magnus quidam amnis, cui adiacet Caſtellum Tſarſar. Ab extremo ſinu Alfalica ad Mairam, xxx. M. P. Indeque naues ingrediuntur inter duos montes Alcaicab dictos, habentes in longitudine xxi. M. P. Ab his ad vrbem Patera iuxtà mare ſitam, xx. M. P. Ab hac ad extremitatem Continentis Almocra, quæ reſpicit inſulam Rhodos, cc. M. P. per ſinuoſos flexus, at rectà tranſeundo, LXX. M. P. Ab extremitate Continentis Almocra ad vrbē Aſtrubale, L. M. P. itinere maritimo. Ab hac ad Tamaſanſon poſitam in cacumine montis mari ſuperēminentis, cxx. M. P. Hinc ad Sam, L. M. P. A Sam ad monaſterium Surēt, L. M. P. Ab hoc ad Portum Boſt, xij. M. P. Inde ad Matteſe, cxx. M. P. Ab iſta Continente ad oſtium Ande, anguſtum videlicet illud fretum, c. M. P. Ab hoc ad [b] Conſtantiniam, ſpatium trium curſuum.

Via, quæ ducit ab Antachia ad Raccam, per Haleb capiēda eſt; Nàm ab Antachia ad Cqennaſerin habentur XL. M. P. (hæc verò ſita eſt propè flumen Coüai:, quod cum ſit fluuius Haleb, peruenit excurrens aduſque Cqennáſerin, ac poſteà in lacum ſe mergit) A Cqennaſerin ad Haleb, cuius alluit portas flumen Coüaic, xx. M. P. Ab Haleb autē duplex patet iter ad Raccam: Et vnum quidem eſt ab Haleb

[a] *Gehon.*

[b] *Conſtantinopolim.*

leb ad Naúria, deinde ad Choſciaf, tùm ad Bales, inde ad Dauſer, demùm ad Raccam, quæ medium vt prædiximus, obtinet locum in Daiar-Motdhar. Vocatur iſta Græcè Balánicos, continetque ſub ſe vrbes Bageruan, Harran, Roha, Sarug, Samoſat, a Ras-ain, b Caſar-tutha, c Tal-Mauran, Alráui, Niſibin, Aderma, & Retſáfa. Itaque via, qua itur à Racca ad Retſáfa, protenditur ſpatio xxiv. M. P. A Retsáfa ad Marágha, xxiv. M. P. A Marágha ad Caſtel, xxxvi. M. P. Tùm ad Salamiam, xxx. M. P. A Salamia ad Hemts, interuallum ſtationis, nempè xxiv. M. P.

*a i. Caput fontis.* *b i. Fagus arboris mori.* *c i. Collis.*

Aſſerimus prætereà in hac propoſita Parte contineri fluuium Eufratem celeberrimum, qui adſcribitur in numerum ſex fluminum maximorum; ea verò ſunt Nilus, d Dágele, e Eufrates, Mehran-Sindiæ, f Hanges Indię, Baghanun in Sin, & Gihon in Choraſan. Egreditur autem fluuius Eufrates ex intima terra Romæorum non procul à Cazala, è mõtibus quibuſdam proximis Cali-cala: tùm tranſiens per regiones Romæorum, protenditur vſque ad Camch, indeque fluit vſque ad Maláttia, ita vt duobus tantùm milliaribus diſtet ab illa: labitur deindè ad Samoſat, atque illinc ferre incipit naues vſque ad Baghdad. A Samoſat poſteà excurrit per Meridiem, declinans ad Orientem, vſque ad oras maritimas Harian: indè ad pontem Sobcha: tùm ad Ráfecam: & Raccam, quæ orientali ab eius ripa iacet, alluens, attingit g Mohammediam ab occidentali eius parte: indè ad Chabúcam: poſteà ad Cqercqiſiam, ibique cernitur oſtium fluminis Alchábur: deinde ad Rahabat-Malec: illinc ad h Dalia: tùm ad Aana: ad Hit: ad Enbar: indéque defluit ad amnem Iſa, ad Baghdad: iacet autem Baghdad ſecùs Tigrim. Reliqua verò pars Eufratis fluens è Ráhaba, à tergo deſerti, in varia diuiditur brachia, quorum vnum pergit ad Tſarſar, aliud ad Alcatſr, aliud etiam ad Sura, quartum denique ad Kufam. Et omnia iſta brachia varios in lacus ſeſe immergunt.

*d Tigris.* *e Ganges.* *f Arab: Al forat, i. a qua ſuauiſſima.* *g Mahometam.* *h i. Vitim.*

Porrò vrbs Maláttia fortis eſt, diſtatque à Samoſat l i. M. P. Inter Samoſat & Maláttiam parua ciuitas conſpicitur i Hetſn-Manſur vocata; eſt autem diſſita à Samoſat vnius interuallo ſtationis, nempè xxii. M. P. à Maláttia verò

*i i. Arx.*

xxx. M. B. Deindè ad Zábtara, xv. M. P. Verùm à Manbeg ad Maláttiam eſt iter quinque dierum. Et à Manbeg ad Samoſat, iter bidui: nec longè ab illa iacet vrbs Sobcha. Item à Manbeg ad Maraaſc triduò ambulabis. A Manbeg ad Hadeth, biduò. Ab Hadeth ad Maraaſc, dieta vna. Similiter à Manbeg ad Haleb, tres tibi conficiendę ſtationes. A Manbeg ad Cures, duæ ſtationes. A Cures ad Haleb, dieta vna. Ab Haleb quoque ad Hemts, quinque dietæ. Pari etiam ratione ab Haleb ad Maarram, quę dicitur [a] Maaratalneaman, de territorio Cqennaſerin, dieta magna.

*a i. Morbus ſtruthiocamelorum.*

---

# *SEXTA PARS*

## *Climatis Quarti.*

TErra, quæ ſub hac ſexta Parte continetur, eſt maior pars terræ [b] Algezíræ, & aliqua portio terræ Armeniæ, cum parte terræ Adhrabigian, & regionibus Nahalus, ideſt regionibus [c] Algiabal. Verùm Algezira eſt quod includitur inter Tigrim, & Eufratem, eiuſque vrbes ſunt, Racca Ráfeca, Chabûca, Bagerüan, Aáraban, Sęcna-alabbas, Talban, Tancqir, Mohammedia, Cqercqiſia, Ráhaba, Dália, Aana, Hit, Zab, Enbar, Tſarſar, Alcatſr, Sura, Kufa, Melcaſſin, Sengiar, Hadhar, Mauſel, Balad, [d] Gezitet-ebn-Omar, Bárcaid, Adrama, Niſibin, [e] Rás-alain, Máredin, Roha, Harran, Sarug, Herian, Herbas, Batri, Hini, Amed, Benbu, Cqelſabur, Cqerdi-iamidi, Macliána, [f] Suc-alahad, Hadítha, Sorr, & Bárema. Omnes prædictæ regiones pertinent ad Algeziram. Continetur ibidem de regionibus [g] Arac, Tharthar, Zura, Sorra-man-rai, Aalab, Harib, Ocbara, Baghdad, Hailun, Rauha, Náhroüan, Giargiaia, & Dógiail. Hę omnes ſunt regiones Arac. Regiones autem Algiabal ſunt Dáſcara, Chánecqin, Catſr-ſirin, Sírauan, Tſáimara, Cqermáſin, Dainur, Rudhan, Karch, & Doniaüand. At verò de regionibus Nahalus ſunt Ray, Asba-

*b i. Inſula, quæ eſt Meſopotamia.*
*c Hoc eſt, Montis.*
*d i. Inſula filij Omar.*
*e i. Initium fontis.*
*f i. Nundinæ diei Dominicæ.*
*g Parthia.*

Asbahan, Hamadan, [a] Nahauand, Mahargiafendec, Máſebadan, Cazuin, & Vrbs [b] almobárac. Ibidem continentur de regionibus Dailam, Abhar, Zangian, Albir, Tilaſan, Dailam, Ahela, Sária, Mámetir, & Tamíſa. Cæterùm de regionibus Armeniæ ſunt Nariz, Bárdaa, Gianza, Salamas, & Haüa. Cunctæ, quas cenſuimus regiones, ſunt populoſæ, ac ciuibus refertæ: & de ſingulis agendum nobis eſt, atque ſingularum termini nobis deſcribendi, auſpicante Deo, eadem methodo, qua in præcedentibus libri partibus prçſtitimus.

*a Dicitur etiam Nohauand, & Nehauand.*
*b i. Benedicti.*

Quapropter aſſerimus Algeziram eſſe quod includitur inter Tigrim, & Eufratem, & continere ſub ſe Dayar Rabia, & Motdhar. Iter autem à Baghdad ad Raccam, nēpè illud quod in Occaſum pergit, eſt huiuſmodi: A Baghdad ad Sáilohim habentur xii. M. P. Inde ad Enbar, xxiv. M. P. Ab Enbar ad Zab, xxi. M. P. A Zab ad Hit, xxxvi. M. P. Iacetque hæc e regióne Tacrit ad latus orientale: nàm Tacrit, quæ partem Arac ſeptentrionalem occupat, appoſita eſt ad ripam Tigris occidentalem. Ab Hit ad Naüſiam, quæ eſt inſula quædam Eufrate circunſepta, xxi. M. P. Ab hac ad [c] Daſſam, xxi. A Daſſa ad Aanat, xxi. M. P. Ab Aanat ad Dáliam, xxi. M. P. A Dália ad Ràhabat-Malec-ben-Tauc, ſitam ab orientali latere Eufratis, xxx. M. P. Ab hac ad Alchábur, per Eufratem, ſtationes duæ. Ab eadem ad Cqercqiſiam, duæ item ſtationes: iacet autem vrbs Cqercqiſia ab orientali latere Eufratis, & infrà ipſam exonerat ſe flumen harnas dictū Alchábur. A Cqercqiſia ad Chabúcam, quæ & Chalúca, iter bidui. Denique à Chabúca ad Raccam, ſtationes duæ. Aliud quoque patet à Baghdad ad Raccam iter, quod decem circiter ſtationibus conficitur; poſtquàm enim à Baghdad in Naüſiā deueneris, omittēs Eufratē, perges ab oriētali ipſius parte dextrorsū per deſertū. A Naüſia ad Vaſſā habes xxi. M. P. Ab Vaſſa ad Agímā, xviii. M. P. Hinc ad Dhoracqi, xviii. M. P. Deinde ad Fartdha, xvii. Hinc ad [d] Vadi-alſebáa, xv. M. P. Illinc ad montes Cqercqiſia, xxi. M. P. Tùm ad flumen Soaid, xxiv. M. P. Tum ad Giardan, xlii. M. P. Tum ad Mabrac, xxxiii. M. P. Poſtremò ad Raccam, xxiv. M. P. Summa au-

*c Paulò inferiùs vocat Vaſſam.*
*d i. Vallem ferarum.*

Iter à Niſibin ad Amed eſt huiuſcemodi, A Niſibin ad caſtellum Ebn-Baree habentur xxxix. M. P. Indè ad Talcoraa, xviii. M. P. Poſteà ad Amed, xxi. M. P. Deindè trāſitur flumen Tigris vſque ad Maia-Farecqin duarum interuallo ſtationum: Pertinet autem Maiafarecqin ad terram Armeniæ, quamuis nonnulli ponant illam ſub ditione a Inſulę; iacet autem ad duas ſtationes ab orientali ripa Tigris.

*a Nempè Meſopotamia.*

Iter ab Amed ad Raccam, dextrorsùm capiendum eſt: & primo ab Amed ad Samoſat LXXVII. M. P. conficienda. A Samoſat ad Tal-Mauran, xv. M. P. Deindè ad Herian, xviii. M. P. Indè ad Tameeda, xv. M. P. Tùm ad caſtellum Giallab, xxi. M. P. Tùm ad Roha, xii. M. P. A Roha ad Harran, xii. M. P. Ab Harran ad Bágera, xii. M. P. Ad Bágeruan, xxi. M. P. Demùm ad Raccam, ix. M. P.

At via, quæ à Mauſel ducit ad Amed, eſt huiuſmodi: A Mauſel progrediendum ad vrbem Balad xxi. M. P. itinere terreſtri, ſi libuerit, vel certè per Tigrim. A Balad ad Gezirat-ebn-Omar, LXIX. M. P. Eſtque hæc contermina monti Iamanin, Maſúrin, & Calſabur, quæ omnes ſunt in eo monte, ex quo eſt mons Algiúdi proximus propugnaculis Amed: imò mons Iamanin eſt ipſemet Algiúdi, ſuper quem requieuit Nauis Noë, cui pax. A Gezira perges ad oſtium fluminis Sorait, quod duobus eſt compoſitum fluuiis manantibus è montibus Barema; hi enim non longè à Tigri in vnum coaleſcunt, & in eundem Tigrim ſimul influunt. Ad ripam autem prædictorum fluuiorum iacet vrbs Tal. Ab oſtio duorum fluuiorum ibis ad oſtium fluminis Bárema, fluminis ingentis; quod ortum habens in regionibus Armeniæ, exonerat ſe in Tigrim ab orientali ipſius parte. Ab eo flumine ad Matira. Et ab hac ad Amed. Prædictum verò ſpatium ab Amed ad Gezirat-ebn-Omar, eſt trium ſtationum.

Iter ab vrbe Balad ad Raccam eſt huiuſmodi: A Balad ad [b] Tal-alchair, xv. M. P. Occidentem verſus. Inde ad Segiar, xxi. M. P. Poſteà ad [c] Ain-algebal, xv. M. P. Tum ad [d] Seccat-alabbas, quæ eſt ſecùs Alchábur, xxi. M. P. Tum ad [e] Alnahrain, quæ eſt item iuxtà Alchabur, xv. M. P. Indè ad Macheſin adiacentem quoque ripæ Alchabur, xviii. M. P.

*b i. Collem bonorum.*
*c i. Fontem montium*
*d i. Via regia Abbaſi*
*e i. Duo flumina.*

M. P. Hinc ad Cercqiſiam tàm ad Eufratem, quàm ad Alchabur appoſitam, xxi. M. P. Tandem inter Cqercqiſiam, & Raccam quatuor intercedunt ſtationes. Racca, & Rafeca ſunt duæ vrbes, quæ licet coniunctæ videantur, ſunt tamen multorum ſpatio cubitorum abinuicem ſeparatę.

Similiter ab Amed ad Samoſat tres habentur ſtationes. A Samoſat ad Niſibin, xc. M. P. A Niſibin ad Ras-alain, tres quoque ſtationes. Ab Harran ad Raccam, tres dietæ. Et ab Harran ad pontem Manbeg, duæ dietæ. A Roha ad Samoſat, tres ſtationes. Cæterũ Sarug eſt Metropolis Diar-Motdhar, fructibus abundans, occurritque à ſiniſtris abeunti ad Harran à ponte Manbeg, ad iter diei ab eadem Harrán. Hactenùs, iuuante Deo, de locis memorabilibus, & metropolitanis celebribus, In inſula continentis.

At verò Arac habet longitudinem protenſam à termino Tacrit vſque ad terminum Abbadan, ſecùs fauces maris Perſici: latitudinẽ autem à Cadeſia per Kufam, & Baghdad habet vſque ad Holuan: ex partibus Vaſet extenditur etiam eius latitudo ferè vſquè ad Kathib, & Corcub: ex partibus verò Baſſara, vſque ad Hay. Menſuræ verò itineris eius hæ ſunt; à termino Tacrit vſque ad mare, ex orientali plaga, iter vnius ferè menſis arcuatim & oblique: idemquè interuallum ex parte occidentis, ad Tacrit à mari, obliquè reuertendo. A Baghdad ad Sorra-man-rai tres habẽtur ſtationes. A Sorra-man-rai ad Tacrit, ſtationes duæ. Rursùs à Baghdad ad Kufam, ſtationes quinque. A Kufa ad Cadeſiam, ſtationes tres. Item à Baghdad ad Vaſet, octo ſtationes. A Vaſet ad Baſſara, ſex ſtationes. Similiter à Baghdad ad Sirauan & Tſaimara, ſex item ſtationes. A Kufa ad Vaſet, ſumendo viam qua itur ad a Albatayeh, ſex ſtationes. A Baſſara ad mare, ſtationes duę. Itaque latitudo Arac, ſi viam Baghdad aggrediaris ab Holuan ad Cadeſiam, eſt vndecim ſtationum. Latitudo quoque eiuſdem Arac à Sorra-man-rai ad terminos Sciahrazur de terra Adhrabigian, eſt quinque ſtationum; ſed terra habitata in eo ſpatio non totam implet ſtationem. Eiuſdem latitudo à Vaſet ad partes Chureſtan eſt quatuor ... ſtationum; ex partibus Baſſaræ ad Hay, ſtationis vnius.

a i. Lacus.

In

In eius vrbibus recenſendis, incipiamus à Baghdad: eſt igitur Baghdad vrbs magna, quam ædificauit Almantſur ex parte occidētali Tigridis, diuiſitque in portiones loca illi circuniacentia inter amicos, & aſſeclas ſuos; Cumque deinde fuiſſet in ea dominatus Almohdi, collocauit exercitū ſuum in latere orientali, quod inde vocatum eſt Caſtra Almohdi. Curans poſthæc vnuſquiſque portionem ſuam domibus illuſtrari, euénit vt crebra atque frequentia erigerentur ædificia à Karch infrà Baghdad vſque ad Hadith. Medium in his ædificiis locum obtinet Ædes Almohdi, quæ reſpicit Ædem Almantſur ab oppoſita occidentali parte; Protenduntur autem ędificia Baghdad ab orientali plaga vſque ad vrbem Kaluadha. Inter Baghdad, & Kuſam creberrimæ occurrunt ditiones, & innumera territòria, fluminibus ex Eufrate deriuatis irrigua; Et primò quidem irrigat ea, propè Baghdad, flumen Tſartſar nauigerū, cui adiacet vrbs Tſartſar; diſtat autē Tſartſar à Baghdad, ix. M.P. habetq; pontē cōpoſitū nauiculis, aditū hominib⁹ prębentē. Sexto ab hoc flumine milliari aliud reperitur flumen ingēs, aquis copiosū, flumē ª Almalec vocatū. Ab iſto fluuio ad caſtellum Ebn-Hobaira, indeque ad Baghdad tres habentur ſtationes modicæ. A caſtello Ebn-Hobaira ibis ad vrbē Sura appoſitam ad latus Eufratis. A prædicto caſtello profundit ſeſe Eufrates in vniuerſam ditionē Kufæ, reſiduis eius aquis in lacus influentibus. Pari etiam ratione, ſitus Kerbelai eſt in occidētali parte Eufratis eregione caſtelli Ebn-Hobaira, & in illa extat ſepulchrum Alhoſain filii Ali, quod aliquot anni temporibus frequenti admodū turba viſitatur. Ab vrbe Baghdad ad Nahraüan ſitam in ripa orientali habentur xii. M. P. A Nahraüan ad Rafúcam flumini proximam, xxiv. M. P.

ª *i. Regis.*

Iter à Baghdad ad Holuan eſt huiuſmodi: A Baghdad ad Nahraüan, xii. M.P. Ab hac ad Dair-Barema, xii. M.P. A Barema ad Daſcara, xxiv. A Daſcara ad Halúla, xxi. M.P. Ab hac ad Chanęcqin, xxvii. M.P. Hinc ad Caṣr-Sirin, vbi duplex offert ſe via: vna læua, quæ pergit in Sciahrazur: altera ad Oriētem, quæ tendit ad Holuan. Petenti ergo Sciahrazur, eundum eſt à Catſr-Sirin ad Dair-Karran, ſpatio vi. M.P. A

Dair-

Dair-Karran ad Sciahrazur, manent LIV. M. P. Qui verò ad vrbem Holuan ire voluerit, proficiſcetur à Catſr-Sirin ad Holuan ſpatio XV. M. P. Itaque à Baghdad ad Holuan ſex habentur ſtationes.

Iter à Baghdad ad Baſſaram, tale eſt: A Baghdad ad Almadaien, XV. M. P. iacet autem Almadaien ad occidentalem partem Tigris. Ab Vaſet ad fines regionum Ahuaz, de quibus ſuperius egimus, C. M. P.

Reſtat modò nobis agendum de regionibus [a] Algebâl. Quarè dicimus celebres ſub Algebâl vrbes contineri, ditioneſque perilluſtres, quarum maximæ ſunt Hamadan, Dainur, Aſbahan, & Comm. Amplectitur etiam permultas regiones his minores, qualis eſt Caſan, Nahauand, Rudhan, Karch, Borg, Abhar, & Cazuin, licet hãc opinentur nõnulli eſſe de terra Dailã. Dabit ex his initiũ Hamadan, quã ingentẽ eſſe vrbẽ aſſerimus. Iter ab Hamadan ad Holuan eſt huiuſmodi: Ab Hamadan ad Aſtorabad, XLV. M. P. Ab Aſtorabad ad [b] Catſr-alloſus, XXI. M. P. A Catſr-alloſus ad Maderan, XXI. M. P. Ab hac ad pontẽ [c] Almain parui amnis, XV. M. P. inde ad pontẽ [d] Abi-Aiub, XII. M. P. Ab hoc ab Iahſun, indeq; ad Carmaſin, ſiuè Carmazin, XXIV. M. P. A Carmaſin ad Zobaidiam, XXIV. M. P. A Zobaidia ad [e] Marg-alcalaa, XXVII. M. P. Iter ab Hamadan ad Dainur, & ab Hamadan ad Aſtorabad eſt quemadmodum præpoſuimus, XLIV. M. P. Ab eadem quoque ad Sohba, XXVII. M. P. A Sohba ad Dainur, XXIV. M. P. Rursùs iter ab Hamadan ad Ray eſt huiuſmodi: Ab Hamadan ad Saua, LXXXX. M. P. A Saua ad Ray, L. M. P. Iter ab Holuan ad Ray rectà pergit ab Occidente in Orientem; Nam ab Holuan ad oppidum Mader, & Aſian, XII. M. P. Tum ad caſtellum Zeiad, XII. M. P. Tum ad Zobaidiam, XVIII. M. P. Indè ad Haſcarem, IX. M. P. Ad caſtellum Amr, XII. M. P. Ad Carmaſin, IX. M. P. Et nono ab hac milliari extat ad læuam Maſendan. Si vis arripere viam, quæ ducit ad Choraſan, indéque ad Doccan, XXI. M. P. conficies; Quòd ſi ire cupias ad Nahauand, & Asbahan, proficiſceris à Doccan dextrorsùm ad Maderan ſuperius memoratam: indéque ad Nahauand. A Doccan ad Catſr-alloſus, XXI. M. P. & illinc ad Aſtorabad, XXI. M. P.

[a] i. Montiũ.

[b] i. Caſtellũ latronum.

[c] i. Fontis.

[d] i. Patris Iob.

[e] i. Pratum arcis.

Tùm ad oppidum [a] Alaaſel, ix. M. P. Tùm ad [b] Vadhiſat-Hamadan, ſeptem leucæ. Tùm ad Hamadan, xv. M.P. Ab Hamadan ad oppidum Adrand, xv. M. P. Tùm ad Zarram, xii. M. P. Tùm ad oppidum Torzam, xii. M. P. Tùm ad Aſaueram, xii. M.P. A Daradaiad ad oppidum Suſauin, ix. M.P. Tùm ad Sauam, xv. M.P. A Saua ad Maſcúnam, xxvii. M. P. Tùm ad Ray, xxi. M. P. Iter ab Hamadan ad Asbahan eſt huiuſmodi: Ab Hamadan, ad Ramen, xxi. M. P. A Ramen ad Berzagerd, xxxiii. M. P. A Berzagerd ad Karch, xxx. M. P. A Borg ad oppidum Chubigian, xxx. M. P. A Chubigian ad Asbahan, xc. M. P. & in toto hoc ſpatio nulla reperitur ciuitas. Iter ab Hamadan ad Chureſtan eſt huiuſmodi: Ab Hamadan ad Rudhan, xxvii. M.P. A Rudhan ad Nahauand, xxi. M. P. A Nahauand ad Alaſir, xxx. M. P. Ab Alaſir ad Saber-Has, indéque ad Allur, xc. M. P. quo in ſpatio nulla inuenitur aut vrbs, aut pagus. Ab Allur ad oppidum Andamas, indeque ad Giondaſabur, vi. M. P. Item ab Hamadan ad Sauam, xc. M. P. A Saua ad Comm, xxxvi. M. P. quæ biduò conficiuntur. Rursùs iter ab Hamadan ad Nareſtan eſt xxx. M. P. A Nareſtan ad Aued, xxiv. M. P. Ab Aued ad Cazuin, duæ dietæ. Ab Hamadan etiam ad Dainur, plus LX. M.P. A Dainur ad Sciahrázur, iv. ſtationes. Eodemque modo ab Holuan ad Sciahrázur, ſtationes quatuor. A Dainur ad Sairama, iter diei. Ab Allur ad Karch, ſex ſtationes. Ab Asbahan ad Caſan, tres ſtationes. A Comm ad Caſan, ſtationes duæ. A Comm ad Asbahan, biduum. Ab Holuan ad Sírauan, duæ ſtationes magnæ. A Sirauan ad Allur, ſtationes item duæ. Et ab ipſa ad vrbem Baghdad, ix. ſtationes.

Iter à Ray ad Amol eſt huiuſmodi: A Ray ad Buzian, ſtatio leuis. A Buzian ad Iamehend, ſtatio. Ab hac ad Aſec, ſtatio. Ab Aſec ad Bellun, ſtatio. A Bellun ad Amol, ſtatio. Ab Amol ad [a] Ain-alhamm mari proximum, ſtatio: Et propè hunc fontem exonerat ſeſe flumen Amol in mare. Iter à Ray ad partes Algebâl eſt iſtud: A Ray ad Coſtánam, ſtatio. A Coſtána ad Maſcúnam, ſtatio. A Maſcúna ad Sauã, xxvii. M. P.

*[a] i. Fontem maroris.*

Iter à Dainur ad Marágham, indéque ad Ardabil tale eſt: A

A Dainur ad Cheiáregian, xxvii. M. P. Ab hac ad Tal-Var, xviii. M. P. Hinc ad Saiſar, xxi. M. P. Inde ad Andareb, xii. M. P. Ab hac ad Bailacan, xv. M. P. Si igitur ad Ardabil ire cupias, perges à Bailacan ad Borzã, quæ eſt de terra Armeniæ, ſpatio xviii. M. P. A Borza ad Saber-chaſt oppidum, xxiv. M. P. Hinc ad Maragham, xxi. M. P. A Maragha ad Charcan, xxxiii. M. P. Indè ad Tabriz, xxvii. M. P. Deinde ad Nariz, xxx. M. P. Poſteà ad Chan, xii. M. P. Hinc ad Chouareſt, iii. M. P. Indè ad Kaüaſer, xxx. M. P. Tùm ad Iama, xv. M. P. Demum ad Ardabil.

Item via ab vrbe Ardabil ad Zangian eſt huiuſmodi: Ab Ardabail ad pontem Sandur, ſtatio. A Sandur ad Sara, dieta vna. A Sara ad Bara, iter diei. A Bara ad Zangian ſtationes duæ. Qui voluerit, poterit ab Ardabil progredi ad Mananeg, LX. M. P. A Mananeg ad Chunag, ſtatio. A Chunag ad Adhrabigian, ſtatio magna. Similiter à Mananeg ad Zangiañ, aliorſum quàm per Chunag, ſtationes duæ. Ab Ardabil ad Mucan ſitam in oris maritimis, biduum.

Iter à Sciahrazur ad Maraghã eſt huiuſcemodi. A Sciahrazur ad Hadhran, & ab Hadhran ad Cuc, ſtatio. Ad Nariz, ſtatio. Denique ad Maragham, ſtationes duæ. Iter à [a] Gezirat-ebn-Omar ad Armeniæ regiones eſt huiuſmodi. A Gezirat-ebn-Omar ad Tal, ſtationis habetur interuallum: eſt autem Tal oppidum magnum, vrbi non impar, frequens, ad flumen Sarit appoſitum. A Tal ad montem Giodaan eidem fluuio Sarit vicinum, ſtatio. A monte Giodaan ad [b] Algiabal, ſtatio. Ab Algiabal conferet ſe viator ad Madlan vrbem dirutam. A Madlan ad Marthan, ſtatio. Denique ad Salamas de terra Armeniæ, ſtatio. Salamas vrbs eſt à ſtagno Kãnudhan remota: ſtagnum verò iſtud ſalſum eſt, caretque omni animantium ac piſcium genere. Diſtat idem ſtagnum à Dachercan xii. M. P. habetque in longitudine ſtagnum hoc ſtationes quatuor, Septentrionem inter ac Meridiem: eius autem latitudo protenditur inter Maragham, & Armeniam ſpatio LX. ferè M. P. Hyberno tempore maximæ excitantur in eo procellæ, adeò vt cymbę naufragium patiantur.

[a] *i. Inſula filij Omar.*

[b] *i. Montẽ.*

# *SEPTIMA PARS*
## *Climatis Quarti.*

a *i. Montiū.*

SEptima hæc Pars Climatis quarti comprehendit reliquam terram [a] Algebâl, regiones Adhrabigian, regiones Cuheſtan magnæ ſolitudini conterminas, & nonnullas regiones Choraſan.

b *i. Monaſterii arcis.*
c *i. Arce monaſterij.*
d *i. Infideliū*
e *i. Salis.*
f *i. Caput canis.*
g *i. Speculā cuſtodiæ.*

Via verò quæ ducit ad has eſt: volenti à Ray abire in Aſbahan excundum eſt ex Ray ad vrbem Dorzam, & ſtationis interuallum conficiendum. A Dorza ad [b] Dair-alherſn, ſtatio per ſolitudinem penitus incultam. Ab [c] Herſn-aldair ad oppidū Kach, ſtatio. Ab oppido Kach ad vrbem Comm, ſtatio. Ab vrbe Comm ad oppidum [d] Almagius ſtatio. Ab iſto oppido ad vrbem Caſan, ſtatio. Iter à Ray ad Naiſabur, eſt huiuſmodi: A Ray ad arcem Abad, xii. M. P. Deindè ad Carandin, xxiv. M. P. A Carandin ad Kahda, xxi. M. P. Ab hac ad Chouar, xviii. M. P. Hinc ad caſtellum [e] Almelh; xviii. M. P. Ab hoc ad [f] Ras-alcalb, xxi M. P. Indè ad Semanan, xxiv. M. P. A Semanan ad Agiúmen, xxvii. M. P. Tùm ad Cumas-aldámeghan, xxiv. M. P. Tùm ad Algiarádam, xxi. M. P. quibus interuallum ſtationis terminatur. Ab Algiaráda ad Badas, ſtatio milliariorum xxi. A Badas ad Múregian, ſtatio. Indè ad Mefrar, ſtatio xxxvi. milliariorū. Deinde ad Haſchid, xxi. M. P. Hinc ad Bahmen-Abad, xviii. M. P. Tùm ad Nun, xviii. M. P. Tùm ad Geſeruagerd, xviii. M. P. Tùm ad Geſerábad, xii. M. P. Tùm ad Nahnábad, xv. M. P. A Nahnábad ad Bahaſcand, xviii. M. P. A Bahaſcand ad Naisabur, xv. M. P. Iter à Tabareſtan ad Giorgian eſt huiuſcemodi: Ab Amol ad Mailam, vi. M. P. A Maila ad Torgia, ix. M. P. A Torgia ad Sariam, ſtatio. A Saria ad Nareſt, ſtatio. Hinc ad Abaden, ſtatio. Ab hac ad Taiſam, ſtatio. Ab hac ad Aſtarabad, indeque ad [g] Rabat-Hefts, ſtatio. A Rabat-Hefts ad Giorgian, ſtatio. Iter ab Amol. ad montes Dailam eſt iſtiuſmodi. Ab Amol exibit qui volue-

ri

rit ad Nabel, indeque ad Salus, conficietque ſtationem vnam. Ab hac ad Kallan habetur ſtatio. Ab hac ad Dailam, ſtatio. Iter à Ray ad Salabiam, & ad Zainamam tale eſt: A Ray ad montem Dainauand, ſtatio. A Dainauand ad Zainamam, & Salabiam, ſtatio. Via à Giorgian ad Cumas eſt huiuſmodi: A Giorgian ad Giohainam oppidum venuſtum ſecùs flumen collocatum, ſtatio. A Giohaina ad Dhohl, xviii. M. P. A Dhohl ad Beſtam, ſtatio. A Beſtam ad Vaſtariam, & à Vaſtaria ad Dámeghan, ſtatio.

## OCTAVA PARS
## *Climatis Quarti.*

Sub hac Parte octaua quarti Climatis continetur portio terræ Choraſan, & [a] Alnahr regio ampla, & latis ditionibus, ac multis vrbibus celebris. Inter cæteras autẽ eius vrbes eſt Darghas, quæ & Darghan dicitur, Harareſt, Hanua, Ardahaſmin, Sacurn, Buran, Kerduan-houas, Kárdan, caſtellum Caránechin, Mardáheſan, & Kath. *a i. Fluminis*

Ædificiis Chouarezm initium dat Taheria ab occidentali parte fluminis extructa: cuncta enim ædificia iacent ad latus occidentale Gihon, ad orientale nullum extat. Itaque à Chouarezm, hoc eſt ab eius Metropoli, quæ eſt Kath, ad vrbem Hanuam habetur ſtationis interuallum. Ab Hanua ad Houas, ſtatio. A Kath ad Giorgianiam, tres ſtationes: quarum prima eſt à Kath ad Ardahaſmin, altera ab hac ad Buruzm, tertia hinc ad Giorgianiam. Ab Hanua quoque ad Sacurn, xv. M. P. A Sacurn ad Madanitham, ix. M. P. A Madanitha ad Kardan, indéque ad Dohares habetur iter duarum ſtationum; & quidem à Dohares ad Kardan ſtatio vna: à Kardan ad Madanitham, duę dietæ; cæterùm Madanitha, & caſtellum Caranechin non multùm diſcordant magnitudine: at Madanitha propinquior eſt Gihon, diſtat enim ab ipſo xii. M. P.

Quod autem à tergo fluminis eſt, pertinet ad regiones

Chorasan; nam ab Amol ibis ad flumen, tum ad vrbem Ferbar flumini proximam: Madhmúma eſt huic coniuncta. Perges illinc ad Bochara. Et verò à Ferbar ad Bichend duę habentur ſtationes leues: quoniam à Ferbar ad caſtellum Om-giaafar xviii. inſunt M. P. A caſtello Om-giaafar ad Bichend, xviii. M. P. A Bichend ad Bochara, xxi. M. P.

Iter à Bochara ad Samarcand eſt huiuſmodi: A Bochara ad Sorraa, xii. M. P. Indè ad Dabuſiam, xv. M. P. Ad Arſan, xv. M. P. Ad Kord, xviii. M. P. A Kord ad Karminiam, xii. M. P. Ad caſtellum Aalcama, xv. M. P. Denique ad Samarcand, vi. M. P. Orientali parti Bocharæ cum flexu ad meridiem, contermina eſt terra Tſoghd: primæque margines illius incipiunt poſt Karminiam, è qua progredieris ad Dabuſiam, Orientem verſùs, vnius interuallo ſtationis, nempè xxiv. M. P. A Dabuſia ad Aſtihan, ſtatio leuis. Ab hac ad Zorman, xviii. M. P. A Zorman ad caſtellum Aalcama, xv. M. P. Ab hoc ad Samarcand, vi. M. P.

Iter à Samarcand ad vrbem Balch eſt iſtud: Ab vrbe Samarcand ad vrbem Kaſc, ſtationes duæ. Item à Samarcand ad Kanud-mahcheth, vi. M. P. Etiam à Samarcand ad Aſtihan, xxi. M. P. Orientem inter & meridiem. Et ab ipſa ad Kaſaniam, xxvii. M. P. Via à Samarcand ad Ramin, indeque ad Forghanam, ſiuè ad Alſcias, eſt huiuſmodi. A Samarcand ad Baracth, xii. M. P. nempè ſeſquiſtatio. Ab hac ad arcem Saad, xv. M. P. quibus conficitur ſtatio. Ab hac ad vrbem Ramin, ſtatio. In hac biuium reperitur, & vna quidem via tendit ad Forghánam, altera ad Alſcias. Qui ergò in Forghánam cupit abire, ſtationem conficere debet à Ramin ad Sabat; Et ab hac ad Adarcand, ſtationem aliam: ab Adarcand ad Sáuacth, ſtationem: à Sauacth ad Chogiandam, ſtationem: à Chogianda ad oppidum Kondam, ſtationem: à Konda ad Naſuh, ſtationem: A Naſuh ad Báheſan, ſtationem. Verùm Alſcias, & Ailan habent in latitudine iter [a] bidui, & tridui in lōgitudine, ſuntq; ex propugnaculis maris Turcarū. Vrbs Kand diſtat à Chogianda iii. M. P. & ad eā labitur flumen Alſcias, cuius origo eſt ex fluminibus, quæ de terra Turcarum decurrentia conueniūt in

[a] *Fortè poſuit bidui & tridui pro duorum & trium M. P.*

in finibus Adarcand, & vnà cum aliis amnibus in illud influunt: & ſic omnia ſimul iuncta excurrunt atque protenduntur ad Achſicheth, indeque labitur hoc flumen ad Chogiandam, tranſitque per Sacand, & excurrit ad Farab, tranſactoque termino Sabran fluit per deſertum, quod eſt in margine Turcarum occidentali, tranſit ad tertium ab oppido Hadítha milliare, ac demùm mergit ſe ſtagno Chouarezm, quod diſtat ab Haditha duabus ſtationibus, à Chouarezm ſtationibus decem. Inter Achſicheth, & Adarcand quatuor interſunt ſtationes. Totum verò ſpatiũ quod intercedit inter flumen Gihon (incipiendo ab vrbe Ferbar) & Adarcand, eſt vigintitrium ſtationum.

# NONA PARS

## *Climatis Quarti.*

PArs hæc nona Climatis quarti continet ſub ſe portionem terræ Chacan Chazalgitarum, nempé Rudhan, regiones Ialan, regiones Berſagian inferioris, terram Chazalgitarum, & regiones aliquot Kaimachitarum.

Dicimus ergò viam ab Achſicheth ad Carantriam, quæ eſt de terra Bagharghar, talem eſſe: Ab Achſicheth ad Kaſucheth habetur ſtationis interuallum. Inde ad Aneſt, ſtatio: Ad Kanſát, ſtatio. ad Bucand, ſtatio. Ad Karact, ſtatio. Ad [a] Algiabal, ſtatio. Ad Haulac, tres ſtationes. Ab oppido Haulac ad vrbem Chacan Chazalgitarum, xxxiii. M. P. Et ab vrbe Atracána ad vrbem Carantriæ primam vrbium Kaimachitarum, ſtationes decem per deſertum. Ab hac ad vrbẽ Regis Kaimachitarum, xxiv. ſtationes. Totum autem hoc iter pergit ab occaſu in Orientem. Ab vrbe Carantria ad Báchouan, ſeptem dietæ. Ab Atracána ad Báchouan, tres ſtationes meridiem verſùs.

[a] *i. Monte.*

Quòd ſi quis velit aqua ire ad Ghaghan, aut ad Carantriam, aut ad Sciarus, aut ad Damuria, proficiſci debet à

Ben-

Bengiar ad oppidum Dahra, ibique reperiet nauiculas onerarias, adiacet enim ſtagno, diſtant autem abinuicem a ea duo loca itinere diei ac ſemis. Egrediens igitur è Bengiar abibis vſque ad verticem cliui, ibique diuertes ad hoſpitiũ: indè poſteà deſcendes ad oppidum Dahra, nauesque conſcendes. Et quidem, ſi Carantiam petas, ſtagni longitudinem percurres ſpatio ſex ſtationum, ſi litora legens remis incedas: at ſi rectam carbaſo viam aggrediaris, tribus curſibus iter explebis. Similiter, qui ad vrbem Ghaghan cupit abire, ſecans lacum per latitudinem, ad eam deueniet ſpatio diei ac noctis, vento ſecundo. Qui autem ad vrbem Sciarus, aut ad vrbem Damuria vult ſe conferre, lacui ſe committat ab vrbe Dahra vſque ad oſtium fluminis Sciarus, indeque aſcendat per flumen ad vrbem Sciarus, vel ad vrbem Damuria, vtram elegerit: ducetur autem tractus, vel certè velorum beneficio. A Damuria ad vrbem Chacan Chazalgitarum duodecim dierum iter habetur per inculta deſerta, quod iter, quia timoribus, ac periculis plenum eſt; rarò quiſquam aggreditur, niſi magno cum comitatu: Atque hoc deſertum diuidit regiones Chazalg à regionibus Kaimachitarum. Iter à Taran ad Berſagian inferiorem, quę oppidis ac turibus componitur, eſt xxxix. M. P. Indè ad caſtellum Ayas, vi. M. P. Ab hoc ad Kuc-Saub, xii. M. P. Deindè ad oppidum Kulan-ghaya, xv. M. P. Ab oppido Kulan-ghaya ad oppidum Borac, xv. M. P. fluuius Borac oritur ex monte eiuſdem oppidi, nomenque ab eo deſumit: & per regiones Ailan excurrens, tandem ſeſe exonerat in flumen Alſcias. A prædicto oppido ad Aſiram, xv. M. P. Hinc ad oppidum Ghana-bureſt, xxiv. M. P. Tum ad oppidum Gerc, xii. M. P. Tum ad vrbem Chacan, xii. M. P. Tum ad Nauacheth, xii. M. P. Tum ad Kobab, xxxvi. M. P. Tum ad Berſagian ſuperiorem, decem ferè ſtationes, inceſſu b commeatus. Via à Taran ad Bengiar de terra Kaimachitarum, eſt xxxvi. ſtationum. Nàm à Taran ad Katſra habentur, xLv. M. P. Poſteà mons traiiciẽdus, & quatuor ſtationes conficiendæ ad Damortah. Indè ad arcem Chaicham, ſtationes xx. Orientem versùs. Ab arce Chaicham ad caſtrum Dhohlan, ſeptem ſtationes ad Orien-

a *Nempè Bengiar, & Dahra.*

b *Vulgò Carauãnæ.*

Orientem. A caſtro Dhohlan ad Bengiar, ſtationes quatuor, quo interuallo frequentia occurrunt ædificia, aruaq; ſata frumento, hordeo, atque oriza. Ab arce Dhohlan ad Chanáues, ſex dietæ verſùs Septentrionem. A Chanáues ad vrbem Lalan, ſex ſtationes ad Occidentem. Via ab vrbe Damortah ad vrbem Lalan duplex eſt: & quidem via ſuperior talis eſt: Ab vrbe Damortah ad vrbem Saloniam quatuor ſtationes habentur, verſùs Orientem. Indè ad vrbem Bagharan, ſex ſtationes ad Orientem. Demùm ad Lalan, ſeptem ſtationes. Ab vrbe Salonia ad Hobaicu, ſtationes quatuor verſùs Septentrionem. Ab Hobaicu ad Bagharan, ſex ſtationes.

# *DECIMA PARS*

## *Climatis Quarti.*

DEcima hæc Pars quarti Climatis amplectitur portionem regionum, quę ſunt vltra [a] flumen, regionum ſcilicet Kaimachitarum: Atque hac Parte abſoluta, finis imponetur deſcriptioni Climatis quarti. Aſſerimus ergò Regem Kaimachitarum eſſe maximis quibuſque Regibus potentia faſtuque non imparem: & Kaimachitas eſſe gentem multam, ac populum numeroſum, eſſeque Infideles, & ignem adorare. Inter Taran & locum vrbis Regiæ, in qua Rex tenet regni gubernacula, intereſt octoginta atque vnius diei iter per ſolitudines terræ Turcarum Chalachitarum. Kaimac habet à Meridie, Bagharghar: ab [b] Occidente-Auſtro, Chazalgitas, qua parte iunguntur cum Tobbat: ab occaſu Chalachitas: ab oriente, mare tenebrarum. In hoc etiam mari extant inſulę habitatæ, ad quas mercatores vado traijciunt ſuper dorſa iumentorum, & ſingulis noctibus quieſcunt in arboribus, iumentis ad earumdem arborum ſtipites in aqua alligatis.

[a] *Vltra flumen, dicitur Arabicè Chalf-al-nahr, ſiuè Vara-al-nahr, quæ voces hodiè ſunt in vſu.*

[b] *Lebeccio.*

Porrò vrbes Regum Kaimachitarum ſunt ſexdecim, de quibus eſt vrbs Aſtur [illegible] Buragh, Siſian, Mannan,

nan, Moſtanah, vrbs Regis qui vocatur Chacan, Bengiar, Dhohlan, & Hanáues. Iter à Bengiar ad vrbem Chacan eſt huiuſmodi: egredieris è Bengiar, procedeſque per [a] oculum orientis ad vrbem Aſtur ſpatio ſex ſtationum medias per ſolitudines. Ab vrbẽ Aſtur ad Siſian duodecim ſunt dietæ itinere terreſtri: at breuior per flumen via. Ab vrbe Chacan Regis ad vrbẽ Moſtanah quatridui eſt iter terreſtre, ſeptentrionem verſus: breuius autem, ſi per flumen deſcendas. Hæc verò ciuitas dierum interuallo diſtat à mari [b] Ambiente. Omnes iſtæ, quas memorauimus vrbes, & quarum circunſtantias ſatis deſcripſimus, adiacent fluuio Ghammas magno, qui exiens è montibus Bengiar excurrit in Orientem ad vrbem Aſtur ſitam in latere ipſius meridionali. Defluit exinde vſque ad vrbem Siſian poſitam ad ripam ipſius ſeptentrionalem. Ex hac labitur vſque ad vrbem Regis, quę iacet in parte ipſius meridionali. Ex ea deflectit amnis in plagam ſeptentrionalem, pergitque ad vrbem Moſtanah, ab occidentali eius ripa extructam. Ab hac vrbe rursùs flectitur ad Orientem, donec mari ſe mergat. Vt narrat author libri Mirabilium, reperitur in prędicto flumine piſcis Sangia, ex quo conficiunt medici Indiæ, Sindæ, & Sin venenum ſubitam inferens mortem, quo nullum eſt inter venena, quod ſciatur, aut efficacius, aut celerius ad occidendum; exiſtit autem tale venenum in felle eius piſcis, & abſque vlla alteratione retinet ſuam virtutem ad annos quadraginta. Ab vrbe Chacan Regis ad vrbem Buragh quatuor habentur ſtationes, Meridiem inter & Occidentem. In toto litore maris Kaimachitarum inuenitur aurum furente mari. In his etiam regionibus extant animalia muſci magna in copia: verùm muſcus [c] Tobbaticus præſtantior eſt omni muſco Indo, & Sinico.

[a] *i. Rectà per Orientem.*

[b] *i. Oceano, quòd terram ambiat.*

[c] *Ab vrbe Tobbat.*

CLIMA

# CLIMATIS QVINTI

## *Prima Pars.*

PArs hæc prima Climatis Quinti complectitur portionem plagæ ſeptentrionalis Andaluſiæ, terram ſcilicet Galliciæ, & partem Caſtiliæ. Cótinet etiam aliquot regiones Vaſconiæ de terra Francorum. At verò in terra Portugalliæ habetur vrbs [a] Colimria, Mont major, [b] Viceu, Sertan, Salamãca, Samora, & Abula. In terra autẽ Galliciæ ſunt Segouia, Lioria, Borgos, Bahhara, Lecraua, Caſtilla, Venta lerina, Pompelona, S. Maria, Debalia, S. Giuliana, S. Petro, S. Abradam, S. Saluator, Dolauira, & Baiona. Ibidem de terra [c] Haical continetur Sule, Tudela, Veſca, Giaca, & Calahora. De regionibus verò Vaſconiæ habentur Carcaſſona, Comingia, S. Iean, Baiona, Oſch: & [d] Bordhal. De terra Poitou ſunt Poitiers, بلنبى, S. Iean, Rochella, & Angers. De terra Caors, Angoleſma, & [e] Ilachia.

a *Conimbria.*
b *Viſſoniũ.*
c *i. Templi.*
d *Bordeaux.*
e *Pelighen.*

Inprimis ergo mare occidẽtale iſtius primę partis eſt mare tenebrarũ; & Santarin, atque Lisbonæ de terre Hiſpanię, contermina eſt vrbs Colimria, inter quam & Santarin intercedit ſpatium trium ſtationum, versùs plagam meridionalem: inter Colimrian verò & mare, ad Occidentem, xii. M. P. ibique exonerat ſe flumen ſuum [f] Mondin vocatum: & ad oſtium eiuſdem fluminis extat Caſtrum, quod appellatur Mont major, propè litus maris extructum. A Colimria patet iter ad S. Iacobum: & quidem, ſi per mare illud arripias, vela facies à Mont Maior ad oſtium fluminis [g] بوضو ſpatio xxx. M. P. (atque hæc eſt terra Portugalliæ.) flumen iſtud magnum eſt atque nauigerum, & fluxus maris ac refluxus ad multa milliaria in eius alueum protenditur. Ab hoc ad flumen [h] Dueire, habentur xv. M.P. Atque hic amnis maximus eſt, crepitans, turgidus, rapidus, atque profundus: Et ad eius ripam iacet vrbs [i] Samora LX. milliaribus à mari diſſita. Ab hoc amne ad oſtium fluminis [k] Mi-

f *Mondego, lat. Mũda.*
g *Varca.*
h *Durius.*
i *Lat: Sanctica.*
k *Minius.*

no habentur LX. M. P. Et iſtud quoque flumen magnum eſt atque ingens, latum, ac profundum, afficiturque fluxu, & refluxu ad multum ſpatium : & naues illud ingrediuntur portus capiendi cauſa, vel ad luſtranda oppida, & caſtra eius ripis adiacentia. Intrà flumen iſtud ad ſextum à pelago milliare ſita eſt in inſula medium flumen occupante, arx quædam munitiſſima fortiſſimaque, impendet enim faſtigio montis ardui non admodum ſublimis : vocatur autem arx illa Abraca. A flumine Mino ad oſtium amnis Taron, LX, M. P. Atque hic etiam amnis magnus eſt, & fluxu ac refluxu agitatur ad plura milliaria : Et haud procul mari cernitur intrà illum inſula cum ingenti arce, cuius vtrumque murum alluit flumen ab vtraque parte. Inter amnem iſtum, & oſtium fluminis Adher interſunt ſex M.P. Atque hoc licet exiguum ſit, multis tamen cymbis præbet ſtationem. Ab iſto flumine ad oſtium amnis Merar habentur vi. M. P. Atque hic etiam ingens eſt, & patitur fluxum ac refluxum, & maxima nauigia portum in eo capiunt : breuem tamen habet curſum, & non longè ab oſtio ipſius extat in mari inſula parua inculta, quamuis non careat portu, aquis & lignetis. Ab oſtio fluminis huiuſce ad oſtium fluminis S. Iacobi ſex habentur milliaria : appellatur autem flumen iſtud Anaſet, magnum eſt & copioſum aquis, latoquè alueo: fluxu & refluxu afficitur, eſtque magnarum nauium per xx. M. P. circiter capax. Ex hoc ad templum S. Iacobi habentur ſex ferè M. P. A templo S. Iacobi maximo procedit è mari tenebroſo brachium vergens ab Occidente in Orientem, qnod poſteà ad plagam Meridionalem flectitur aliquantùm donec attingat vrbem Baionam. Iter autem eſt huiuſmodi; Ibis à S. Iacobo ad amnem Tamerca magnum, in quo naues portum capiunt : Ab hoc ad Caput promontorij in mare valdè procurrentis : Ab hoc ad a Alma-alahmar fluuium magnum, cui adiacet Templum ingens, haud longè à Port Tama: & à S. Iacobo ad illud templum habentur XLII. M. P. Ab Alma-alahmar ad Armedã, vi. M. P. Hinc ad Algarue caſtellum maximum, in quo deprehenduntur veſtigia magni cuiuſdam Templi. Ab Algarue ad amnem Artachira fluxui atque refluxui ſubiectum, ſecùs

a i. *Aqua rubra.*

ſecùs quem iacet caſtellum dictum Montaſeriat-Debalia, LX. M. P. Ab hoc ad flumen Colombiram, cuius oſtium patens eſt,& mare in illud influit LX. M. P. adiacet ei ſpecula magna,cui vicina eſt Eccleſia Iulianæ. A flumine Colombira ad flumen Sanderiam paruum quidem, ſed tam lato oſtio, vt naues in eo quieſcant (& ſecùs hoc ſita eſt Eccleſia S. Petri) XXX. M. P. Ab hoc ad flumen رصيفة, cui adiacet Eccleſia S. Abradam, XLV. M. P. in iſtud flumen, quod magnum eſt, mare influit, & portus conſpicitur in eo venuſtus : multæ extant intrà flumen prædictum inſulæ habitatæ, & plures adiacent illi regiones. Ab hoc flumine ad fluuium Solito, Bard, & لسة L. M. P. Ab hoc denique ad Promontorium Baſchir, in quo eſt vrbs Baiona, XXX. M. P. A Baiona reflectitur mare in Occidentem.

A caſtello Algarue ſuperiùs memorato ducit exordium mons Septa, qui vnà cum oris maritimis Baionam vſque protenditur;ſed aliquando ita recedit à mari, vt diei itinere diſtent abinuicem, quandoque verò accedit adeò vt interſit ſpatium XV. M. P. Protenditur autem continuatus abſq; interruptione Baionam vſque, ibique iungitur cum monte templi Veneris; habet verò in longitudine iter nouem ſtationum, ſtatio autem eſt XXX. M. P. Templum veneris interſecat extremam partem inſulæ Andaluſiæ, clauditque quod medium eſt inter mare Tenebroſum, mare ſcilicet Anglorum, & Mare Damaſcenum. Itaque extenditur hic mons ab vrbe Baiona vſque ad terram Barcelonæ: mons eſt maximus, vocaturque mons Pyrenæus, dirimitque regiones Andaluſiæ à regionibus Francorum. Longitudo montis eiuſdem arcuatim ſumpta à Septentrione in Meridiem eſt ſeptem dierum. Extant in illo quatuor velut portæ,in quibus habentur aditus tàm anguſti vt nonniſi eques vnus poſt alium ingredi valeat : hæ portę ſunt quidem latæ atque ſpatioſæ, ſed viæ quæ in iis extant,ſunt horribiles. Vna iſtarum portarum eſt ea, quæ conſpicitur in partibus Barcelonæ, vocaturque Porta Giaca : altera huic proxima dicitur Aſmora : tertia nominatur Porta Ceſare, cuius longitudo per montis latitudinem eſt XXXV. M.P. quarta nuncupatur Porta Baionæ. Singulis portis vrbes adiacent ex

vtraque parte; & quidem ex iis, quæ proximæ ſunt portæ Ceſare, eſt vrbs Pompelona: Portæ verò Giaca dictę adiacet vrbs Giaca.

Iter autem terreſtre à Colimria ad S. Iacobum eſt huiuſmodi: A Colimbria ad oppidum Aba ſtationis habetur interuallum. Ab Aba ad oppidum Vatira, ſtatio. Ab hoc ad primos terminos regionum Portugalliæ, ſtatio; pergitque iter ſecans terram Portugalliæ ſpatio diei, ibique conſpicitur oppidum Bona-car ad ripam fluminis Durii, quod eſt flumen Samoræ, atque illic traiiciendum cymbis ad hoc paratis. Ab oppido ad amnem Mino, indeque ad caſtellum [a] Abraca, LX. M.P. duę videlicet ſtationes. A caſtello Abraca ad caſtellum [b] Tui, ſtationes duæ. A caſtello Tui ad S. Iacobum, ſtatio. A Samora ad vrbem Legionem, quatriduum. Ab vrbe Legione ad vrbem Aſtorcam paruam quidem, ſed populoſam, ſtatio. Ab hac ad montem, qui dicitur Mont-vad, xii. M. P. Indè ad montem Cabrera, xii. M. P. Tùm demum ad S. Iacobũ, tres dietæ. Inter Legionem, & Caro, quæ eſt propè mare Anglorum extructa, tridui habetur iter. Pariter quoque, via ab vrbe Legione ad vrbem Pompelonam, & Orientem versùs ab vrbe Legione ad vrbem Sambaon, ſtatione conficitur. Ab hac ad vrbem Carrionem, iter diei. Ab hac ad vrbem Borgos, ſtationes duæ. Ab vrbe Borgos ad vrbem Bahhara populo cultam, iter Diei. Ab hac ad Caſtillam, dieta. A caſtello Caſtilla ad caſtellum Mont-Lerine, dieta. Et ab hoc ad vrbem Pompelonam, dieta. A Pompelona ad vrbem Baionam litori maris appoſitam, iter bidui. Aditus autem ad Pompelonã patet per portã, quæ nomẽ ab eadem Baiona deſumit. Ab vrbe Legione prædicta ad vrbem Toletum, ſeptem dietæ. Similiter ab vrbe Borgos ad vrbem Toletum, ſeptem dietæ. A S. Iacobo ad Toletum via communior eſt nouem ſtationum. Ab vrbe Salamanca ad vrbem Abulam, L. M. P. A Segouia ad Tudelam, C. M. P. Meridiem inter & Oriẽtem. A Tudela ad Saragoſtam, L. M. P. Eodem modo à Tudela ſupradicta ad vrbem Salem, iter diei. A Sarogoſta etiam ad Veſcam, L. M. P. A Veſca ad Leridam, LXX. M. P. A Veſca item ad Mecnáſam, LXX. M. P. Rursùs à Lerida ad

[a] *Braga.*
[b] *Lat: Tyde.*

ad Fragam: & à Fraga ad vrbem Tortoſam, L. M. P. Ab vrbe Tortoſa ad vrbem Tarraconam Iudæorum, XLV. M. P. habet autem hæc Portum conſpicuum, abundatque aquis. Ab hac ad Barcelonam, L. M. P. iacetque Barcelona ſecùs litus maris: & in eius Portum, quia vadoſus eſt, non ingrediuntur naues, niſi cum peritia. Ingreſſus ad eã vrbem, & egreſſus ex eadem ad Andaluſiam patet per oſtium, quod eſt in monte Templo veneris nuncupato. Dicuntur autem ij eſſe filii Giafnæ. Inter Barcelonam, & Carcaſſonam habetur iter quatuor dierum, Septentrionem versùs. A Carcaſſona ad Comingiam, Septentrionem versùs ſectando montẽ, LXXX. M. P. A Comingia ad Toloſam biduum, Orientẽ inter & Meridiẽ. Itẽ à Carcaſſona ad Toloſã, Orientẽ versùs, LX. M. P. Similiter ab vrbe Comingia ad Munins, LXXX. M. P. A Comingia ad S. Ian ſectãdo montẽ, LX. M. P. A S. Ian ad vrbem Munins, LXV. M. P. A S. Ian etiam ad vrbẽ Baionã, ſtationes duæ, Septentrionẽ versùs. Ab vrbe S. Ian, quæ eſt propè montem, ad Oſch, LXX. M. P. ad Orientẽ. Ab vrbe Baiona, Septentrionem versùs, ad vrbem a Bordhal, LXX. M. P. Pariterque ab vrbe Oſch ad Bordhal, LXXX. M. P. Omnes iſtæ regiones memoratæ ſunt de terra Vaſconiæ Pyrenæo monti vicina. Ex eius vrbibus eſt etiam Geronda. Inter vrbem Borgos, & vrbem Oſch intereſt ſpatium LX. M. P. Pari ratione ab vrbe Borgos ad vrbem Agen, L. M. P. Ab vrbe Agen ad vrbem Caors, LX. M. P. Septentrionem versùs. Similiter ab vrbe Borgos ad vrbem Angoleſmam, C. M. P. Ab hac ad vrbem Ilachiam de terra Poitou, XC. M. P. Ab Ilachia ad Bordhal, XL. M. P. A Bordhal ad mare, XII. M. P. Diſſita quoque eſt Ilachia à mari, XV. M. P. Præterea ab vrbe Angoleſma ad S. Iean de terra Poitou, Occidentem versùs, XL. M. P. Ab Ilachia ad Roſcellam, iter diei. Et à Roſcella ad طلبيرة iter diei: adiacet hæc mari ſalſo Tenebroſo, & propè illam influit flumen Orleans. A Roſcella etiam ad S. Iean de terra Poitou, L. M. P. Idemque ſpatium inter S. Iean, & طلبيرة

a Bordeaux.

# *SECVNDA PARS*

## *Climatis Quinti.*

COmplectitur hęc ſecunda Pars Climatis quinti regiones aliquot Romanorum metropolitanas; atque iis confinis eſt Prouincia Burgundiæ Francorum, in qua continentur regiones iſtæ, مسنس [a] نيقارس & Matiſcona. Ad latus huius Prouinciæ adeſt Burgundia Allemanorum, in qua vrbes Primariæ ſunt Geneua, Lauzane, & Oxona. Cõprehenditur etiam hîc portio climatis Suaue, in quo Primariæ vrbes ſunt Seckinge, Acriza, Vlma. Extat etiam ad latus illius clima Tarantezæ, cum finitimis oris maritimis Venetorum, & terra Aquileiæ, vbi habes Peſaro, Caſtellum, Pirano, Camalecam, Gradis, & Aſtagianco. Continentur etiam ſub hac Parte multæ regiones orę maritimæ Romanorum, vbi extat Narbona, Mont-Peslier, S. Gile, Iers, Bengala, Sauona, Genua, Piſa, Lucca, & Luna. Item plures regiones Sauoiæ cum conterminis finibus Longobardiæ, & vicina ſibi terra Venetorum, atque Francorum, nec non adiacentibus illi ab Occidente regionibus Lombardiæ, qualis eſt Turin, Suſa, Vmbria, Amendio, Mediolanum, Pauia سعو Ferrara, & Bolonia. Prætereà comprehenduntur aliquot regiones Calabriæ, & partes conterminæ Melſi, Sorente, Beneuento, & S. Angelo.

[a] *Fortè Niuers.*

Igitur à Toloſa ad vrbem Narbonam maritimam habentur LXX. M. P. Et à Toloſa quoque ad Carcaſſonam, procedendo ſecùs montem interpoſitum, qui vocatur Pyrenæus, LX. M. P. Item à Toloſa ad vrbem نبارس Orientem versùs cum flexu ad Septentrionem, LXXX. M. P. Similiter à Toloſa ad Berry, CCXXX. M. P. Rursùs à Toloſa ad Munins, CXX. M. P. atque his media eſt vrbs Oſch. Pariter à Munins ad vrbem S. Ian in radicibus montis extructam, LXXX. M. P. A Munins ad Agen, Orientem inter & Septentrionem,

trionem, L. M. P. Et à Munins pariter ad Oſch, LXXX. M. P. & ſimiliter ab Oſch ad Agen, LX. M. P. A Caors ad Borgos, LXXX. M. P. A Berry ad Clermont, LX. M. P. Ab vrbe Viē-na ad [a] Lyon, XXX. M. P. Ab vrbe Lyon ad Niuers, CXXX. M. P. Similiter à Lyon ad vrbem سبنون LXXX. M. P. A Clermont ad Mont Luſſon, ſeptentrionem versùs, LX. M. P. A Mont Luſſon ad مقارص Orientem versùs, XXX. M. P. A Niuers ad Langre, LX. M. P. A Niuers ad Trois, LX. M. P. A Matiſcona ad Lyon, XC. M. P. Et ab hac ad vrbem بسنبش XLV. M. P. eſt autē hæc vrbs populoſa, iacetq; ad extremitatem portæ, quæ ſecat montem Giura dictum: & ea porta maxima eſt, habetque in longitudine inter vtrumque montem, LXXX. M. P. iacet verò ad os portę prędictæ qua parte reſpicit terram Vmbriæ. Mons ille ingens eſt, dirimitque regiones Prouinciæ à Burgundia Francorum, & Burgundia Allemanorum, à Sauoia, & Tarantaze; Atque omnes iſtæ prouinciæ iacent ab occidentali parte montis. Quæ autem à tergo montis, ab orientali ſcilicet ipſius parte, continentur, ſunt regio Lombardiæ, & regio Genuæ, Piſa, & Roma, cum finitimis Longobardiæ regionibus. Patet in eo mōte portæ quatuor, per quas vtrinq; cōceditur egreſſus & ingreſſus ad regiones Romanorum. Et quidem mons prædictus maximus eſt, ad cacumen vſque ſuperatu perdifficilis, admodùm ſublimis: multique ex eo fluuij emanant. Prouinciæ Burgundiæ Francorum contermina eſt Burgundia Allemanorum, cuius è regionibus eſt Oxona حرنة Lauzane, Bezanſon, & Verdun. Clauditur à Meridie monte Giura: ab Oriente, terra Allemanorum: ab Occidente, regionibus Burgundiæ Francorum: à Septē-trione, prouincia Lotharingiæ. Ab ipſa ad Geneuam habetur ſpatium XLV. M. P. Ab vrbe Geneua ad vrbem Lyon, C. M. P. Ab vrbe Geneua etiam ad vrbem Lauzane Orientem versùs, XXXV. M. P. Adiacet autem Lauzane magno cuidam lacui, in quem influunt aquæ ſcatentes è monte Giura, ex quibus eſt fluuius Rhodanus. Ab illa ad Bezanſon habentur LXX. M. P. flectendo pauliſper ad Orientem. A Bezanſon ad vrbem Langre ſupra memoratam de terra Burgundiæ Francorum, LX. M. P.

[a] *Lugdunum.*

De terra Suaue eſt Seckinge, Acriza, Vlma, & Auzburc. Et quidem Seckinge ſita eſt ad radices montis, & tàm ex ipſa, quàm ex monte ſuo effluit amnis Danubius: diſtat autem origo Danubii a Seckinge xii. M. P. A Seckinge, deſcendendo per flumen inter Orientem, & Septentrionem ad vrbem Vlmam, habentur LX. M. P. Eſt hæc vrbs amœna atque delectabilis, & forti muro cincta, poſſidetque pagos, & rura, vineas, frugeſque, & multa fertilitate luxuriat. Similiter ab vrbe Vlma ad vrbem Bazelam de terra Burgundiæ, LXX. M.P. Ab vrbe Bazela ad vrbem Auzburc, XXX. M.P. Prætereà de regionibus Taranteze eſt Acriza.

Regionibus Aquileiæ affines etiam ſunt vrbes adiacentes mari Venetorum; & verò iter ab vrbe Ancona ad extremũ Sinum eſt huiuſmodi: Ab Ancona ad flumen Ozmo habẽtur xi. M. P. Ab hoc ad amnem Menino magnum, iv. M. P. Hinc ad vrbem Fanum, quæ eſt ſub ditione Venetorum, xi. M. P. Ab vrbe Fano ad Peſarum, vi. M. P. A Peſaro ad Vrbinum, xxv. M. P. Ab hac ad vrbem Sarſina xv. M. P. Ab hac ad vrbem Rauenna, quæ medium occupat locum inter regiones Venetorum, quæque ſedes eſt dominij Venetorum, xxv. M. P. A Rauenna ad vrbem Camalecam L. M. P. Ab hac ad فاررو XLIV. M.P. Ab hac ad Atroilam, xxiii. M. P. Ab Atroila ad vrbem برنص xviii. M. P. Ab hac ad Gradis, xxxviii. M.P. A Gradis ad Aſtagiancum, v. M.P. Atque hæc vrbs ſita eſt in extremitate continentis Venetorum, terminatque regiones Venetorum. Indè flectitur ſinus ad plagam orientalem: & ibi ſecus illum iacent regiones Aquileię. De regionibus autem mediterraneis Aquileię ſunt Verona, quæ & Verana dicitur, بويله & طامطرس Vrbs Verona magna eſt, diſtatque à طامطرس ſtatione breui. Etiam ab vrbe eadem ad vrbem بويله ix. M. P. & ab hac ad Anmelam, ſiuè Angelam, cuius incolæ ſunt de gente Francorum, iii. M. P. Ab Anmela ad قندبله Francorum, iii. M. P. & ab hac ad Veronam, ſeu Veranam, ii. M.P. Verùm de regionibus maritimis eſt D'iſtria, quæ diſtat à طامطرس vrbe Aquileiæ xxxiii. M.P. Ab hac ad vrbem Moglo, quæ & Vmago dicitur, ix. M. P. Pariter quoque ab Vrbe verona mediterranea ad vrbẽ, Vmago maritimã,

cuius

cuius incolæ ſunt Franci, xviii. M. P. Ab hac ad vrbem Gentebona, quæ recens eſt, & ad Francos pertinet; & à Gentebona ad Parengio, quæ etiam Parenzo vocatur, xii. M. P. Ab hac ad Ruigo, quę ad Francos quoque ſpectat, xv. M. P. Ab hac ad vrbem Polam, xii. M. P. Ab hac ad Molodiam, xvi. M. P. Ab hac ad Albon, XL. M. P. Ab hac ad Flamona, vi. M. P. A Flamona ad Vrana quæ vltima eſt inter regiones Aquileiæ maritimas, iv. M. P.

At verò ab vrbe Narbona ad vrbem Mont-Peſlier decem & octo milliaribus à mari diſſitam, habentur xxxviii. M. P. Ab hac ad Arles ad mare appoſitam, oſtio fluminis Rhodani vicinam, iter diei. Similiter quoque à Mont-Peſlier ad S. Gile, iter diei. A S. Gile ad Arlès, vi. M. P. Et à S. Gile ad Maſſiliam ſecùs mare extructam, xxv. M. P. A Maſſilia ad Iers, XL. M. P. A Iers ad Albengam, xxxv. M. P. Ab hac ad vrbem Sauonam, xxxv. M. P. A Sauona ad Genuam exiguo flumini proximam, xxv. M. P. Ab vrbe Genua ad [a] Capra caſtellum grande, cultum, ac munitum, LXX. M. P. Ab hoc ad Lunam vrbem propè mare ſitam, xii. M. P. Ab hac ad Piſam, XL. M. P. eſt hæc appoſita flumini ad ipſam effluenti è monte quodam qui in partibus Longobardię cernitur; & flumen iſtud magnum eſt, eique adiacent molēdinæ atque horti. Ab vrbe Piſa ad Portum Chāziriæ, cui caſtrum impendet munitum, LX. M. P. A Portu ad Ciuita Vecchia, L. M. P. A caſtello Ciuita Vecchia ad oſtium fluminis Romæ, quod appellatur Tiberis, L. M. P. Qui verò viam terreſtrem aggredi cupit, conficit à Piſa ad vrbem Lunam mari proximam, XL. M. P. Ab hac deindè per mediterraneum proficiſcetur ad بستر حكن indè ad vrbem بلطية Tum ad [b] montem humilem. Tum demùm Romam. Mare enim inter Genuam, & Piſam in ſinum porrigitur, & mox flectitur ad caſtellum اورجنبار: ad Ciuita vecchia; ad vrbem Romam, quæ xii. M. P. eſt à mari diſſita.

[a] *Carrara.*

[b] *Mõte baſſo*

Vrbs Roma eſt vna è columnis Nazarçorum, eſt enim ſedes maxima inter ſedes quatuor, & Antiochiæ habetur ſedes, Alexandriæ quoque ſedes alia, & Hieroſolymis alia ſedes, licet hæc recentior ſit, nec tempore Apoſtolorum

extiterit, ſed conſtituta poſt illos fuerit ad Sancti Templi magnificentiam. Vrbis Romæ ambitus magnus eſt, fertur enim eſſe ix. M. P. Habet murum lapideum duplicem, & muri interioris latitudo eſt duodecim cubitorum, craſſities autem ſeptuaginta duorum cubitorum; Muri exterioris latitudo eſt octo cubitorum, craſſities autem quadraginta duorum cubitorum. Inter vtrumque murum amnis decurrit laminis tectus æneis habentibus ſingulis in longitudine quadraginta ſex cubitos. Vicus eius ſecat illam protenſus à porta orientali ad portam occidentalem: atque ibi cernuntur columnæ lapideæ præſtantiſſimæ craſſitiei, habentes ſingulæ in longitudine triginta cubitos: & ad vtrumque latus cuiuſlibet columnæ mediæ, ſtant duæ columnæ ex [a] ære flauo Græco, & tam crus columnarum, quàm epiſtylium ac baſis earum fuſilia ſunt, adiacentque illis officinæ mercatorum; & ante columnas atque officinas prædictas amnis interfluit ab ortu in occaſum, cuius alueus eſt laminis ęneis ſtratus ita vt neque naues, neque aliud quidquam in ipſo quieſcat. Et ab hoc amne deſumũt æram ſuam Romani, dicunt enim, Ab anno æris. Naues per eundem amnem vrbem Romam ingrediuntur onuſtæ, & merces ſuas aduſque mercatorum officinas portant. Intrà vrbem ingẽs templum cernitur, ad Apoſtolorum Petri, & Pauli nomen extructum, in quo amborum corpora duobus iacent in monumentis. Longitudo eius templi eſt trecentorum cubitorum, & pilę ipſius ex ære fuſili, ac parietes ſimiliter illius ęre flauo contecti. Romæ prætereà extant mille ducentæ eccleſiæ. Vici, & plateæ eius ſunt albo, atque cæruleo marmore ſtratæ. Habentur in illa mille balnea. Cernitur etiam in ea conſpicuæ templum ſtructuræ, paris cum Templo Hieroſolymitano longitudinis atque latitudinis: & altare extat in illo, ſuper quo offertur ſacrificium, longitudinis decem cubitorum, cuius ſuperficies tota eſt viridi ſmaragdo inſerta: ſuſtentatur autem altare iſtud duodecim ſtatuis ex auro obrizo, & ſingularum altitudo eſt duorum cubitorum ac ſemis, & earum oculi ex hyacinthis rubris. Habet hoc templum ianuas auro obrizo tectas, præter ianuas externas laminis æneis coopertas, aliaſque ligni cęlati, atque

[a] *Ære Corinthio.*

atque elaborati. In vrbe Roma ſunt Ædes Regis, Papæ vocati: nec eſt ſupra Papam ſuperioritas in dignitate, & Reges ſunt inferiores ipſo.

Verùm iter ab vrbe Roma ad vrbem Anconam ſitam ſecùs mare Venetum eſt huiuſmodi: Ab vrbe Roma ad Orti, bidui eſt iter; hęc vrbs eſt ad occidentalem fluminis Romę ripam appoſita, ſuprà quam amnis Tiberis iungitur flumini Romæ, influente hoc in Tiberim: iacet ergo ad occidẽtalem ſui fluminis ripam: & eam ex orientali ripa reſpicit اميليه vrbs magnifica. Ab hac, flumen perlegendo, ad vrbem بارونه ſitam in orientali ripa amnis Tiberis. Non longè ab hac extat ad ripam fluminis occidentalem vrbs Rieti. Ab hac ad Camerinum. Hinc ad Ozmum. Hinc demum ad Anconam.

Iter, quod à Genua ducit in terram Lombardiæ, ſi quis aggredi cupit, abeat à Genua ad caſtellum برجة ſpatio duarum dierum. Ab hoc ad flumen طاطيه iter bidui. A flumine hoc ad vrbem طرونه biduum. Ab hac ad غامندو biduum. Hinc ad vrbem Pauiam, biduum.

Via terreſtris à Genua Romam eſt huiuſcemodi: A Genua ad Luccam, iter bidui. Ab vrbe Lucca ad vrbem Florentiam, LXX. M. P. Ab hac ad سيانه iter bidui. Ab hac ad montem [a] Aluat, XV. M. P. Ab hoc Romam, XV. M. P.

[a] *i. Humilẽ, vulgò, Mõte Baſſo.*

Via quoque à Genua ad Anconam ſecùs mare Venetorum poſitam, eſt huiuſmodi. Ab vrbe Genua ad Luccam, L. M. P. A Lucca ad vrbem ستبران LXX. M. P. Orientem inter & Aquilonem: eſtque vrbs non exigua. Ab hac ad montem بين LXV. M. P. Ad Arezo, L. M. P. Et ad aliquot ab hac milliaria extat ex parte occidentali flumen Piſæ. Ab Arezo ad vrbem S. ابي XXV. M. P. Ab hac ad vrbem بينو paruam, ſed populoſam, XL. M. P. Ab hac ad vrbem Caſtellum, XXV. M. P. Ab hac ad vrbem اسيه flumine adiacentem, XXV. M. P. Ab hac ad vrbem Ozmum, XXV. M. P. Ab Ozmo, quę etiam eſt ad flumen appoſita, ad Anconam ſecùs mare Venetum ſitam, XI. M. P.

Qui Rauennam maritimam cupit adire, exeat è Piſa, aut è Genua, & deſcriptum modò iter arripiat ad vrbem

Caſtellum; poſteà per montem برصون pergat Septentrionem versùs vſque ad vrbem S. Angelo ſpatio, xxv. M. P. Indè ad vrbem S. Leo habentur xv. M. P. eſtque hæc vrbs ad eiuſdem montis radices extructa. Ab hac demum ad Rauennam, XLV. M. P.

Deſcriptio itineris, quod ab vrbe Roma, litora perlegẽdo, ducit ad vrbem Regio adiacentem freto inſulæ Siciliæ eſt hæc: Roma ad [a] Aſtunã habentur xxx. M. P. Ab Aſtuna ad انجه Portum tranquillum, & aquis abundantem, x. M. P. Ab hoc ad حرنجو flumen ingens, xxx. M. P. Ab hoc ad Terracinam, cuius Portus anguſtus eſt, & nullius emolumenti, vi. M. P. A Terracina ad vrbem Gaietam ſitam in Promontorio à Continente auulſo, xxiv. M. P. habet autem hæc Portum conſpicuum, ſecurum, & ad hyemandũ non importunum. Ab vrbe Gaieta ad Garelian, & oſtium fluminis Seſſo, xv. M. P. eſtque flumen hoc rapidum, magnum, atque nauigerum, & duæ illic adiacent ei turres. Ab hoc ad oſtium fluminis طلح quod apertum ac patens eſt, neq; magnas ſuſtinet naues, xii. M. P. Ab hoc ad oſtium fluminis Capuæ, vi. M. P. atque hoc etiam eſt iniuriis ventorum patens. A flumine Capuæ ad Patraſſum oppidum, ac Portum ſimul, ſed ventis apertum, xii. M. P. Ab hoc ad vrbem Cumam, vi. M. P. Hinc ad Portum Miſſeno tutum, xii. M. P. A Miſſeno ad Pozoli caſtellum cultum, paruæ vrbis inſtar, in cuiuſdam ſinus promontorio ſitum, viii. M. P. A Pozoli procedendo ad vrbem Neapolim lini, xii. M. P. Ab hac ad Portum اسطابه ſoluendis nauibus opportunum, quòd ſit aquis abundans: eſt autem oſtium fluminis cuiuſdam decurrentis, ſuauis aquæ, in imum quemdam ſinum influentis. Qui vult hinc abire ad Melf tinere terreſtri, pedibus conficiet ſpatium xv. M. P. vſque ad Melf. Inter اسطابه & Neapolim occurrit mons igniuomus. At ab oris maritimis, recedere nolens, perget ab eodẽ portu legens litora ad vrbem Sorentum, ſpatio xxx. M. P. Ab vrbe Sorento ad Promontorium منيرا habentur xii. M. P. Ab hoc ad نسطابه Portum exiguum, xv. M. P. Hinc ad vrbẽ Melf maritimam, xviii. M. P. Ab vrbe Melf ad oſtium fluminis باذريا x. M. P. Ab hoc flumine ad Salernum,

[a] Forte Nettuno.

ernum, ii. M. P. Hinc ad amnem بولسة Portum anguſtum, vi. M. P. Ab hoc ad flumen a Abſilo aquis copioſum, & nauigerum, xii. M. P. Hinc ad ſinum Gropoli, tùm ad inſulam بعوضة continenti proximam, vbi nullus eſt Portus, xx. M. P. Ab inſula بعوضة ad ſinum duorum fluuiorum, xx. M. P. Ab hoc ad caſtellum Dhamar, x. M. P. A caſtello Dhamar ad بولية quam alluit flumen S. سيرى xiii. M. P. Ab hac ad Policaſtrum, ſecùs quod à plaga ſeptentrionali fluuius excurrit, xxiv. M. P. Hinc ad Atris, qui vocatur Portus Promontorii Policaſtri, vi. M. P. Ab eo Promontorio ad Caſtrocoli, xii. M. P. A Caſtrocoli ad Scaleam caſtellum magnum, xii. M. P. A Scalea ad Caput جرلة quod etiam flumen eſt, cymbis non multùm onuſtis nauigabile, ix. M. P. Ab iſto Capite ad Manthiam vrbem venuſtam ac populoſam, ad Vlbæ ſinum appoſitam, xxxviii. M. P. Ab vrbe Manthia ad S. Fimiam, xiv. M. P. Ad oſtium fluminis قرليت indeque ad fluuium غاطه ii. M. P. Ab hoc fluuio ad اجبطلو caſtellum magnum, cultumque, xiii. M. P. Ab hoc ad اتربية xii. M. P. Ab hac ad Baticanum, vi. M. P. Itaque à Manthia ad promontorium Baticani habetur ſpatium. LXV. M. P. A promontorio Baticani ad Regio, LX. M. P. Ab اتربية ad نقوطر xii. M. P. Ab Alfaro ad Regio, xii. M. P.

a Selo.

Præthereà ab vrbe Salerno ad vrbem Auellino, xxiv. M. P. Aquilonem versùs. Ab vrbe Beneuento ad Salernũ, LX. M. P. Ab Auellino ad منيطرير xx. M. P. Ab hac ad Salernũ, xxx. M. P. A Beneuento, Occidentẽ versùs, ad vrbem سرح xviii. M. P. Ab hac vrbe ad Argent, xxxii. M. P. Ab Argent ad Capuam, & ab vrbe Capua ad b Agerſam, viii. M. P. Ab Agerſa Neapolim, xii. M. P.

b *Anerſa.*

*TERTIA*

# TERTIA PARS
## *Climatis Quinti.*

QVod ſub hac tertia Parte Climatis quinti continetur, eſt plaga illa, quæ complectitur regiones Calabriæ, terram Longobardiæ, & potiorem partem freti Venetorum, cum celebrioribus regionibus illi adiacentibus: de quibus in latere orientali cernitur vrbs ربغنو، سنباجی حادرة برلنص صنطر ارنس مصقله اسبة دروقه دولة Ragusa, Spalato, برغورون Fapoa تابيا بنزله دراست دلجينة اسربه ككبر قامبو De regionibus autem, quæ in occidentali eiuſdem freti Venetorum litore iacent, ſunt Brunduſium, Solmona, Monopoli شبنبت قای برلت اطرانة شالبه ملبنت قرصان quæ & باسمه dicitur لاشنة روذانة quæ etiam لازنه vocatur, & قنت مارين Atque omnes iſtæ ſunt de regionibus Longobardiæ ad litus occidentale ſitis. E regionibus maritimis habentur etiam موقة ترانة ترملس & انقلونة Præterea ſub eadem Parte continetur de regionibus maris Damaſceni طاجنة Cotrona روشبت رشانه & Tarantum. De regionibus verò Calabriæ ſunt قطروبلی محاكك مرطران قطنسان Beneuentum, Melf mediterranea بنوصة قدص S. غالي Claramont جرسة ترغارقو استبرجلی, Smirna بستباس شونش Atque omnes hæ regiones ſunt de terra Calabriæ. Regiones autem Longobardiæ ſunt غربيلية مبزع Motolla, quæ & Matalia, ſiuè Mathi اطرونة قانوصة عرانبية Azçoli, quæ & Aſcoli cum litera, S. S. Laurinus, S. جنطاط جوزمن S. Seuerus, S. Angeli قنت مارين لسنة & ترملس.

Iam deſcripſimus iter, quod ab vrbe Regio, arcuatim procedit ſecùs mare Damaſci ad vrbem Idruntum, quæ eſt ad fretum maris Venetorum extructa: conſequitur illud via, quæ ſecùs mare Venetorum, litora perlegendo, ducit in vrbem Anconam. Quapropter dicimus ab vrbe Idrunto ad vrbem Brunduſium eidem mari Venetorum appoſitam haberi

haberi LVIII.M.P. Ab Idrunto ad Promont:Sudæ,xii.M.P. Ab hoc ad S. Ioannē Mirapoli,xii. M.P.Hinc ad Promont: Konca,vi. M.P. A Konca ad Promont :[a] S. Gennar , xii. [a] *S. Ianuarij.* M.P. A S. Gennar ad Promont: تاورى xii. M.P. Ab hoc ad vrbem Brunduſium , iv. M.P. Eſt autem Brunduſium vrbs conſpicua , tribus è lateribus , ad modum Conſtantinopolis magnæ , mari clauſa. A Brunduſio ad فوشيت xii. M.P. فوشيت verò tres ſunt inſulæ pulchræ , ſeſquimilliari à Continente diſſitæ. A فوشيت ad Portum S. Nicolai بنزول Portum quidem venuſtum , ac tranquillum, in quo etiam habetur aqua, xii. M.P. Ab hoc ad vrbem Monopoli,xxiv. M.P. Ab hac ad caſtellum بلبان vi. M.P. & propè hoc extat regio quędam قبرصان vocata,nouem milliaribus à mari diſſita, A بلبنان ad Portum S. Pietro , ii. M.P. Ab hoc ad vrbem Bari , quæ ſita eſt in imo quodam ſinu , eſtque Metropolis terræ Longobardorum , xxii. M.P. Ab vrbe Bari ad turrim Agilo , quæ & Aſilo dicitur ; atque hanc reſpicit in terra vrbs بطنت remota à mari ſpatio vi.M.P. Ab ea turri ad حساس vi. M.P. Indè ad مليبت iv. M.P. & hanc reſpicit in continente روة , quæ diſtat à mari vi. M.P. A ملفت ad تشالة quam reſpicit in mediterraneo Morat,inter quam & mare habetur interuallum ix. M.P. A Morat, ad Otrantú litori adiacentē,viii.M.P.Similiter ab تشالة vrbe prædicta ad Otrãtum etiam vi.M.P.Ab hac ad برلت mari appoſitam , quam reſpicit in mediterraneo vrbs Andra vocata , nouē milliaribus mari diſſita,vi. M.P. A برلت litori proxima ad amnem لودر vi. M.P. Ab hoc ad vrbem قى quatuor milliaribus à mari ſemota. A S. Maria ad S. Nicolaum عشر super Promõtorio intrà mare ſitæ , xii. M.P. huic autē opponitur in mediterraneo vrbs Say , ſex milliaribus à mari diſſita. A S. Nicolao ad flumen بغنو , ſiuè تغلو xii. M.P. at nomen propriũ fluminis eſt قالار Ab hoc flumine ad amnē كاطة xi. M.P. Ab hoc ad vrbem سبنيت mari vicinam , ii. M.P. Ab hac ad ملبانطة mari quoque proximam, xii. M.P. Ab hac ad S. Angelum , octo milliaribus à mari diſſitam. Itēm à ملبانطة ad Portum S. Valentii, xii. M.P. Ab hoc ad بيشة ſitam in imo ſinu ſuper promontorium in mare procurrens , xii. M.P. Ab hac ad بسكيش xii. M.P. Ab hac ad

ورزنة viii. M. P. Hinc ad ترانت & ab hac ad دابية xi. M. P. Hinc ad لسنة viii. M. P. A لازنة ad Mont Marin, xii. M. P. A Mont Marin ad ترمام xx. M. P. & à لازنة ad ترملة lx. M. P. via obliqua. A ترمام ad oſtium fluminis Iſcar, lix. M. P. meridiem verſùs. Similiter à fluuio Iſcar ad amnem Tarent magnum, xxxvi. M. P. Ab oſtio amnis Tarent ad vrbem ناينة ad mare appoſitam, lviii. M. P. Ab hac ad vrbem Anconam vi. M. P. Demum ab Ancona ad extremum fretum Venetorum. Vt autem commemoremus quæ ab orientali litore eiuſdem freti ſpectantur, dicimus ab vrbe الاورزنة ad vrbem نترى qua conſtituitur initium Croatiæ, quæ & Dalmatia vocatur, quæque mari adiacet & venuſta eſt, ac populoſa, haberi x. M. P. Ab hac ad vrbē Lupara, xvi. M. P. Ab vrbe Lupara ad vrbē صنة xxx. M. P. Ab hac ad Caſtiletiā, xv. M. P. Ab hac ad vrbē مصقلة xx. M. P. Hinc ad vrbē Satū xxx. M. P. A Sato ad vrbē دونة quæ & بنمص dicitur, xx. M. P. Ab hac ad جادر litori maris adiacentē; & ab hac ad ذغواطة xxx. M. P. Ab hac ad سانابي xx. M. P. Ab hac ad vrbem واوغورى l. M. P. Ab hac ad vrbem طرغورس quæ & ترغورس nominatur, vi. M. P. Ab hac ad vrbem Spalato, xii. M. P. A Spalato ad vrbem ششنو xxv. M. P. Ab hac ad Raguros, quæ & Raguſa appellatur, xxx. M. P. Atque hæc eſt vltimus terminus Croatiæ. A Raguſa ad vrbem Petro, ſiuè Pedro, xx. M. P. Ab hac ad انتابرو cuius incolæ ſunt Sclauoni, xxx. M. P. Ab hac ad بلوجية cuius populi ſunt Laodicæi, lxx. M. P. Ab hac ad دراست Francorum, lxxx. M. P. Atque hîc continens eſt magis vicina vrbi Idrunto, vbi videlicet eſt fretum lxx. M. P. A ادراست aſcendendo ſecus murum ad vrbem جارة ccxxv. M. P. Atque hoc eſt totum fretum Venetorum. In iſto mari Veneto eſt inſula اوسر continenti propinqua, octo enim milliaria insūt inter continentem, & alterum caput illius; reliqua verò inſula in mare porrigitur: eſt autem hæc in maritimis Hiſtriæ, habetque xx. M. P. in longitudine, xii. in latitudine, & eſt culta. Inter hanc & inſulam, quæ vocatur جرسة intercedit ſpatium v. M. P. & hæc diſtat à continente vi. M. P. magna eſt, & frequens populo, plùs in longitudine, quàm latitudinem protenſa; nam longitudine ſecundùm

M. P.

ſinuoſos flexus ſumpta, explet LX. M. P. latitudine, XXV. M. P. ſuntque in illa Archimandrita, atque Epiſcopus. Ab hac ad inſulam ارط vi. M. P. iacet hæc ante montes Croatiæ, eſtque diſſita à continente xii. M. P. habet in longitudine, iuxta ſinuoſos flexus, xxx. M. P. in latitudine xviii. & in ipſa quoque eſt Archimandrita, & Epiſcopus. Ab hac ad inſulam ارطا iv. M. P. iacet iſta ex aduerſo نوزنة & quatuor milliaribus eſt à Continente diuulſa: habet in longitudine ſecundùm ſinuoſos flexus, xx. M. P. x. latitudine. Omnes prędictæ inſulæ ſunt habitatæ, & de climate Croatiæ. Verũ inſulæ Venetorum ſunt ſex: & earum tres vno ſunt ordine diſpoſitæ, tres aliæ altero ordine ſequũtur, cunctæ habitatæ, & inter regiones Venetorum medium locum occupantes.

Iter à Tarento ſuperiùs memorata Neapolim eſt eiuſmodi: A Tarento ad منبر LX. M. P. Ab hac ad اغربلية totidem. Hinc ad قبرصة xx. M.P. Ab hac ad ابري xviii. M.P. Indè ad اطرانة xviii. M.P. Hinc ad بارى xv. M. P. Ad مرّاجنطو xxvi. M. P. Ad حبيطر xviii. M. P. Ab hac Neapolim mari adiectam, xxx. M. P. Verùm ab vrbe Tarento ad منبر habentur CLXXX. M.P. Septentrionem versùs cum flexu ad Occidentem. Ab eadem ad Bari, Orientem versùs, etiam CLXXX. M.P. Ab vrbe منبرة ad vrbem اغربلية lx. M. P. Septentrionem inter & Occidentem. Ab hac ad قبرصة CLXXX. M. P. Ab hac ad Bari LXV. M. P. ad Orientem. Rurſùs à قبرصة ad اندري LIV. M.P. Ab اندري ad Otrantum maritimam ſupra memoratam, XLV. M. P. ad Orientem. Item ab vrbe قبرصة ad Mõt جورش LXX. M.P. A Mõt جورس & البجوان vi. M.P. Hinc ad منبرة xii. M.P. Ab vrbe Mont جورس ad اغرلطو xviii. M. P. Ab hac ad البجوزن vi. M.P. Ab hac ad ابربنارقو quę انربكوكو dicitur, xviii. M. P. Ab hac ad vrbem حرسنة lxxii. M.P. Ab vrbe hac ad vrbem لبورنان xviii. M.P. Item ab eadẽ ad تبانسة lx. M. P. Ab hac ad Mont تلوم cl. M. P. ad occaſum. Rurſùs à تبانسة ad vrbem Melf mediterraneam liv. M. P. ad Occidentem. A Melf mediterranea ad قنس cviii. M. P. A قنس ad قبانية lx. M. P. Ab hac ad ابلة xxvii. M. P. verſùs occaſum. Ab hac ad vrbem Salernum lxxii. M. P. Iter ab vrbe Melf mediterranea ad vrbem لسنة quæ iacet in oris maritimis Venetorum, eſt huiuſmodi: Ab vrbe Melf me-

diterranea ad Rocca S. فاني Occidētem verſus declinando ad Septentrionē, liv. M.P. Inde ad caſtellum Aſculū, xxxvi. M. P. Ab Aſculo ad اطرونة liv. M. P. Ab hoc ad S. Laurentium, liv. M. P. Ab hoc ad نوح xxvii. M. P. Hinc ad Caſtel nouo lxiii. M.P. A Caſtel nouo ad S. اكلوكو xxxvi. M.P. Hinc ad S. Seuerum liv. M. P. Ab vrbe S. Seueri ad vrbem لسنة lxvi. M.P. Iter à اطرونة ad Salernum per vrbem Beneuētum eſt hoc: Ab vrbe اطرونة ad vrbē اريانة xvi. M. P. Ab ارناهر ad اجح vrbem, xviii. M.P. Ab hac ad vrbem Beneuentum, xxvii. M. P. eſtque hæc ciuitas magna. Ab hac ad ابلينة lxxii. M. P. Ab hac demum ad Salernum, xxxii. M.P. Item à Beneuento ad جنانة xxvii. M. P. Ab hac ad Neapolim xxxvi. M. P. A Beneuento etiam ad Mont سرج liv. M. P. Hinc ad ابروة liv. M. P. Ab hac ad Argent, xlii. M. P. Ab Argent ad جنانة xxi. M. P. Ab hac ad palmam, xii. M. P. A palma ad سرنة xxxvi. M.P. Ab hac ad Salernum lxxii. M. P. Iter ab اطرونة ad Anconam eſt tale: Ab illa ad flumen Lucidum lxxv. M. P. Hinc ad caſtellum اترقة xx. M. P. Ab hoc ad flumen Iſcar xc. M.P. Ab hoc ad بطلان xc. M. P. Hinc ad نرانية lxix. M. P. Ab hac ad vrbem اطا cclxxiv. M. P. Ab hac denique ad vrbem Anconam, xviii. M. P.

## *QVARTA PARS*
### *Climatis Quinti.*

SVb iſta quarta Parte Climatis quinti continetur terra Raguſę, regiones Sclauoniæ, terra Germaniæ, & fretum Conſtantinopolitanum, cum adiacētibus illi regionibus illuſtrioribus, & nonnullis etiam earum, quæ ab eiuſdem freti tergo cernuntur: ac de his quidem ſermo nobis faciendus.

Dicimus ergo regiones Venetorum, & Sclauonorum, & quæ circunſtant mari Venetorum, ambiri omnes à plaga orientali monte longè protenſo, triginta milliaribus ab Adrianopoli diſſito. (Et ſuper hunc montē, qui vocatur زو extat

extat regio لسل ) Protenditur autem in Septentrionem donec attingat Caſtoriam, atque illic mons ab eo deriuatur alius contra Draſt porrectus, in quo habetur via quæ ducit ad eandem Draſt, aliaque loca: & vocatur ibi mons iſte, Antimura. Tria autem ex eo emanant flumina in partes Lauolonæ & Draſt decurrentia, ac demùm in mare influentia: Et quidem nomẽ fluminis ad Laualonam labentis, eſt شوصه Alterum flumen appellatur دابلى Tertium vocatur استربنة Porrigitur deindè reliquus mons prædictus à via Draſt quouſque ad quadrageſimum à جادر accedat milliare. Verũ eiuſdem montis extremitati, quæ Adrianopoli proxima eſt, & à qua non longè diſtat vrbs Cania, mons cohæret in oras maritimas Peloponneſii extenſus, qui Aſtipo ad diſtantiam LXXX. M.P. relicta porrigitur vſque ad اسبرة ad vrbem قطرة tùm attingit Raguſam, indeque pergit ad vrbem Stefano. A tergo montis huiuſce duæ extant vrbes, quarum vna eſt جاور Altera ككبرة Et inter Spalato & جاور intercedit ſpatiũ XII. M. P. Inter hãc & ككبرة iter diei. Protenditur deinde mons prædictus ad partes vrbi زعوريه vicinas, indeq; ad vrbem سيبانك poſitam ſuper montem deriuatum ab alio mõte huic annexo; Poſteà جلونر adæquans, & ad iter diei exinde procurrens, attingit زونة mari appoſitam; ſed hac etiam ad diſtantiã XII. M. P. prætermiſſa tendit ad بلونة in radicibus montis collocatam. Tùm rectà procedit vſque ad vrbem اورانا ſitam in monte quodam venuſto, magno monti annexo. Tùm demùm rectà etiam tendens attingit terram اكلاونة Iter à Draſt ad Chriſopolim eſt huiuſmodi: egredieris è Draſt, quę adiacet mari Venetorum, & via per mediterraneum capta perges ad بترلة biduò diſſitam ab illa; & propè hanç extat ad plagam meridionalem lacus ingens tridui iter ſuo complens circuitu, & circa lacum regiones aliquot. Inter بترلة præfatam, & vrbem بوليو venuſtam & magno in monte extructam bidui intercedit iter. Inter hãc eſt ابروبية Orientem inter & Septentrionem, iter diei. Ab hac ad vrbem قورطس inter Orientem quoque & Septentrionem, dieta vna. Ab hac ad vrbem استربنه dieta, Orientem verſùs. Hinc ad vrbem بلغورة dieta, Orientem inter & Septentrionem. Ab hac ad vrbem شرش dieta. Ab hac

ad vrbem رحبة dieta, Orientem verſus. Ab hac denique ad vrbem Chriſopolim ſitam in litore freti Conſtantinopolitani, dieta. Rurſũ via ab vrbe Draſt ad vrbẽ قلفر دون fluuio a Danu appoſitam, eſt huiuſmodi: Ab vrbe Draſt ad تنوله bidui eſt iter. Ad احرنذه quatridui. Ad بولغر bidui. Ad اسقونية iter diei. Ad قورطس iter diei. Ab hac deſeres viam Chriſopolis dextrorſum deſcendeſque per Septentrionem ad vrbem فرىدمر دس itinere duarum dierum. Ab hac ad مالسوده eſt iter diei ac ſemis. Ab hac ad vrbem برماية triduum. Ab hac ad vrbem اسقوبرى iter diei. Ab hac ad vrbem اتروى iter diei. Inter hanc & vrbem رينه iter diei. Et inter hanc & افريدسفا iter diei ac ſemis. Ab hac demùm ad قلفردون ſitam propè Danu, iter diei. Rurſùs via ab vrbe ابلونة mari appoſita ad vrbẽ ارميرون Cõſtantinopolitani maris litori adiacẽtẽ, hęc eſt: Ex vrbe Laualona egreſſus, bidui conficies iter ad Adrianopolim, via terreſtri. Ab hac etiam ad Caſtoriam bidui eſt iter. Ab hac ad طاروفية trium iter dierum. Ab hac ad الارسية cxx. M. P. Ab hac deniq; ad vrbem ارمبرون duę magnæ dietæ. Iter à S. Georgio maritima ad regiones mediterraneas, & primò quidem ad vrbem روسبو eſt duarum dierum. Reſpicit hanc in litore vrbs ابوس itinere diei diſtans ab illa. Ab vrbe رسبو ad vrbem كمسبلة Septẽtrionem verſùs, xii. M. P. A روسبو quoque ad vrbem ابرس iter diei. Ab hac ad vrbem Nicolò, iter diei. A Nicolò ad سروله iter diei. Ab vrbe hac ad vrbem Arcadiopolim, iter diei ac ſemis. Ab Arcadiopoli ad vrbem مانس LX. M. P. Ab hac ad vrbem قرو iter diei. Ab vrbe hac Orientem verſus ad vrbem Conſtantinianam, CLX. M. P. Ab vrbe quoque قروى ad لبعاقن iter diei. Inter eandem قروى & montem ab eius plaga ſeptentrionali iacentem intercedit ſpatium xx. M. P. Vrbs Conſtantiniana magna eſt, diſtatq; ab ea Philipopolis XL. M. P. Et flumen اخبلون non longè ab his vrbibus decurrit. A سروله ad اغورية CLX. M. P. Et inter vrbem hãc quæ dicitur اغورية & vrbem Salonichi maritimam interſunt CXL. M. P. Verùm à Lariſſa ad trans inſulam اعريس LXXX. M. P. Inter Athenas propè mare ſitam non procul à Peninſulæ Peloponneſii freto (quod inter لرسة & Athenas protenditur

a *Danubio.*

tenditur) & inter oſtium fluminis iſtius, atque oſtium fluminis قوذا رى ſupradicti habetur interuallum L. M. P. Ab vrbe ادراس Conſtantinopolim, litora legendo, & ab hac ad oſtiū inſulæ اغريس indeque ad vrbem ارميرون in extremo quodā ſinu, intrà mare ſitā XLVIII. M. P. Ab vrbe eadem ad vrbem مترباية xxx. M. P. Ab hac ad vrbem الاطمونة cx. M. P. Ab hac ad vrbem كترس cxx. M. P. Ab hac ad vrbem Salo nichi, rectà tranſeundo, xx. M. P. Ab hac ad رندينة xxv. M. P. Ab hac ad vrbem Chriſopolim mari vicinam, xxv. M. P. Et à Chriſopoli ad Chriſtopolim xxv. M. P. In Philipi natus eſt Alexander: & à Philipi ad vrbem ـــكاة habentur xxv. M. P. Et ab hac ad vrbem S. Georgii, xxv. M. P. Ab hac ad vrbem Callipoli c. M. P. Ab hac ad بادس LXV. M. P. Ab vrbe رابدس ad vrbem رودستو xx. M. P. A رودستو, Ad vrbem Eracliam, vel Heracliam, ſiuè Eraclidem xxv. M. P. Ab hac ad vrbem سلمرنة xxv. M. P. Ab hac ad vrbem باتوم xx. M. P. Ab hac ad vrbē Rhium, xx. M. P. Hinc Conſtantinopolim xxv. M. P. Porrò vrbs Conſtantiniana triangularis eſt figuræ, & duo eius latera mari clauduntur: tertium terræ contiguum eſt, in quo & porta habetur Aurea dicta. Nouem millia paſſuum explet vrbs longitudine, habetque ſtagnum aquæ dulcis duodecim milliaribus in longitudinem protenſum. Prętereà vrbs افسس continetur ſub prouincia Aruaſica, ferturque eſſe ciuitas incolarum b cauernę; Verùm incolæ cauernæ ſunt in prouincia quadam media inter Amorræam, & Nicæam: & cauerna illa eſt in monte minùs quàm mille cubitis alto, in quo patet via, ſchalæ inſtar, à terræ ſolo ad eum vſque locum perducens, in quo iacent prædicti incolæ ſpeluncæ. In ſummitate montis cernitur cauerna puteo ſimilis, per quam deſcendere licet ad ianuam itineris, per quod trecentorum paſſuum ſpatio cùm progreſſus fueris exibis in locum luminoſum vbi cernes porticum exciſis ſuſtentatam columnis cum aliquot cubiculis, inter quæ vnum deprehendes cubiculum habens limen vnius menſura ſtaturæ altum cum ianua de lapidibus exciſis; & intra illud mortuos, qui vocantur incolæ c Arracqim; ſunt autem numero ſeptem, dormiuntque ſuper latera ſua, quæ ſunt oblita aloë, myrrha, & Kafur: ad eorum

b *Intelligit ſeptem dormientes.*

c *Hæc vox, quæ propriè ſignificat ſcriptum, cū de ſeptem dormientibus dicitur, ſignificare etiā poteſt nomen propriū Caſtelli, aut vallis, aut Montis, aut Petræ, vbi ſūt; vel certè tabulā plumbeā, in qua proſapiæ, nominum, atq; religionis eorū ſeries, & fugæ cauſa inciſa reperta eſt.*

pedes

pedes canis iacet conuolutus capite ad caudam reflexo, nec videtur niſi caluaria tantùm cum oſſibus eius pleriſque, ita vt nil deſideretur in illo. Fallũtur autem populi Andaluſiæ circa incolas Arracqim, putantes incolas Arracqim eſſe martyres illos, qui extant in vrbe Loſa. Fauces freti Conſtantinopolim attingentis deriuantur ex mari Damaſceno; & freti latitudo propè Conſtãtinopolim eſt iv. M.P. habetq; ſinus iſte ora duo: vnum iunctum mari Damaſceno ex parte meridionali nõ procul ab vrbe Abido, cuius latitudo extenditur ibi iaculatu ſagittæ; atque ibidem extant ad oſtium prædictum duæ turres cuſtodibus munitæ: habet verò in longitudine pars iſta ſinus ccl. M. P. Alterum os eiuſdem ſinus qui eſt propè Conſtãtinopolim, iungitur mari Ponto, expletq; longitudine lx. M. P. & vbi primò egreditur è mari Põto cernitur in eo loco vrbs x فنطلس occupatq; illic ſui oris latitudine vi. M.P. A prædicta vrbe ad vrbem داله habetur iter quatuor dierum. Ab hac ad vrbem x العبر c. M. P. Ab العبر ad fauces ſinus xxiv. M. P.

---

## *QVINTA PARS*

### *Climatis Quinti.*

QVinta hæc pars Climatis quinti amplectitur regionem Matos quod Orientem ſignificat, in qua eſt vrbs [a] Ammuria [b] Heſn-alaalamain [c] Marg-áſciahm [d] Marg-barghuth, & Almoſtaſca: Et regionem Faalan, in qua extat vrbs Ancara, Taglu, Cahat, Chazlaſa, & territorium Armiac: Item Conia, Laodicæa, Darachiu, Calumi, & Caſtella permulta, territoriũ Cappadociæ, & fines Tarſi vſque ad Lin, cum pluribus aliis regionibus. Itaque ab vrbe Nicæa ad vrbem Ammuriam octo dierum iter habetur: egrediens enim è Nicæa deuenies ad fluuium Maſtara poſt interuallum ſtationis: inde ad Tabaranſiam habes item ſtationem: ad vrbem Lebadhiam, ſtationem: adiacet autem hæc magno cuidam flumini, per quod nauigia grandia aſcendunt à Chalig Leba-

a *Anguriã.*
b *i. Arx duorum vexillorum.*
c *i. Pratum pinguedinis.*
d *i. Pratum pulicis.*

Lebadhiam vſque: Ab vrbe Lebadhia ad oppidum Maſſiſam habetur ſtatio: ad Caſtoram, ſtatio: ad amnem Mederi, ſtatio: ad Kandaros, ſtatio: ab hac denique ad vrbẽ Ammuriam, ſtatio. Alia quoque via eſt ab vrbe Ammuria ad Chalig: nam ab Ammuria ad caſtellum Houat habentur xv. M. P. inde ad ripam fluminis Ammuriæ ſuperiorẽ. ii. M. P. Tùm ad Fag, xii. M. P. Deindè ad Aclâhi-alghabe, xv. M. P. Ad arcem Aliohúdi, xii. M. P. Ad Sendâberi, xviii. M. P. Ad Marg-homma Regis Paderuane, xxx. M.P. Inde ad Arcem Azrubalis, xxv. M.P. Tùm ad [a] Kanaies-almalec, iij. M. P. Deindè ad [b] Almolaiian, xxv. M. P. Ad Melágenam, xv. M. P. Ad [c] Eſtabl-almalec, v. M. P. Ad [d] Arcem-alghabra, xxx. M.P. Tùm demum ad Alchalig, xxiv. M. P. eſt autem hæc ad magnum quoddam flumen extructa, quod in meridiem excurrit donec influat in in Eufratem, vocaturque flumen Cobâcqeb. Vrbs Ammuria eſt regionum omnium cùm finitimarum, tùm longinquarum ſedes. Et verò iter, quod ex ipſa ducit ad vrbem Tarſum eſt huiuſmodi: Ab Ammuria ad flumen [e] Alhaur habentur xii. M.P. Indè ad Anduſianam, xii. M. P. Ab hac ad Melchis, xx. M. P. Hinc ad ſeptum Canoniæ, xv. M. P. Ab hoc ad flumen Alahſa, xviii. M. P. Deinde ad fontes [f] Barghuth xvi. M. P. Tùm ad arcem Sciámſciachi, xii. M. P. Inde ad [g] Ras-alghábe, xvi. M. P. Ab vrbem Lin, xv. M. P. Ab vrbe Lin ad Albáhaſi, tridui iter. Hinc ad amnẽ Tarſa, xx. M. P. A flumine Tarſa ad [h] Moaſcar, xii. M. P. A Moaſcar ad [i] Darb de quo mentionẽ fecit Emroo-lcqays in carminibus ſuis, x. M. P. Eſt autẽ is mons dirimens terrã Antaliæ à terra Gerſon, protenſus ab Occidẽre in Orientẽ: extantq; in ipſo aditus muniti arcibus & cuſtodibus ingrediẽtes & egrediẽtes obſeruantibus. A Darb ad Baridun arcé, xii. M. P. Ab hac ad Hardabuſ arcẽ, xii. M. P. Inde ad [k] Algiauzat, vii. M. P. Hinc ad [l] Alzahra, xii. M. P. Ab hac ad [m] Alollaic, xii. M. P. Denique ab Alollaic ad Tarſum, xii. M. P. Alterius viæ deſcriptio à Tarſo ad Abidos freti Conſtantinopolitani oſtio appoſitam hæc eſt: A Tarſo ad Alollaic, xii. M. P. Ad Alzahra, xii. M. P. Ad Algiauzat, xii. M. P. Ad Baridun, xii. M. P. Ad [n] Alcorùm ſiniſtrorsùm,

*a i. Eccleſias Regis.*
*b i. Coloratum.*
*c i. Stabula Regis.*
*d i. Terra arboribus referta.*
*e i. Populorum.*
*f i. Pulicis.*
*g i. Initium ſyluæ.*
*h i. Caſtra.*
*i i. Ianua maxima.*
*k i. Nuces.*
*l i. Florem, ſeu Venerẽ.*
*m i. Rubos.*
*n i. Vineam.*

*a i. ſolitudinem.*
*b i. Eccleſias*
*c i. Pratum Epiſcopi.*
*d i. Simulacrum.*
*e i. Venti.*

xii. M. P. Tùm ad [a] Barrya, xviiii. M. P. Tùm ad [b] Alcanáyes, xx. M. P. Ad Tuleb, xx. M. P. Ad Rabda, xv. M. P. Ad Belcqeſſa, xv. M. P. Ad [c] Marg-aloſcof, ix. M. P. Ad Caloëri arcem, xii. M. P. Ad oppidum [d] Alaſnam, xx. M. P. Ad flumen [e] Alrih, xvii. M. P. Ad Peloti, xv. M. P. Ad Sonaime, xxiv. M. P. Ad Amo, xviiii. M. P. Ad Madernos, xx. M. P. Ad Attaſin, xii. M. P. Ad oppidum Albatric, xx. M. P. Ad pratum Namulie, xv. M. P. Ad Denos, xx. M. P. Ad arcem Palomin, ix. M. P. Ad arcem Manduttia, xii. M. P. Ad Roſtac, ii. M. P. Demùm ad Abidos oſtio freti appoſitam, xiii. M. P. Verùm qui proficiſci cupit à Ramch ad Ammuriam, exeat è Kamch ad Bádelu ſtationis interuallo diſſitam. Tum ad vrbem Tdhadna ſtatio item conficienda. A Tdhadna ad Sciommu flumen ingenti ſtratum ponte, ſtatio. Ab hoc ad vrbem Chárſciana, ſtatio. Hinc ad Caſtoreta vrbem exiguam ſed populoſam, tres ſtationes. Ab hac ad Cartameſa, trium iter dierum. Tùm ad flumen Allin, ſtationes duæ. Tùm ad lacum Buſarandæ, ſtationes duæ. Ad Meloten, iter ſemidiei. Tùm demùm ad Ammuriam, iter quoque ſemidiei. Via, quæ ab Ammuria ducit ad Antaliam Damaſceni maris litori appoſitam, eſt huiuſmodi: Ab Ammuria ad Meloten habetur iter dimidiatæ diei: Ad lacum, idem ſpatium. A lacu ad vrbem Calumi, iter diei. A Calumi ad vrbem Laodicæam, iter bidui. Ab vrbe Laodicæa ad vrbem Conia, iter diei. A Conia ad Meldi, ſtationes tres. Item à Conia ad Chazláſa, Orientem versùs, quatridui iter. A Chazláſa ad vrbem Taglu, iter bidui. A Taglu ad Cæſaream, iter tridui, Orientem inter & Septentrionem. A Cæſarea ad vrbem Sindu, tridui quoque iter. A Sindu ad Ablaſta, tridui etiam iter. Ab vrbe Ablaſta ad vrbem Meledni, tridui. A Meledni ad vrbem Kamch: & à Meledni ad vrbem Nochat, quatridui. A Nochat ad vrbem Amaſiam, bidui. Ab Amaſia ad vrbem Kamch, ſex iter dierum. Via à Conia ad Ancqera eſt quinque ſtationum. Ab hac ad vrbem Lazenda habetur iter quatridui. Ad vrbem Siti, quinque dierum. Ad vrbem Máncqere, ſex dierum. Ad vrbem Hándaca, quinque dierum. Ad arcem Manſur, tridui. Ad vrbem Antiochiam, ſeptem

ptem dierum. Via ab vrbe Meledni ad vrbem Taſſis in Armonia, eſt huiuſmodi: Ab vrbe Meledni ad vrbem Hartabart duæ habentur dietæ. Ab hac ad arcem Hámſciaca, duæ item dietæ. Ad Marcqit, duæ dietę. Ad vrbem Balu exiguam, duæ dietæ. A Balu ad arcem Giangecu, tres dietę. Ad arcem Amus in monte Magno extructam, tres dietæ. Ab arce Amus ad Taſſis, tres dietæ.

Alia quoque via eſt ab vrbe Meledni Antiochiam: nàm à Meledni ad Báhſana quatridui eſt iter. Ad arcem Kaiſum, bidui. Ad arcem Manſur, quatridui. Ad caſtellum Hadath, quod tamen habet conditiones omnes ab vrbem requiſitas, iter diei. Ab hac ad Haroniam, ſtationis interuallum. Ab hac ad [a] Alcaniſat-alſauda, breuis dieta. Poſteà ad Tarſum, ſtatio. Indè ad Adhena, ſtatio. Ad [b] Maſſiſam, ſtatio. Denique ad Antiochiam iter diei.

[a] *i. Eccleſiā nigram.*
[b] *Latinè Mopſiſtia.*

Rurſus via à Meledni ad Maſſiſam eſt huiuſmodi: A Meledni ad arcem Muas tridui iter habetur. Ad Amaſiam, bidui. Ad vrbē Kamch, quinque dierum. Ab vrbe Kamch ad vrbem Giarúmi, indeque ad Tal-Hamdun, quinque item dierum. Ad vrbem Naſia, quinque dierum. Demum ad Maſſiſam, tridui.

Iter a Chazláſa ad Antiochiam eſt id: A Chazláſa ad arcem Abranç, tres dietæ. Ad montem Nammus, duę. Ad arcem Iabter, duæ. Ad Alcaniſat-alſauda, duæ. Ad Tarſum, diei vnius. Ad vrbem Adhenam, ſtationis interuallum. Idēque ſpatium ab hac ad Maſſiſam.

Item via à Meledni ad Maiafarecqin (eſt autem Maiafarecqin de numero vrbium Armeniæ minoris) eſt huiuſmodi: A Meledni ad arcem Iani in mõte Nammus, duæ ſtationes. Inde ad arcem Sciohair, ſtatio. Ab hac ad arcem [c] Alrommane, xxx. M. P. Ab arce Alrommane ad flumen [d] Albacar, xviii. M. P. A flumine Albacar ad vrbem Aarca paruam quidem, ſed populoſam, bonis affluentem, & fertilitate conſpicuam, xviii. M. P. Ab vrbe Aarca ad amnem Cobácqeb, & ab hoc ad oppidum [e] Alhamam, xii. M. P. opponitur huic oppido ex parte meridionali arx Malattia xii. M. P. ab eo diſſita. Ab eodem oppido ad [f] Tal-Batric, xii. M. P. Hinc ad Tal Areſias, xii. M. P. iacet autem

[c] *i. Granati*
[d] *i. Bonm.*
[e] *i Columbarum.*
[f] *i. Collem.*

Areſias, ad magnum quoddam flumen, quod è montibus excurrens tandem Eufrati ſe miſcet infra Samoſat. A Talareſias ad arcem Zeiad magnam, ix. M. P. Ab arce Zeiad ad vrbem [a] Heyat, xii. M. P. Ab vrbe Heyat ad pagum [b] Alcaſſ, xv. M. P. A pago Alcaſſ ad vrbem Ardis, xii. M. P. Ab hac ad arcem Bicornis munitiſſimam, xviii. M. P. inde ad arcem [c] Alhoiam venuſtam, xviii. M. P. Denique ab hac ad Maiafarecqin, xviii. M. P.

a Vocatur etiam Hit.
b i. Presbiteri.
c i. Amantium.

Via quæ ducit ab Ammuria ad Taflis, Orientem verſùs ſecùs pratum Falan, eſt huiuſmodi: Ibis ab Ammuria ad vrbem Cobácqeb appoſitam fluuio, ſpatio duorum ſtationum. A Cobácqeb ad Sciaſciúbi habentur ſtationes quinque. Ab hac ad vrbem Afrania, ſtationes tres. Ab vrbe Afrania ad vrbē Badlan, ſtationes tres. Ab hac demũ ad Taflis.

# SEXTA PARS
## Climatis Quinti.

COmprehenduntur ſub hac ſexta parte quinti Climatis complures vrbes Armeniæ, aliquot regiones Adhrabigian, atque vniuerſa terra Ran.

Incipiamus autem ab vrbe Bárdhaa, quoniam ipſa eſt matrix vrbium Ran, eſtque vrbs maxima habens in longitudine tria ferè milliaria, minùs in latitudine. Itaque via ab vrbe Bárdhaa ad [d] Bab alabuab, Septentrionem inter & Orientem, eſt eiuſmodi: Ab vrbe Bárdhaa ad vrbem Berunh habentur liv. M. P. A Berunh ad vrbem Somachiam, xlii. M. P. A Somachia ad vrbem Saruan, tridui iter. A Saruan ad vrbem Aligian, bidui. Ab Aligian ad pontem Sammur, xxxvi. M. P. A ponte Sammur ad Bab, lx. M. P. Porrò vrbs Bab-alabuab magna eſt, ad mare Chozar appoſita, habetque intrà ſe portum nauibus opportunum, & ad vtrumque latus oſtii portus huiuſce, qui ad illam extra mare porrigitur, duo cernuntur ædificia velut duo aggeres cum catena impediente quin poſſit quiſquam ingre-

d i. Portam portarum.

ingredi aut egredi ſine permiſſu Præſidis maris: duo autem prædicti aggeres extructi ſunt lapidibus fuſo intus plumbo fortiter cohærentibus.

Via à Bárdhaa ad Taflis, talis eſt: Perges à Bardhaa ad Hanuam diſſitam ſpatio xxvii. M P. Ab Hanua ad vrbem Samcan habes xxx. M. P. A Samcan ad vrbem Hayan, LXiii. M. P. Ab vrbe Hayan ad vrbem Alcalaa, xxx. M. P. Ab Alcalaa ad vrbem Taflis, xxxvi. M. P.

Rursùs via ab vrbe Bardhaa ad Calcateres eſt xxvii. M. P. Ab hac ad vrbem Mires habentur xxxix. M. P. Ab hac ad Kailacuter, & ab iſta ad Semeſgian, XLviii. M. P. Hinc ad Dabil, xlviii. M. P.

Armenia duplex eſt, interior, & exterior: In interiore continentur Dabil, Naſua, Calicala, Ahrur, Rozcan cum locis finitimis: ſub exteriore verò, Barcori, Chelat, Argens, Sattan, Duran, cum interiectis arcibus, regionibus, atque territoriis. Et verò ciuitas Calicala iacet in intima terra [a] Rum, eſtque propugnaculum terræ Adhrabigian, & Armeniæ. Inter vrbem Calicala, & Maiafárecqin intercedit ſpatium trium ſtationum: inter Calicala & Taflis, quatuor ſtationum: eodemque modo inter Taflis, & vrbem Atrabezondam, iter octo dierum: inter Calicala, & Atrabezondam, duodecim dietæ. Atrabezonda vrbs eſt magna, ad litus maris [b] Nites extructa, & ax ipſa nauigare licet in omnes regiones Rum. Maiafárecqin eſt inter terminos [c] Algezíræ, & limites Armeniæ. Atque ſi libuerit, nauigare poteris per lacum à Marágha vſque ad Armeniam, ſpatio LXXii. M. P. Ab Armenia ad vrbem Selmas habentur XLV. M. P. videlicet duæ ſtationes. Ab vrbe Selmas ad vrbem Haüa, xxvii. M. P. Ab vrbe Haüa ad Barcori, xc. M. P. Et ab hac ad vrbem Argens, XLV. M. P. duabus conficienda ſtationibus. Ab Argens ad vrbem Chelat, tres dietæ, ſeu LXXV. M. P. A Chelat ad vrbem Badalin, LXXV. M. P. A Badalin ad Arzac, xxix. M. P. Ab Arzac ad Maiafárecqin, quatuor dietæ. A Maiafárecqinc ad Amed de terra Inſulæ, ſtationes duæ. In meridionali parte Chelat, & Argens conſpicitur lacus ſalſus, ab ortu ad occaſum protenſus in longitudinem Lvii. M. P. xxvii. latitudinem.

[a] *i. Græcorũ*

[b] *Pontus.*

[c] *i. Inſulæ, nempè Meſopotamia hodiè Diarbecr*

Dicitur quoque vrbs Kuran, & Hadran, & Segeſan fuiſſe de regno Chozar: fuiſſe autem vrbs Dabil, Naſua, Suah, Chelat Argens, & Bacheſis de regno Rum, quas expugnauerunt Perſæ vſque ad Saruan, in qua aſſeruatur petra Moſis, & in qua fertur abſconſus eſſe fons Alhaiuan. Præterea Capad Rex ędificauit vrbem Bailacan, vrbem Bardhaa, vrbẽ Chila, & Medelin. Nuſeruan quoq; Rex ędificauit vrbẽ Sabran in parte quę reſpicit mare Chozar, vrbẽ Karcara, & vrbem Bab, & Alabuab; item erexit turres permultas ad oſtia montis, qui vocatur Alcabac, ſuperant enim eæ turres numerum trecentum; extruxit etiam extra oſtium illud, quod propinquum eſt terræ Chozar, Balangiar, Samandar, & Albaidha; ædificauit etiam in terra Chazaran, vrbem Saadil, & vrbem Fairuz Capad.

Præterea in Armenia minore continetur Haua, Sanaberia, Scias, Koſal, Aligian, Arx Giardiban, Hanuan, Secca, & vrbs Albab. Verùm [a] Alabuab ſunt diſſita quædam oſtia in monte Alcabac, appoſitis arcibus munita: quale eſt oſtiũ Tſul, oſtiũ Allan, oſtiũ Sáierán, oſtiũ Lázena, oſtiũ Mázeca, oſtiũ Sagſagi, oſtiũ Domini [b] Aſſarir, oſtium [c] Cqilan-ſciah, oſtium Karuian, oſtium Tabarſaſina, oſtiũ Abran-ſciah, & oſtium Lian-ſciah. Mons autem Alcabac maximus eſt, eminentia atque altitudine præſtans.

*a i. Porta.* *b i. Throni.* *c i. Regis.*

Armeniæ terram alluunt duo flumina celebria, nempè flumen Roſſ, & flumen Korr, ambo ex occaſu ad ortum labentia; & quidem flumen Korr, quod magnum eſt atque nauigerum, habet originem propè montem, & excurrens ad Tafiis, indeque tendens ad fines Hanua, & Samcun, coincidit cum flumine Roſſ, ac demùm influit in mare Chozar. Similiter flumen Roſſ eſt magnum valdè, egrediensque ex partibus Armeniæ minoris è Calicala, pergit ad Ran, & amne Ran conſtipatum excurrit per plagam eius ſeptentrionalem quouſque attingat Varthan, ac tùm coniungitur cum flumine Korr (atque inter vtrumque iacet vrbs Bailacan) poſthæc ſimul influunt in mare Chozar.

SEPTI-

# SEPTIMA PARS
## *Climatis Quinti.*

SEptima hæc quinti Climatis pars continet vberiorem partem maris Tabareſtanici, quod vocatur mare Chozar. Itaque dicimus mare Tabareſtan eſſe mare ſeparatum, nulli cæterorum marium connexum, & eius longitudinem porrigi ab Occidente in Orientem aliquanto cum flexu ad Septentrionem, ſpatio octingentorum milliarium, latitudinem verò ſexcentorum milliarium: Extantque in eo quatuor inſulæ. Verùm influit in illud pars fluminis [a] Roſſ, Athel vocati; nam flumen hoc egrediens è terra Torc fluit excurrens in plagam orientalem donec attingat Bolghar, ibique diuiditur in duas partes, quarum vna pergit ad præfatum mare Babet Abuab: altera pars tendit ad Occidentem, peruenitque ad mare [b] Nites, quod exit è terra Conſtantinopolis, & eſt coniunctum mari [c] Ambienti, quà [d] Vicũ reſpicit. Ita vt ſiquis illud mare luſtret [e] quouſq; illùc redeat quò cœperat, nulla re impediatur aut detineatur niſi flumine Athel ſuperiùs memorato. Eſt autẽ hoc mare ſalſiſſimum, fluxui & refluxui minimè ſubiectũ: habetque profundum obſcurum, differenter à mari [f] Colzom & aliis, quoniam terra profundi eius eſt lutum nigrum. Sulcant illud mercatores cum ſuis mercibus à terra Moſlemannorum ad terram Chozar; iacentque hæ duæ terræ inter Ran, & Algiabal; Tabareſtan, & Giorgian.

A Bab-alabuab ad vrbem Samandar quatuor habentur dietæ per loca habitata. Pariterque ab vrbe Samandar ad vrbem Athel, ſeptem dietæ; Athel verò eſt vrbs & quidem primaria in Chozar: imò componitur duabus vrbibus populoſis ad vtramque ripam fluminis, quod nomen ab ea mutuatur, collocatis; & Rex moratur in vrbe, quæ eſt ad ripam fluminis occidentalem: mercatores autem, & venditores, atque plebæi degunt in vrbe, quæ iacet in ripa Orien-

[a] *Ruſſia.*
[b] *Pontus.*
[c] *i. Oceano.*
[d] *Sic vocatur fretum Conſtantinopolitanũ.*
[e] *Supple, via terreſtri.*
[f] *i. Rubro.*

orientali;habetque in longitudine vrbs Athel tria ferè milliaria. Chozarȩi ſunt partim Chriſtiani, partim Moſlemanni, partim Idololatræ : ſed in rebus ad religionem pertinentibus nemo in alium inuehitur.

Pars orientalis fluminis Athel, ex partibus Charchir excurrit inter Kaimachiam, & Olgariam, eaſque abinuicem dirimit: tendit fluxus eius in Occidentem donec alluat tergum Bolgar, at indè reflectitur ad Orientem, & prȩterfluēs Rus, tùm Bolgar, deinde Bertas, demùm exonerat ſe in mare Chozar. Ab vrbe Samandar ad vltimos ditionis ſuæ fines habentur xxx. M. P. Ab eius terminis ad primos limites ditionis Domini [a] Aſſarir, LI. M. P. & tàm Dominus Aſſarir, quàm ciues vrbis eius ſunt Chriſticolæ; fuit autem appellata vrbs, Aſſarir, quia Rex quidam Regum Perſarū vſus eſt in ea throno aureo nunquam ſatis celebrando, multorum annorum opera confecto: ſed illo pereunte, Græci potiti ſunt regni ipſius, atque ita ex throno, quem vt repererant, ſeruauerunt, Reges eorum nomen deſumunt. Spatium, quod eſt inter Socun, & Chozar, explet nongenta ferè milliaria, totam videlicet maris longitudinem. A Socun ad Daheſtan habentur ſex ſtationes. Ab Athel ad Samandar, octo dietȩ. A Samandar ad Bab-alabuab, quatriduum. Ab Athel ad primos limites Bertas, iter viginti dierum.

a i. Throni.

Prædicti maris latitudo, proſperi cum fuerint venti, à Tabareſtan ad Bab-alabuab ſuperatur nauigatione ſeptem dierum: longitudo verò, ſecundo vento, nouem dierum nauigatione. Venti maris eiuſdem Eteſiæ ſunt, diúque durant ita vt cùm ventus aliquis flare cœperit, duret ad triginta dies: eoquè mutato, alter qui ſuccedit ventus totidem dies perduret.

OCTA-

# OCTAVA PARS
## *Climatis Quinti.*

CОntinet octaua hæc pars Climatis quinti portionem terræ Olghariæ, & regiones Aláazaz multas, atque amplas, in plagis ſeptentrionali, & orientali poſitas. Poſſident hi populi mõtes inacceſſos, & ſuper iis arces fortiſſimas, in quibus muniunt ſe Reges eorum, ſuamque annonam reponunt; ſunt etiam ibi homines à Regibus conſtituti ad cuſtodiendam terram illam. Sed vrbs, quam præcipuè colunt, & ad quam ſuis cum bonis confugiunt, vocatur Hyam, atquè hæc eſt arx inexpugnabilis, in ardui montis vertice collocata, mirum in modum fortis ac munita; mõs iſte iacet ad ripam fluminis maximi ex intimis Olgharię regionibus excurrentis, ex parte orientali, è monte Asferun dicto: vocatur autem flumen illud Rudha, eſtque ingens, & cymbis traiicitur; ſulcaturque à lacu vſque ad vrbem Huam, indeque ad vrbem Giagian, quæ ſeptem dierum ſpatio diſtat ab Hyam; & verò Hyam ſita eſt à ſeptentrionali ripa eiuſdem fluminis, Giagan à meridionali: ſuntque duæ vrbes modicæ quidem, ſed fortiſſimæ.

Labitur infra vrbem Huan ex plaga ſeptentrionali amnis magnus effluens ex eadem parte ſeptentrionali è monte illo maximo, qui regiones Olghariæ dirimit à regionibus Beſgertiæ; vocatur autem mons iſte Moregar, qui ingens eſt, cujus ſummitatem attingere nemo valet ob niues, & algorem validiſſimum quibus eſt obnoxius; reperitur in dicto flumine, quando turgeſcit, magna arenæ auri copia: extrahitur ex eius profundo lapis [a] Lazurd: in ſyluis eiuſdem fluminis extat bellua Alnebr dicta, pellem habens venuſtam, pilos præ cæteris optimos, & cariſſimi pretii: capiuntur autem eius generis belluæ magnâ copiâ, atque in vniuerſas Græcorum & Armænorum partes diſtrahuntur. Itẽ in lucis prędicti fluminis inueniũtur vulpes flauæ aureũ

[a] *Vulgo Lazuli.*

Hh colo-

colorem præferentes; quia tamen raræ ſunt, & Reges gẽtium illarum partium vtuntur eis in veſtimentis ſuis, nemini concedunt facultatem aſportandi quidquam ex ipſis. Ad ripam verò fluminis huiuſce mons adeſt excelſi cacuminis è quo erumpunt aquarum ſcatebræ plus mille, omnes in flumen Margha influentes: atque in ipſius vertice duæ vrbes conſpiciuntur velut duo caſtella, quarum vna vocatur Nugia, altera Badegha, itinere diei abinuicem diſtantes; inter hanc autem plagam, & ſtagnum Chouarazm intercedit ſpatium ſex ſtationum, iacetque illa ex eius parte ſeptentrionali. Ad montis præfati fimbrias duæ item extant vrbes, quarum vna Daranda, altera Darcu appellatur: & quidem Daranda reſpicit latus occidentale Darcu, ac triduò diſtant abinuicem. Inuenitur in iſto monte, & in riuis aquarum eius lapis Albalchas, & Amethyſtus cum cæteris lapidum ſpeciebus. Inter vrbem Darcu, ad Orientem, & originem fluminis Margha quatuor interſunt ſtationes. Ab vrbe Darcu ad vrbem Giagian ſuperiùs memoratã decem habentur ſtationes. A Gharghun ad vrbem Giagiãn, occaſum inter & meridiem, ſex ſtationes. Ex meridionali parte vrbis Giagian aliquãtùm flectendo ad Orientem iacet vrbs Dhahlan ab ea diſſita octo ferè ſtationum itinere per ſolitudines incultas. A Dhahlan versùs plagam occidentalem ad Hyam, duodecim habentur ſtationes. Ab Hyam ad vrbẽ Olghariam veterem, ſtationes quatuor meridiem inter & occaſum. Ab vrbe quoque Hyam ad vrbem Nahiam, ſtationes octo. Inter Rudhan, & Dhahlan, ſtationes quatuor. Similiter ab vrbe Dhahlan ad vrbem Gharbian, ſtationes quinque Orientem inter & Septentrionem.

NONA

# NONA PARS
## *Climatis Quinti.*

QVod in iſta parte nona Climatis quinti continetur, eſt ſeptentrionalis terra Kaimachiæ, & tota terra Alodhcos; nam regiones Alodhcos habent ab Occidente terram Aláazaz: ab Oriente nationes generationeſque ſuas; & mons, qui cingit regiones Iagog, & Magog, conterminus eſt hiſce terris quas incolunt Alodhcos.

Ex plaga meridionali huius terræ lacus cernitur, lacus Tahâmæ vocatus, cuius circuitus eſt CCL, M. P. aqua viridis, & quidem intenſè viridis, at valdè ſuaueolens, & guſtui gr aiſſima. Reperiuntur in illo piſces lati, omni colore diſtincti, quos Turchæ ferunt eſſe remediorum omnium quę ad excitandam libidinem adhibentur pręſtantiſſimum, eſſeque Aſcancurio efficaciores. Ad quartam ab hoc lacu dietam extat in plaga ipſius orientali Mons [a] Giarda ſublimis, aëra tranans, in quo nullus extat locus ad ipſum conſcendendum, eſt enim ex omni parte læuis ita vt ſuperari nequaquam poſſit: ſed in montis radicibus magna excauata fuit ianua, & foramen ex ipſa ductum in montis ventrẽ, vbi præbent iter ſchalæ obliquæ ad montis faſtigium tendentes vſque ad vrbem: quæ quidem vrbs fortiſſima eſt munitiſſimaque, cum nemo valeat ad eam accedere dùm vel vnus tantùm eſt in illa vir. In media vrbe hac fons exurgit ſuauis & copioſæ aquæ cùm potui, tùm aliis vſibus opportunæ: aqua verò reſidua immergitur propè mœnia in cauitatem, cuius imum quò perueniat nemo nouit, nec vllum videtur eius aquæ veſtigium.

[a] *i. Calua.*

Ab arce Giarda ad montem, qui dicitur Cocaia, habetur ſeptem dierum iter: atque iſte eſt mons qui cingit Iagog, & Magog; habet autem is mons latera erecta adeò vt nulla eius pars conſcendi vlla ratione queat, aut ſiquomodo

conicendatur, cacumen tamen attingi nequeat ob denſarum niuium copiam, quæ nunquam ſoluuntur, & quia montis prædicti verticem occupat ſemper toto tempore quædam velut nebula, quę nunquam aut diſſipatur, aut illum deſerit. A tergo montis eiuſdem multæ ſunt vrbes de regionibus Iagog, & Magog. Quod ſi fortè aliquis hominum mõti innixus aſcendat ad videndum quid in eius ſummitate, quidque ab eius tergo contineatur, nunquam reuertitur, vel quia feris laceratur, vel quia populi vltra montem degentes capiunt omnes cuiuſlibet gentis homines, qui illos adeunt. attamen ſingulari caſu reuerſi ſunt aliquot, nũtiaueruntque vidiſſe ſe noctu in ea terra, quæ eſt à tergo montis, ignes permultos, interdiu verò nihil videri præter nebulam, vaporemque permixtum, ac latè patentem.

Species hæc Turcarum, qui vocantur Odhcos, dicuntur habere vultus latos, capita magna, pilos multos, oculos fulgurantes, ſermonem diuerſum atque peculiarem: adorare autem ignes, & ſplendores quoſcunque. A ſeptentrionali parte terræ iſtorum mons iacet magnus, qui vocatur mons Faraan habens longitudinem protenſam ab occaſu in ortum ſpatio decem & octo ferè ſtationum: & in medio monte iſto locus cernitur altus, rotundus teſtudinis inſtar, & in medio ipſius ſtagnum ignotæ profunditatis, in quod nihil incidit quin illud abſorbeat: nec hominum quiſquam, aut vllum animal poteſt in illud natare, imò ſi lignum ponatur, abſorbetur,

DECIMA

# DECIMA PARS
## *Climatis quinti.*

SVb hac decima parte Climatis quinti continetur terra Iagog ſuperioris, multas cultaſque regiones cum numeroſiſſimo populo comprehendentis. Vltra ipſos extat gens breuis admodùm ſtaturæ. Illorum autem, nempè incolarum Iagog, viri ſunt æquè proceri ac nos, eodemque modo mulieres eorum: quam tamen ſeruent politiam, quamque religionem̃ colant ignoratur.

Habitatorum Magog terra, inferior eſt terrâ prædictâ: atque ij omnes ſunt breuiſſimæ ſtaturę ita vt viri illorum nõ excedant menſuram trium palmorum, neque ſimiliter mulieres: ſunt quammaxima quaſi lanuginis copia cooperti, habentque aures magnas, rotundas, ac pendulas.

# CLIMATIS SEXTI
## *Prima Pars.*

PRIMA hæc ſexti Climatis pars continet ſub ſe totam terrã Britãnię, portionem terræ صابس & regiones [a] Pictonii. De nominibus regionum Britannicarum iſtic occurrentium ſunt Nantes, Rets, S. Michel, Dol, Dinan, S. Mahlo, S. Sau, Lyons, Cornuaila, اوين, كمنت, قمس, Redon, & Renes. De regionibus Pictauorum eſt vrbs Sais, S. Ian, & بلقير

[a] *Poitou.*

Dicimus ergò باقير eſſe vrbem populoſam, mari Salſo appoſitam, in ima continente extructam: & naues eius velafacere vſque ad S. Iacobum, & aliorsùm, atque ad omnes regiones ſibi vicinas. A باقير ad S. Ian habentur LXX. M. P. Orientem versùs. Similiter à S. Ian ad Angoleſme,

xl. M. P. A نواتش ad vrbem [b] Caſtel, xl. M. P. Pariterque à Caſtel ad Tours, lxx. M. P. Ab vrbe بلنة maritima ad vrbem Nantes lxx. M. P. Nantes eſt vrbs extructa ſecùs litus maris in extremo ſinu è mari prodeunte, eſtque prima regionum Britanniæ. A Nantes ad S. Michel, quæ eſt vltima regionum Britanniæ, habentur centum ac decem M. P. itinere terreſtri. Ab eadem verò Nantes ad S. Michel, itinere maritimo, habentur octingenta M. P. quia mare ibi valdè inſinuat ſe in continentem, ſeſeque reſtringit in ſuperiore parte Britanniæ, ita vt continentem redigat quaſi in ſaccum ore anguſtum, medio latum. Igitur qui à Nantes pergit ad vrbem S. Michel, conficit vſque ad vrbem Renes ſpatium lxxx. M. P. Ab vrbe Renes ad S. Michel, itinere terreſtri, habentur xl. M. P. S. Michel vrbs eſt populoſa ad mare Salſum extructa. Qui verò maritimum iter aggredi cupit, velafacit ab vrbe Nantes ad vrbem Renes, & l. M. P. peragit arcata ſinus litora legendo. Ab vrbe Renes ad Redan ſitam in extremitate ſinus, lx. M. P. Ab hac ad vrbem قسنش ſiuè لسس extructam in promontorio in mare procurrente, l. M. P. Ab hac ad vrbem Campolerin poſitam in medio quodam ſinu, cxx. M. P. Ab vrbe Cãpolerin ad vrbẽ S. Corombin collocatã in promõtorio in mare procurrens, l. M. P. Ab hac ad vrbẽ Lyons, cxxv. M. P. Ab hac ad vrbẽ S. Sau, cl. M. P. Ab vrbe S. Sau ad vrbem S. Mahlo maritimam, c. M. P. Ab hac ad vrbem Dinan l. M. P. A Dinan ad vrbem Dol, l. M. P. Ab vrbe Dol ad vrbem S. Michel, l. M. P. Ab vrbe S. Michel ad vrbem Sais de terra Franciç, xc. M. P. itinere terreſtri meridiem verſùs.

SECVN-

# SECVNDA PARS

## *Climatis Sexti.*

COmpleƈtitur hæc ſecunda pars Climatis ſexti regiones Franciæ, Normaniæ, Flandriæ, Hinu, Lotharingiæ, & Berri, cum nonnullis regionibus Burgundiæ Francorum, & aliquot etiam regionibus Burgundiæ Allemanorum, terra Limaniæ, & regionibus باقير, portione terræ Carantaræ, regionibus Louaniæ, & Friſiæ, parte Sabaudię, & aliquot regionibus inſulæ Angliæ.

Itaque dicimus vrbem Angers pertinere ad prouinciam Tourainæ, eſſeque vrbem venuſtam, grandem, multo populo frequentem, territorio amplo, vineis, aruiſque conſpicuam, eiuſque ciues opulentos. Ab ipſa ad vrbem Sais habentur LX. M. P. Ab eadem quoque Angers ad vrbem بتارس LX. M. P. Ab Angers etiam ad S. Michel mari appoſitam, LXXX. M. P. A Sais ad S. Michel, LXX. M. P. Ad oriētalem plagam vrbis Angers iacet prouintia Anjou parua quidem, ſed multis pagis culta, & plurimis atque amplis ruribus fœcunda. Ex vrbibus, quas ampleƈtitur, eſt Tours. A Tours ad vrbem بنتارس ad Occidentem habetur ſpatium c. M. P. A Caſtel etiam ad Tours, lxx. M. P. A Tours ad Orleans de prouintia Franciæ, lx. M. P.

Inter vrbes Franciæ numeratur quoque vrbs جالرس poſita ab orientali parte Orleans ad diſtantiā lx. M. P. Ab Orleans ad Auſſunne de prouincia Burgundiæ Francorum, lx. M. P, iacet autem ex parte meridionali Orleans. Ab Orleans ad Chartres, lxx. M. P. Et ab Orleans ad بنطير c. M. P. A Chartres ad بيطر lxxx. M. P. Ad Franciam quoque ſpeƈtat vrbs Maulx, quæ diſtat à Chartres lx. M. P. Orientem verſùs. Ab vrbe a Maulx ad vrbem Parmana ad Septētrionem, lx. M. P. Eodemque modo à Parmana ad Chartres præfatam, lxx. M. P. Occidentem verſùs. A Chartres ad Orleans lx. M. P. Ad Orientalem partem vrbis جالرس con-

a S. Calais.

conſpicitur vrbs ﻁﺮﺪﺱ diſtãtque abinuicem milliaribus octoginta: ad occidentalem verò plagam illius iacet Mans de terra Tourainæ ad diſtantiam xxx. M. P. Ab ea quoque Septentrionem versùs, ad vrbem ﺑﻴﻘﺎرس lxx. M. P. Ab hac ad Lyon de terra Prouinciæ, cxxx. M. P. Meridiem inter & Occidentem. A ﻟﻤﺴﻦ ſita in extremitate montis ad vrbem Lyon, octoginta milliaria. A Maſcon ad Dijon, lx. M. P. A Dijon, Septentrionem versùs, ad vrbem Lancam, lxx. M. P. A Maſcon etiam ad Geneuram, Orientem versùs, l. M. P. Pariterque à Lanca ad ﺑﺪﻟﻮن de terra Burgundiæ Allemanorum, lx. M. P. Item à ﺑﻴﻼﺵ ad Dijon, Orientem versùs, xxxv. M. P. Ab vrbe Lanca ad vrbem اﻧﺒﺸﺮون lxxx. M. P. ad Occidentem. Ab vrbe quoque Lanca ad vrbem Trois, lx. M. P. A Trois, Occidentem versùs, ad vrdem اﻧﺒﺸﺮون xxx. M. P. Ab vrbe Trois ad Orleans ſupra memoratam de terra Franciæ, lx. M. P.

Cum terra Franciæ iungitur ex parte ſeptẽtrionali ab oris maritimis terra Normandiæ, in qua primariæ vrbes ſunt Bayeulx, Eureux, ﺑﻨﻄﺒﺮ [a] Rhotomagus, Diepe, Caſan, Coſtance. Et verò Bayeulx vrbs eſt conſpicua, venuſta, atque populoſa: & ab ea Orientem versùs ad vrbem Eureux habentur xv. M. P. ad vrbem Rhotomagum, xxx. M. P. atque hæc eſt vrbs fluminis, ſita ab orientali ipſius ripa, grandis, atque celebris. Ab hac ad Diepe maritimam, xviii. M. P. Inter Rhotomagum, & Leſeau intercedit ſpatium xl. M. P. & propè Leſeau, quæ mari adiacet, exonerat ſe flumen Rhotomagi. A Leſeau ad Honfleur mari appoſitam, iter diei Orientem versùs. Ab hac, Orientem etiam versùs, ad vrbem Diepe, xl. M. P. Ab vrbe Honfleur, Occidentem versùs, ad vrbem Tonques mari vicinam, xxx. M. P. A Tonques ad flumen Eſtrehan, ad Occaſum, lx. M. P. flumen Eſtrehan ingrediuntur naues, & eius origo effluit ad quadrageſimum circiter illinc milliare, excurrit ad plagã orientalem Bayeulx, ac demum mari ſe mergit. Bayeulx diſtat à mari xii. M. P. A Bayeulx ad vrbem Conſtance habentur xl. M. P. A Bayeulx ad S. Michel ad Occidentem, lx. M. P. Ab Eureux Orientem versùs ad vrbem Rhotomagum, xlv. M. P. Item ab vrbe Bayeulx ad vrbem

[a] à Rouen.

Cales de terra Franciç, lx. M. P. A Coſtance quoque itinere terreſtri ad Auranche, xxx. M. P. Ab Auranche ad S. Michel, x. M. P. Septentrionem verſùs. Ab Auranche, Meridiem verſùs, ad vrbem Says de terra Tourainæ, xl. M. P. Item ab Auranche ad vrbem Mans xxx. M. P. Et à dextera interſacientis ab vrbe Eureux ad Calais occurrit vrbs Parmana.

Confinis eſt terrç Burgundiæ Francorum ex plaga oriẽtali terra Burgundiæ Allemanorum, de cuius vrbibus atque celebrioribus metropolitanis eſt اجينست Geneura, Lozanne, Beſanſon اسبين & Borbon. Burgundiæ Allemanorum contermina eſt ex parte ſeptentrionali terra [a] Lahonchæ parua quidem, ſed pagis cultiſſima, & armis perampiis, armentis, aliiſque bonis opulenta. Ex eius verò vrbibus eſt Metz, Liege, & قراى

a *Lotharingia.*

Igitur inter vrbem Metz & Borbon habentur xxx. M. P. Ab vrbe Metz ad Liege, c. M. P. Ab vrbe Liege, Septentrionem inter & Orientem ad vrbem قراى lxx. M. P. Ab vrbe Liege, Occidentem verſùs, ad vrbem Retz, c. M. P. Ab vrbe Retz, Septentrionem verſùs, ad vrbem Mieus, ſiuè Mieuz, vel Mieux, lx. M. P.

Cum terra Lotharingiæ iungitur terra Flandriæ, quæ attingit mare ex parte ſui ſeptentrionali; ex eius vrbibus eſt Luns, Apriz, Pietir, Hangers, Dair, Vadi-ſant, Oldin, بنت طربن رز Et quidem vrbs Retz iacet ad occidentalem partem vrbis Liege; & à Liege ad Mieux, Septentrionem verſùs habentur lx. M. P. A Mieus ad vrbem Luns, lx. M. P. Ab Apriz ad Malex, meridiem verſùs, xl. M. P. Ab vrbe etiam Apriz, quæ & Aprich dicitur, ad vrbem Luns, Occidentem verſùs cum flexu ad meridiem, xc. M. P. Ab vrbe Apriz ad vrbem Pietir amni appoſitam, xxx. M. P. A Pietir ad Luns, Orientem verſùs, l. M. P. Ab vrbe Pietir ad vrbem Hangirs, flumine, xxv. M. P. Ab Hangirs ad [b] Rair, ad Orientem, lxxx. M. P. & ab Hangirs ad vrbem Rhotomagum, ad Occidentem, xxx. M. P. Ab illa etiam ad vrbem Vadi-ſant exiguam valde mari adiácentem, lxxx. M. P. & ex hac vrbe conſcenduntur naues adeuntes inſulam Angliam, quam diuidit à continente fretum habens in

b *Superius Dair.*

longitudine xxv. M. P. Atque hęc eſt inſula illa maxima, quę eſt in mari Tenebrarum. Si quis velit poteſt à Vadiſant conferre ſe ad Vadi-رة, itinere maritimo lx. M.P. A Vadi-رة ad arcem Oldin mari appoſitam, xxx. M. P. ad Occidentem. Ab Oldin ad Portam vrbis Atriz mari adiacentis, ad Occidentem, xxv. M. P. A Portu Atriz ad vrbem Diepe ſuperius memoratam de terra Normandiæ, xxv. M. P.

Terrę Flandriæ ex plaga orientali contermina eſt terra لتان oris maritimis proxima; cuius ex vrbibus eſt Turnay Gand ارجش سمراي & S.Omer. Atque huic terræ iungitur ab Occidente terra Franciæ: à Meridie, terra Lotharingiæ. Igitur à Vadi ſant itinere terreſtri meridiem versùs ad vrbem الرابن habentur lxxx. M. P. A الرابن ad ابرجس, clx. M. P. iacet autem ad orientalem partem الرابن Ab ابرجس ad S. Omer vrbem exiguam, xxv. M. P. Ab vrbe iſta ad vrbem Turnay præfatam, xv. M. P.

Terram لتان attingit à meridie terra Allemanorum; ab Occidente ambit eam terra Lotharingię, cum terra Burgundiæ Allemanorum: à Septentrione, terra Suauè, & terra Bauariæ: ab Oriente, terra Saxoniæ, & portio terræ Friziæ. Ex primariis autẽ vrbibus Lemaniæ eſt vrbs [a] Mayanza à quā ad vrbem, قرميرة habetur ſpatium xxx. M. P. ad meridiem: & propè hanc flumen Morin coincidit cum flumine Rin. Ab vrbe item Mayanza ad vrbem Coloniā, lx. M. P. Septentrionem inter & Orientem. Ab vrbe Colonia ad vrbem استربرا c. M. P. ad Septentrionem: iacetque hęc ad occidentalem ripā fluminis [b] Rin. Rurſus ab vrbe Mayanza ad vrbem Baſle ſitam in vmbilico Lemaniæ, lxx. M. P. ad Orientem. diſtatque hæc à Colonia lxx. M. P. Similiter ab vrbe Mayanze ad ربقبرة xl. M. P. ad Orientem. A Colonia ad Ancobardam, lx. M. P. meridiem versùs. Pariter quoque ab vrbe ربقبرة ad Baſle xxx. M. P. ad Orientem. Ab hac ad vrbem هرلك lxx. M. P. Orientem versùs. Similiter ab hac ad vrbem نعصه meridiem versùs cum flexu ad Occidentem, lx. M. P. Item à هرلك ad vrbem Baſle lxx. M. P. Et ab hac ad vrbem نعصه xlv. M. P. eſt autem hæc vrbs magna, eſtque domicilium Regis Allemanorum.

[a] *Moguntia.*

[b] *Rheni.*

A

A شبروزه ad اصو lxxx. M. P. Orientem inter & meridiem. Ab eadem quoque ad Strigonio, idem ſpatium. A Strigonio ad vrbem Belgrado, xxx. M. P. verſus plagam meridionalem: Belgrado verò eſt ex vrbibus terræ Carinthiæ; terra autem Carinthiæ confinis eſt terræ Aquileiæ ab Occidente: ambitur à Meridie regionibus Venetorum: ab Oriente terra Hongariæ: à Septentrione terra Bohemiæ ſupra memorata. Iacetque terra Carinthiæ inter Danubium, & flumen ذرى & ex regionibus atque vrbibus eius primariis eſt بلداربه بلدوارح & نبطرم & بلمرابه & شيرلاو & برزح & atque omnes hæ regiones contermine ſunt regionibus Venetorum. Inter regiones etiam terræ Carinthiæ proximas Venetis eſt vrbs بيلو ſita in meridionali ripa fluminis بورة In-ter vrbem Buda & vrbem نيلو ac Burſia habetur iter quatuor dierum ad Orientem. Similiter à برزح ad vrbem شيقلاو extructam ad ripam meridionalem fluminis, tres dietæ. Ab vrbe برزح ad vrbem شروزه Septentrionem verſus tres dietæ. Pariter quoq; ab vrbe برزه ad vrbē جبك ليوسكه Septentrionem verſus cum flexu ad Occidentem, tres dietæ. Et ab hac ſimiliter ad شروزه lx. M. P. Ab hac etiam vrbe ad Strigonium, lxxx. M. P.

Terræ Limaniæ iungitur à meridie terra Auſtriæ: ab Occidente terra Lubæ: ab Oriente terra Saxoniæ: à Septētrione mare Tenebroſum. Quare de vrbibus terræ Auſtriæ eſt بويزه & اكرولنجه & سوراص & شيكاة. Et verò vrbs سبسكه medium occupat locum in terra Auſtriæ, diſtatque ab vrbe سترنا lxxx. M. P. ad Occidentem. Similiter à سبسكه ad vrbem سوراص habentur lxxx. M. P. Et ab eadem quoque ad اكرلنجه lxx. M. P. Ab hac ad Boſna mari appoſitam, vii. M. P. Et ab eadem etiam ad vrbem Coloniam, c. M. P. Idem ſpatium ab vrbe بريزه Orientem verſus ad vrbem ورزة de terra Saxoniæ.

# *TERTIA PARS*
## *Climatis Sexti.*

TErtia hæc pars Climatis ſexti complectitur reliquam terram Bohemiæ, aliaſque regiones, de quibus, Deo fauente, ſumus acturi. Itaq; dicimus vrbem قلاح eſſe de terra[a] Carantaræ adiacentem flumini درن & ab ipſa ad vrbem Belgrado haberi lxx. M. P. ad Aquilonem. Ab vrbe Belgrado ad vrbem براذة ſitam propè amnẽ Danubium, xxxv. M. P. Ab vrbe بوس اذة ad vrbem بذوار lx. M. P. & inter haſce duas vrbes influit amnis درن in flumen Danubium: eſtque بورازة terminus regionum Carantaræ. Ab vrbe نبطرح ad vrbem اقرن de terra Bohemiæ, xl. M. P. De terra Bohemiæ duo egrediuntur flumina in plagam occidentalem decurrentia modico cum flexu ad meridiem, quæ demùm exonerant ſe in amnem Danubium non procul à دوز اذه. Prodeunt autem ea duo flumina è monte Meluat vocato, qui Bohemiam dirimit à Polonia, & poſtquàm ſeparatim defluxerunt, in vnum coaleſcunt, ac ſic in amnem Danubium ſeſe effundunt. Ab الوميم ad vrbem بلاح xc. M. P. & ab hac ad vrbem Belgrado, lx. M. P. Ab illa rurſus ad افرنراك l. M. P. ad Occidentem. Ab hac ad vrbem نجبرك de terra Bauieræ, c. M. P. Porrò افرنراك & بلاح & اقوليه ſunt confines terræ Carantaræ. Ab vrbe افرنك بيلة ad ابرندس l. M. P. Ab hac ad vrbem انيه ſitam prope flumen بيلة lxxv. M. P. Ab hac etiam vrbe ad vrbem ابلازة populoſam, xc. M. P. Hinc ad vrbem Rauennam, cxx. M P. Item ab vrbe ابيفة ad vrbem بافردون Septentrionem verſùs, quinque ſtationes. Et ab illa quoque ad vrbem فوز c. M. P. Similiter ab hac ad قامردون lxx. M. P. qui ſi conficiantur itinere terreſtri, conſtituunt duas ſtationes admodùm grandes: flumine verò, minus eſt ſpatium. A Rauenna ad vrbem افرندسنا de regionibus Macedoniæ, duæ longæ ſtationes. Ab hac ad vrbem نيمو l. M. P. Poterit, qui voluerit, ab vrbe حربغرابة

[a] Carinthia

con-

conferre ſe ad vrbem ناقلة confecto itinere quinque ſtationum: egredietur enim ex vrbe, ac poſt magnæ ſtationis interuallum deueniet ad oſtium fluminis تشيا indeque ad vrbem زاقلة quatuor peragendæ ſtationes, aſcendendo per flumen. Ab hac vrbe ad vrbẽ تنسبو in meridiem; quatuor habẽtur ſtationes grandes. Et ab eadem ad vrbem متبو ad plagam occidentalem, ſtationes quinque. Ab vrbe اقراقل ad vrbem حبازيه ad Orientem, c. M. P. Ab hac ad vrbem تبقلاية lx. M. P. Ab hac ad شوملى de terra Sobaræ, c. M. P. Totidemq; ab vrbe اقراقل ad ببوبرك quæ etiam eſt de terra Saxoniæ. Inter hanc & هالة intercedunt xl. M. P. Et inter eandem atque vrbem ذولبرم ad Occidentem lx. M. P. Ab eadem quoque ad vrbem قولاصة c. M. P. ſeu quatuor ſtationes, meridiem versùs. Ab hac Occidentem versùs ad vrbem هريك de terra Allemaniæ, lx. M. P. Ab vrbe etiam قولاصة ad vrbẽ مثلة ad Orientem, c. M. P. diſtatque hæc à هالة lxxx. M. P. A نبزبرك ad vrbem وزرم appoſitam flumini, xv. M. P. A هالة ad دلبرم lxx. M. P. Et à نبوزبرك ad سوراتس ad Occidentem lx. M. P. Deñique à وزرم ad mare Tenebroſum, xxv. M. P.

---

# *QVARTA PARS*

## *Climatis Sexti.*

Continet iſta pars quarta ſexti Climatis prouinciam Germaniæ, terram Gethuliæ, & aliquot regiones Ruſſiæ vlterioris. Et quidem de regionibus in terra Gethuliæ cõprehẽſis ſunt افريقسفا وسبة تبوى نبدنو برقسنر اثرو تبنو. De regionibus autem Germaniæ ſunt اغرنبوس & مسنوس مقالنرمه كرتي اطاس فربال دنبلى اسبنوس اقرنوس لبغاقر قروز برفنو ايمن احبلوبرلس طمطانة دلسبنه اسكولاى اتلى بسترس عولى دوليا قليملا ا مادنبوس مسنبس اعرمبى برسكى مبقالى برسكلاف سلبة باسلبكو غالوبلوس امبد ابلوغبن ادرستو قسطنطينه بروى جمتمسقس اخبلو سروبكى atque omnes iſtæ ſunt vrbes primariæ celebres, & illuſtres.

iacent vrbs Nicomedia, & vrbs Chalcedonia: huius autem freti oſtium eſt coniunctum mari Ponto.

Iter quod Conſtantinopoli, litora carpendo, ducit ad Atrapezondam litoream confinem terræ Armeniæ, eſt huiuſmodi: A Conſtantinopoli ad vrbem Meſnam oſtio freti appoſitam, indeque Orientem versùs procedendo ſecus litus meridionale ad inſulam Danbiſiam, habentur c. M.P. Ab hac inſula perges ad oſtium fluminis [a] Zagara effluentis è regionibus Bailacan, magni, grandia nauigia ſuſtentantis, & latiſſimo prope ſuum oſtium alueo mari ſe immiſcentis. Ab oſtio huius amnis ad vrbem Heracliam, lx. M. P. verum litora plena ſunt ſinibus, ſcopulis, ac montibus crebris. Ab Heraclia ad oſtium fluminis Parthenii, lxxxv. M.P. Indeque ad Samaſtro, xv. M. P. Reſpicit hanc à meridie vrbs Parthenia ad ripam eiuſdem fluminis Parthenii ſic ab ea denominati appoſita: diſtant autem abinuicem eæ duæ vrbes ſpatio L. M.P. Ab vrbe Samaſtro ad vrbem Sicotore, cl. M. P. Ab hac ad vrbem Senopolim, c. M. P. Et ab hac ad vrbem Namoni in mediterraneo ſitam, ſtationes quatuor meridiem versùs. Ab hac ad vrbem Lanio, cl. M. P. eſtque hæc vrbs magna atque populoſa, & ex ea nomen habet plaga illa: vocatur enim ea terra, terra Lan, cuius incolæ ſunt natio quædam Romæorum Neſtorianorum. Hinc ad vrbem Cania ſecus mare Salſum extructam, xl. M. P. Ab hac ad vrbem Nuna litoralem, l. M.P. Et ab hac, litora ſectando ad vrbem حارزنى l. M. P. Ab hac denique ad vrbem Atrapezondam Salſo mari appoſitam, cxxx. M. P. Ab Atrapezonpa ad Taflis de terra Armeniæ habetur iter octo dierum.

Poteſt etiam qui vult ab Atrapezonda Conſtantinopolim adire itinere terreſtri; nam ab Atrapezonda ad Berſenda bidui eſt iter. Ab hac ad Kendiam vrbem, quinque dietæ. Hinc ad Elmam vrbem quoque valde exiguam, tres dietæ. Inde ad vrbem Aſtiopolim, duarum iter dierum. Deinde ad Samoſatru maritimam, quinque dietæ. Poſtea ad Herkelaum, quæ eſt ipſa Heraclia, ſtationes tres. Demùm Conſtantinopolim, octo dies.

Similiter via, quæ eſt Conſtantinopoli ad vrbem Metrechã

[a] *Hortel: Sargarius.*

recham ſitam in litore ſeptentrionali, talis eſt: Egredieris etiam Conſtantinopoli, & xxv. M. P. conficies ad Ilogos. Ab Ilogos ad vrbē [a] Imidhia, xxv. M. P. Ab Imidhia ad A- *a Medie.* gatopolim, xxv. M. P. Ab Agatopoli ad vrbem Baſelicũ, xxv. M. P. A Baſelico ad vrbem Sexopolim, xxv. M. P. A Sexopoli ad Anchialum, xxv. M. P. atque his duabus ſinus eſt interiectus habens in latitudine tredecim milliaria, quindecim longitudine in continentem porrectus. Ab vrbe Anchialu ad اكين xxv. M. P. & ab hac ad vrbem برنس l. M. P. Ab Armocaſtro ad flumen Danubium, iii. M. P. Et ab hoc flumine ad Aclibiam, ſpatium curſus vnius. Ab hac ad oſtium fluminis Dineſt, curſus. A flumine Dineſt ad [b] Ca- *b i. Oppido.* ria, l. M. P. Tum ad Mules, totidem milliaria. Indè ad Kerſonam, curſus nequaquam iuſtus, videlicet octoginta milliaria. A Kerſona ad Galitam de regionibus Commanitarum, xxx. M. P. A Galita ad vrbem Gharura, xii. M. P. Ab hac ad vrbem Bertabita, x. M. P. Hinc ad vrbem Lebedham, viii. M. P. Ab hac ad Saluſtam, x. M. P. Et ab hac ad vrbem Saltadia mari appoſitam, x. M. P. Ab oſtio fluminis Saltadiæ ad Buther, xx. M. P. Hinc ad oſtiũ fluminis Ruſſiæ, xx. M. P. Ab oſtio fluminis Ruſſiæ ad Metrecham, idem ſpatium.

In flumen Ruſſię prædictum exonerát ſeſe fluuii ſex magni ortum habentes in monte maximo, qui terram interſecans porrigitur à mari Tenebrarum in extremam partem orbis habitatam; Is enim mons protenditur vſque ad regiones Iagog & Magog in vlteriorem plagam orientalem, indeque in meridiem excurrit donec attingat mare Tenebrarum nigrum, quod Piceum vocatur. Et in iſto mari, quod ad præſentem quintam partem ſpectat, continetur ex inſulis habitatis inſula Andiſara, cuius longitudo porrigitur ab occaſu ad ortum, quamque reſpicit in continente vrbs Siuſa ſemicurſus interuallo diſſita. Ab hac inſula ad inſulam Saranba Orientem versùs, duo curſus habentur: atque hanc reſpicit in continente vrbs Kerſona ſpatio ſemicurſus remota; diſtatque inſula Saranba ab vrbe Metrecha maritima curſu & ampliùs. Item ab inſula Saranba ad

 inſulam

inſulam Ghardia verſùs plagam meridionalem habentur xl. M. P. via recta. Ab hac inſula ad vrbem Atrapezonda maritimam, tres curſus. Inter eandem iſtam inſulam, quæ grandis eſt & culta, atque inſulam Azela ad Orientem, intercedunt xx. M. P. hæc etiam inſula culta eſt, medio inter Atrapezondam, & Metrecham itinere iacens, ac prope illam tranſire coguntur omnes qui mare ſulcant euntes aut redeuntes.

Verùm vt nunc redeamus ad vrbes Bergian memorandas, dicimus ab vrbe Zancra, de qua ſupra mentionem fecimus in ſecunda parte, ad vrbem Beſteris haberi iter diei. Ab hac ad vrbem Ruſucaſtro, xxv. M. P. Et ab hac ad vrbē Megali-therme, xv. M. P. Ab vrbe Megali-therme ad vrbem Anucaſtro, iter ſemidiei. Hinc ad vrbem Gholoni, ſpatium idem. Idemque ſpatium ab hac ad vrbem Baſegha. Et ab hac etiam ad vrbem Acle iter ſemidiei. Ab vrbe Acle ad Aſſibios, iter diei.

De regionibus autem Ruſſiæ ſub iſta parte contentis sūt Loſna, Zala, Seclay, Galiſia, Setopoli, Parmonſa, Armen, Beraſanſa, Logiaa, Saſeca, Vſia, Kenau, Barzula, Barzelau, Cano, Alſecca, & Mulſa. Itaque vrbs Parmonſa collocata eſt prope flumen Diabres, diſtatque ab vrbe Senopoli itinere ſex dierum. Ab vrbe Parmonſa ad vrbem Kenau eidem fluuio Diabres appoſitam, deſcendendo per flumen, habentur ſex dietæ. Ab hac ad Barzula poſitam in ſeptentrionali ripa fluminis, l. M. P. Ab hac ad Vſia itinere terreſtri, duæ dietæ. Ab vrbe Vſia ad vrbem Beraſanſa duæ etiam dietæ. Idemq; ſpatium ab hac ad vrbem Logiaa, Septentrionem verſùs. Hinc ad vrbem Armen, tres leues ſtationes. Ab vrbe Armen, Orientem verſùs, ad vrbem Beraſanſa, ſtationes quatuor. A Beraſanſa ad vrbem Muls ad oſtium fluminis Diabres extructam, quinque ſtationes. Alſecca vrbs eſt ad oſtium fluminis Sanabres appoſita ex orientali parte. Ex hac vrbe ad vrbem Cano, ſtationes tres. Ab vrbe verò Barzula ſuperiùs memorata deſcendendo per flumen ad vrbem Berzelau habetur iter diei. Ab vrbe Berzelau deſcendendo etiam per flumen ad Cano prædi-

ctam,

ctam, iter diei ac ſemis. Ab vrbe Kenau ad vrbem Nabi de terra Commaniæ, ſex ſtationes.

## *SEXTA PARS Climatis Sexti.*

AMplectitur ſexta hæc pars Climatis ſexti particulam maris Pontici cum adiacentibus illi regionibus, complectur etiam portionem terræ Commaniæ, regiones Ruſſiæ exterioris, aliquot regiones Bolghariæ, portionem terræ Beſegert, regiones Lan, ac terram Chazaræorum cum regionibus eius.

Mari Pontico adiacet ex his regionibus Atrapezonda antea memorata, & quidem eſt metropolis, à qua ſecus litora procedendo in plagam orientalem ad oſtium fluminis Ruſiu, habentur lxx. M. P. flumen iſtud magnum eſt, habetque originem ſuam in tergo montis Cabac, vnde in Septentrionem excurrens ſecat terram Laniæ: neque vlla celebris adiacet ei ciuitas, ſed pagi populoſi ad vtramque illius ripam cernuntur. Ab oſtio huius fluminis ad vrbem Aſkiſiam, quæ venuſta eſt & vnum ex propugnaculis regionum Laniæ, habetur ſpatium cl. M. P. Ab vrbe Aſkiſia ad vrbẽ Aſcala de terra Laniæ, ſex ferè milliaribus à mari diſſitam, xx. M. P. Ab hac litora legendo ad vrbem Aſtiriam, idem ſpatium. Ab vrbe Aſtiria ad vrbem Laniam, xxiv. M. P. Ab vrbe Lania ad vrbem Chazariam, à qua nomen habent Chazaræi, flumini appoſitam, xliv. M. P. Ab vrbe Chazaria ad vrbem Kiram, xxv. M. P. Et ab hac ad Commaniam, quæ nomen dat Commançis, xxv. M. P. Ab vrbe Commania ad vrbem Matalona, quæ & Commaniat [a] albidh vocatur, l. M. P. Ab hac ad vrbem Materina, c. M. P. Ab vrbe verò Metrecha ad vrbem Ruſſiam, xxvii. M. P. vrbs Ruſſia poſita eſt prope magnum quemdam fluuium è monte Cocaia apam aduenientem. Ab vrbe Ruſſia ad vrbem Iuter, xx. M. P.

[a] *Alborum.*

## SEPTIMA PARS
### *Climatis Sexti.*

SEptima hæc pars Climatis ſexti continet ſub ſe portionem maris Chazaræi cum vicinis regionibus Bezegert interioris, & Bezegert exterioris, nec non finitimis illi à Septentrione regionibus Aſconiæ. At maior pars harum duarum, quas nominauimus, terrarum frequentibus plena eſt ſcopulis: de regionibus tamen Beſegert exterioris ſunt Carucqia, Namgian, & Augian, quę omnes ſunt cultæ. Ab vrbe Namgian ad vrbem Augian habentur ſtationes octo, eſtque hæc vrbs de terra Aſconiæ Turcarum, grandis, ac populo frequens, ſita prope amnem Athel, qui peruenit vſque ad mare Tabareſtan. Ab vrbe Augian ad vrbem Carucqia, per flumen deſcendendo, habentur octo dietæ, itinere verò terreſtri, ſexdecim ſtationes ad Occidentem. Ab vrbe Carucqia versùs plagam ſeptentrionalem ad Beſegert exteriorem, ſtationes decem.

## OCTAVA PARS
### *Climatis Sexti.*

COntinetur ſub hac parte octaua Climatis ſexti terra fœtida, & terra Samticqi, nempe terra Turcarum Valachitarum: item terra Siſian, videlicet regiones illæ dirutæ, quas deſtruxerunt incolæ Iagog, & Magog; regiones ſolitariæ, remotorum finium, ac diſſitæ plagæ; mercatoribus, & viatoribus non multùm viſæ (ſoli autem incolæ illarum ibi mercantur) ob terræ ſolitudinem, morborum qui-

quibus obnoxiæ ſunt frequentiam, atque pluuiarum aſſiduitatem. Terræ autem Samaricqi regiones ſunt Marzan, Ghauran, Dademi, Sacra, Chothinachont, Bagraa, Retſa, Chorman, Debenha, & Lachman. Complures terræ Siſian regiones ſunt deſertæ, paucaque reperiuntur in ea loca habitata, inter quæ magis celebria ſunt Sarmacqia, & Taghura.

Ergo terra Samaricqi clauditur à Septentrione montibus excelſis, & collibus altis conſcenſu perarduis: nec niſi raræ patent in illa viæ, eæque deſertæ, atque aſperæ; ab Oriente ſimiliter montibus ambitur. At Ghauran, Marzan, Sacra, & Dademi, has inquam quatuor, mons circundat curuus ad modum literæ و, neque datur aditus ad illas, niſi per anguſtũ oſtium, quod paucis viris defendi poteſt. Huic oſtio impendent ex ipſa petra arcus ab vno monte in alium producti, & ſuper arcuum verticem extat locus per quem deſcenditur. Hoc idem oſtium, per quod aditum patere diximus ad regiones prędictas, magnus interfluit amnis ex interna montis parte emanans, qui per præfatum locum anguſtum egrediens excurrit extra montem vſque ad maximum quemdam lacum aliquando cultum, aliàs verò deſtitutum gente quadam vaga & errante more cæterorum vagabundorum cuiuſcunque terræ, tàm Turcarum, quàm aliorum. Ex eo lacu fluuius egreditur in meridiem tendens, qui poſtea flumini Darandæ ſe immiſcet.

Ab vrbe Ghauran ad vrbem Marzan tres habentur ſtationes ad Orientem. Ab vrbe Marzan ad vrbem Sacra: ſtationes quatuor item ad Orientem. Pariter quoque ab vrbe Marzan ad vrbem Dademi, ſtationes quatuor. Et ab vrbe Dademi ad vrbem Sacra, quatuor item ſtationes. Ab vrbe Dademi ad vrbem Ghauran, deſcendendo per flumen, ſtationes tres: itinere verò terreſtri, ſex ſtationes. Inter Dademi & vrbem Sahadrug ad Septentrionem, quinque dietæ. Qui vult poteſt ab vrbe Marzan abire Orientem inter ac Meridiem ad vrbem Charcan appoſitam fluuio nomen ab ea deſumenti, qui fluuius magnus eſt ortum habens in monte Moreghar, monte ſcilicet maximo, cuius longitudo

tudo ſuperat octingenta milliaria, vt anteà diximus. Vltra hunc montem ex parte meridionali degit quædam gens vagabunda Turcarum Gazitarum Chanaaketh, qui aliquãdo terrã Samaricqi adierunt paucos intra dies, eaque deſtructa redierunt in patriam ſuam. Terra enim Chanaaketh ſeparatur à terra Samaricqi prædicto monte Moreghar. Flumen autem illud, cui adiacet vrbs Arcan, magnum eſt, & ex monte Moreghar effluens excurrit Septentrionem versùs vſque ad ingentem lacum poſitum inter montem Ghamera, & regiones Cafra; alueus eiuſdem fluminis plenus eſt magnis lapidibus ita læuibus, vt equo vadari nequaquam poſſit, at profundiora eius loca cymbis ſulcantur: eius aqua ſemper eſt æqualiter frigida: ferturque maſſa eius aquis ſubacta nullo egere fermento.

Qui ab vrbe Arza proficiſci cupit ad vrbem Danbaha, ſeptem dierum itinere ambulabit rectà in Orientem per loca plana, atque facilia, virentia, & mira fertilitate luxuriãtia: vrbs autem Danbaha venuſta eſt ad occidentalem ripam fluminis Lochman appoſita; Lochman verò eſt vrbs, cuius monte ex imo fluuius emanat prædictus, nomen ab ea deſumens, copioſus aquis, curſu quæ piger, quem cymbæ ſulcant à Danbaha ad lacum, indeque ad vrbem German, aduerſa vnda. Ex vrbibus Samaricqi Chaulachitarum eſt vrbs Lochman ſanè magna, extructa ſuper montem Sunia, qui regiones Samaricqi dirimit à regionibus Siſian, in qua diximus extare terram deſertam.

NONA

# *N O N A   P A R S*
## *Climatis Sexti.*

NOna hęc pars Climatis ſexti complectitur portionem terræ Chofsach, terrā Torcos, & Aggerem Iagog & Magog. Et quidem terra Torcos confinis eſt dicto Aggeri, eſtque regio frigida, crebris niuibusac pluuiis ſubiecta, qualis eſt etiam terra Chofsach.

Agger autem Iagog & Magog res eſt, de qua libri mentionem fecerunt, quamq; hiſtoriæ ſuceſſiuè confirmarunt. Quod enim hac de re fuit relatum à Salam [a] Altargiaman, hoc idem narrauit Abdallah filius Chordádhebe in ſuo libro: idemque ſcripſit Abu-naſr Algihani. Sic autem habēt hi duo Authores: [b] Fidelis Deo, cum vidiſſet in ſomniis Aggerem à Bicorni extructum inter nos, & Iagog ac Magog quaſi apertum, aduocari iuſſit Salam Altargiaman dixitque ei: Abi, vide Aggerem iſtum, & affer mihi nuncium de qualitate, deque conditione illius; præcepit etiam quinquaginta viris vt eum comitarentur: dein dedit ei quinque millia denariorum, munuſque obtulit illi decem millium dracmarum: imperauitque vt ſingulis comitibus eius tribuerentur quinquaginta millia dracmarum, & commeatus pro anno integro: ſtatuitque illis centum mulos ad portandam aquam & viaticum. Ait ergo Salam Altargiaman: Profecti ſumus de Sorramanray cum literis quas Rex ſcripſerat ad Iſaac filium Iſmail Dominum Armeniæ, vt noſtri itineris curam gereret, inuenimuſque illum in Taflis: cumque fuiſſemus eum allocuti, dedit nobis epiſtolas ad Regem Alſarir, & vbi ad illum peruenimus, eumque conuenimus, miſit nos ad Regem Lan: & ad hunc etiam cùm veniſſemus, miſit nos ad Dominum Fila-Sciah, cum quo ſermonem habuimus, & aliquot apud eum dies tranſegimus: poſthæc elegit nobis quinque duces ad ducendos nos per viam, quam aggreſſi eramus: cúmque viginti ſeptem dies indè progreſſi eſſemus ad termi-

nos

[a] *i. Interprete.*

[b] *Titulus eſt quo Regem honorant.*

nos regionum Beſegert, deuenimus in terram nigram, longam, protenſam, graueolentem, quam decem dierum itinere confecimus: ad eam verò tranſeundam prouideramus nobis de rebus odoriferis, vt ne ex eius graueolentia nocumentum liquod perciperemus. Ea demùm tranſacta, iterfecimus ſpatio menſis per terras deſolatas, quarum ædificia ita contrita erãt, vt ſola veſtigia vetuſtatis indicia deprehenderentur: ſciſcitantibus autem nobis ab his qui nobiſcum erant de vrbibus illis, reſponderunt eas eſſe vrbes, quas populi Iagog & Magog expugnauerant euerterantq; Indè ſex dierum itinere peracto deuenimus ad arces propinquas monti illi, cuius in hiatu conſpicitur Agger: & in iis arcibus homines erant Arabicè ac Perſicè loquentes. Extat etiam illìc vrbs, cuius Rex vocatur [a] Chacan Odhcos, ciues Moſlemanni, habentes templa atque gymnaſia, quibus petentibus à nobis vnde venerimus, indicauimus nos eſſe miſſos imperatoris Moſlemannorum fidelis. Mirati ſunt audito nomine imperatoris Moſlemannorum, interrogaueruntque nos vtrum imperator Moſlemannorum ſenex eſſet an iuuenis: diximus, iuuenis. Magis etiam admirati dixerunt, Vbinam eſt? Reſpondimus, in Arac, in vrbe quæ vocatur Sorraman-ray. Hoc etiam admirati dixerunt, Nunquam hæc audiueramus. Nos deinde quæſiuimus ab eis vndenam peruenerat ad ipſos religio Moſlemannica, & quiſnam ipſos eam docuerat: dixerunt, Peruenit ad nos multis abhinc annis vir quidam longo inſidens equo oblongas habenti manus pedeſque, & gibbam in dorſo (intelleximus autem camelum ab ipſis deſcribi) is, inquiunt, nobiſcum moratus, & ſermones nobis intelligibiles ad nos locutus, docuit nos legem atque ceremonias Moſlemannicas, eaſque recepimus: docuit nos etiam Alcoranum, eiuſque ſenſus, quos & didicimus atque ſeruauimus. Ait Salam: Poſthæc exiuimus ad videndum Aggerem, & ſpatio duorum fere ſtadiorum ab vrbe recedentes peruenimus ad Aggerem: & ecce tibi montem conciſum valle centum quinquaginta cubitis lata, & intra canalem illum portam ferream quinquaginta cubitos altam, duabus munitam paraſtatis,

[a] *i. Imperator.*

raſtatis, quarũ vnaquæque habet in latitudine vigintiquinque cubitos, craſſities autem, quæ extra portam prominet, deprehenditur eſſe decem cubitorum; tota verò porta conſtructa eſt lateribus ferreis ære conte&tis; altitudo paraſtatarum eſt quinquaginta cubitorum, & verticibus paraſtatarum ſuperliminare imminet longitudinis centum viginti cubitorum, ita vt ſpatio decem cubitorum extendatur ſuper ſingulas paraſtatas. Supra ſuperliminare cernitur ædificium lateribus ferreis ære contectis vſque ad montis cacumen erectum, quantum ſe acies oculorum extendere poteſt altum, cui etiam ferreæ pinnæ ſunt impoſitæ, & in vertice cuiuſlibet pinnæ duo cornua in extremitate ſeſe inuicem reſpiciētia. Porta prædicta duas habet valuas clauſas, quarum vnaquæque explet quinquaginta cubitos latitudine, quinque craſſitie: & columnæ earum rotundæ, ſunt eiuſdem menſuræ cum ſuperliminari. Præterea cernitur ſupra portã peſſulus qui ſeptem cubitos explet longitudine, cubitum vnum ambitu craſſitiei: atque is peſſulus eleuatur ab humo menſura vigintiquinque cubitorum. Quinto ſupra peſſulũ cubito extat ſera longior peſſulo & ſuper ſeram clauis lõgitudinis cubiti ac ſemis, cui duodecim anſæ craſſiſſimis mortariorum piſtillis pares ſunt appenſæ catenis duodecim craſſis quaſi anulus baliſti. Limen portæ inferum eſt decem cubitorum, in longitudine centum cubitorum, præter id quod paraſtatis occultatur, ex quibus cubiti quinque tantum apparent. Omnia autem prædicta menſurata fuerunt cubito [a] Sauadico. Præſes illarum arcium ſingulis diebus Veneris equum conſcendit vnà cum decem equitibus, quorum ſinguli geſtant malleum pondo quinque minarum, atque iis malleis ter ſingulis diebus peſſulũ percutiunt, tum vt audiant qui retro ianuam ſunt, & animaduertant adeſſe ibi cuſtodes: tum etiam vt iſti certiores fiant ne quid machinetur gens Iagog & Magog in portam. Vbi verò malleatores peſſulum percuſſerint aures admouent ad auſcultandum quod eſt vltra portam, audiuntque murmur excitari ab iis qui intus ſunt, ex quo colligitur gentem contineri in altera parte. Non longè ab iſto loco iacet caſtrum decem ſtadia vndique occupans; Et prope ipſam

[a] *Sic dictum à Sauad, quo nomine vocatur territorium Arac.*

portam duæ ſtant arces, quarum vnaquæque habet in altitudine ducentos cubitos, totidemque in amplitudine: & inter vtramque arcem fons manat aquæ ſuauis. In vna prædictarum arcium aſſeruantur inſtrumenta, quibus extructũ fuit propugnaculum, vt caldaria ferrea, & cochlearia ferrea, caldaria verò illa ſunt podiis ſuperpoſita, & ſuper quolibet podio quatuor habentur caldaria ſimilia caldariis ſaponis. ibidem quoque cernuntur reliquiæ laterum ferreorum, quibus fabricatum fuit propugnaculum, præ rubigine cohærentium: quilibet autem later habet in longitudine cubitum & ampliùs, palmum altitudine.

Ait Salam Altorgiaman: Præterea quæſiuimus ab incolis eius loci, quibuſcum verſabamur vtrum vidiſſent vnquam aliquem ex populis Iagog & Magog. Reſponderunt vidiſſe ſe multos ex eis ſuper pinnas propugnaculi, ventumque vehementem flaſſe aduerſus eos, tresque ex ipſis noſtram in partem proieciſſe: erat autem menſura cuiuslibet viri ex ipſis duorum palmorum cum dimidio. Ait Salam Altorgiaman: ſcripſi ego iſta omnia, & mecum ipſe portaui, ac deinde profecti ſumus vnà cum ducibus ex gente prædictarum arcium, qui nos Choraſan versùs duxerunt; Nam ex iis arcibus iuimus ad vrbem Lochman, ad vrbem Aaraban, ad vrbem Berſagian, ad Taran, ad Samarcand, peruenimuſque ad Abdallah filium Taher, & morati ſumus apud eum dies aliquot: deditque mihi centum millia dracmarum, & ſingulis meis comitibus dedit quinque millia dracmarum: ſtatuit etiam ſingulis equitibus aſſeclis meis quinque dracmas, tres dracmas peditibus in cenſum diurnũ; diſceſſimus illinc ad Ray, indeque reuerſi ſumus ad Sorra-man-ray viginti octo poſt menſes, quos in itinere poſt noſtrum ab ea diſceſſum inſumpſeramus.

DECI-

## DECIMA PARS
### *Climatis Sexti.*

SVB hac decima parte ſexti Climatis continetur portio terræ Iagog & Magog; nec aliud quidquam habemus dicendum de hac parte præter ea quæ refert Ptolemæus in libro Geographiæ; is enim loquens de his duabus vrbibus, licet eas minimè nominet, earum tamen longitudinem latitudinemque deſcribit. Et verò quod ad illas pertinet, approbamus quæ de ipſis affert in ſuo libro. Atque hac decima parte abſoluta finis imponitur Climati ſexto.

## CLIMATIS SEPTIMI
### *Pars Prima.*

TOTA hæc prima pars Climatis ſeptimi eſt mare Tenebroſum, inſulęque ipſius omnes ſunt obrutæ atque incultæ. Attamen Author libri mirabilium ait eſſe tres in hac parte vrbes lapſis temporibus habitatas, ad quas erant ſolitæ naues diuertere ad emendum ab earum incolis Ambarum, lapideſque coloratos. Volente autem quodam ex ipſiſmet regnare ſuper eos, prælium vnà cum ſuis commiſit in illos: ac licet debellatus fuerit, tamen ob exortas inimicitias, atque diffidia, quidam eorum indè profecti in mediterraneum penetrauere, atque ita vrbes illorum dirutæ incultæque manſere.

# *SECVNDA PARS*
## *Climatis Septimi.*

IN hac ſecunda parte Climatis ſeptimi comprehenditur portio maris Tenebrarum, vbi Anglia inſula magna ſtruthiocameli ſimilitudinem referens, in qua cernuntur vrbes cultæ, montes ſublimes, fluuii currentes, terra plana: at hyems perpetua regnat in ipſa. Propinquior huic continens eſt Vadi-ſant de terra [a] Frandes: nam inter inſulam & continentem fretum interiacet latitudinis duodecim M. P. Cæterùm ex vrbibus in remotiore occidentali parte huius inſulæ contentis, & in extremitate quæ anguſtiſſimum in ea locum conſtituit ſitis eſt vrbs سهستار milliaribus duodecim mari diſſita. Ab hac ad vrbem غرهم litori vicinam habentur LX. M. P. Similiter etiam ab vrbe سهستار ad prædictam extremitatem occidentalem inſulæ habentur CCCLXXX. M. P. Ab eadem quoque ad Portum Dertmouth, LXXX. M. P. Tum ad extremitatem inſulæ dictam Cornual, C. M. P. Item ab vrbe سهستار ad vrbem Saluburγ ſitam in mediterranei parte ſeptentrionali, LX. M. P. Etiam ab vrbe غرهم ad promontorium vrbis Hampton in mare procurrens, XXV. M. P. atque hanc alluit ex parte ipſius orientali fluuius Vuincheſter. A Vuincheſter ad Salubury habentur XL. M. P. ad Occidentem. Ab Hampton ad vrbem Shoram in litore maris extructam, LX. M. P. Et ab hac litora legendo ad vrbem Haſtinges, L. M. P. Et ab hac etiam litora carpendo versùs Orientem ad vrbem [b] Doures ſitam in ſummitate freti per quod eſt aditus ad continentem finitimam mediterraneo magno, LXX. M. P. Ab vrbe Doures ad vrbem [c] Londres in mediterraneo poſitam, XL. M. P. iacetque hæc prope flumen, quod mari ſe mergit inter vrbem Doures, & vrbem Iarmuth. Ab vrbe Iarmuth ad vrbem ترعين decem milliaribus à mari diſſitam, XC. M. P. Ab hac ad vrbem غرىمسى mari adiacentē, lxxx. M. P. Ab vrbe autem Iarmuth ſuperiùs memorata pergit mare flexu

[a] Flandres.
[b] Douer.
[c] London.

flexu rotundo in plagam ſeptentrionalem. A prædicta vrbe اغريمس ad vrbem اقرديك lõgè à Tenebroſo mari ſitam in extremitate inſulæ Scotiæ conterminæ inſulæ Angliæ, LXXX. M.P. Ab hac vrbe ad oſtiũ fluminis بسكه CXL. M.P. eſt autem بشكه arx ad prædictum flumen appoſita, duodecim milliaribus mari diſſita. Ab vrbe اغريمس antea memorata ad vrbem Nicolas ſitam in mediterraneo, C. M. P. Hanc verò amnis interfluit, & ex ipſa labitur ad vrbem اغريمس cui⁹ in parte meridionali mari ſe miſcet, vt præmonuimus. A Nicolas ſita in mediterraneo ad vrbẽ اقردنكه XC. M.P. Tum ad vrbem ذرواله LXXX. M. P. Septentrionem versùs, procul à mari. Ab extremitate Scotiæ deſertæ ad extremitatem inſulæ Irlandæ habetur ſpatium duorum curſuum ad Occidentem. Et ab extremitate inſulæ Angliæ ad inſulam دنس curſus. Ab extremitate Scotiæ ſeptentrionem versùs ad inſulam ارلاندة LXXIII. M. P. Et ab huius inſulæ extremitate Orientem versùs ad inſulam زنباغة XII. M. P. Habet autem inſula ارلاندة in longitudine quadringenta millia paſſuum, centum quinquaginta latitudine.

---

## *TERTIA PARS*

### *Climatis ſeptimi.*

In hac tertia parte Climatis ſeptimi continentur oræ maritimæ terrę Boloniæ, terra Suedæ, regiones Finmarck, inſula دارمرشة & inſula برقافة Quare nos de his oris maritimis atque inſulis ſermonem faciemus, Deo iuuante, quo modo egimus in antecedentibus. Et verò præ cæteris vrbs برنس adiacet flumini ſuo, diſtatque à mari XV. M. P. Et inter eandem vrbem atque vrbem بروبرك intercedit ſpatium XXV. M. P. Ab eadem quoque ad oſtium fluminis Albe, C. M.P. A flumine Alba ad fauces inſulæ, quæ dicitur دارمرشة LX. M. P. eſt autem inſula iſta figuræ rotundę, arenoſa, vrbeſque primarias continet quatuor, oppida permulta, portus celebres cultoſque. Et primò à faucibus inſulæ ad vrbem سباكه quę occurrit à ſiniſtris ingredien-

 gredien-

gredienti, habentur xxv. M.P. Ab hac litora legendo ad portum طرمنك omni ventorum periculo defunctum, cuique imminet ædificium, l. M. P. Ab hoc portu ad portum حدنو c. M. P. hic etiam portus eſt ab omni ventorum iniuria ſecurus, adiacentque illi putei aquæ dulcis. Ab iſto portu ad portum وزبيداة habitationibus cultum, cc. M. P. (atque ex hoc portu ingreditur quis inſulam برتاطه quam ab ipſo diuidit fretum habens in longitudine ſemicurſum) Idem quoque ſpatium habetur ab hoc portu ad vrbem هرش منسته Hinc ad arcem Londuni, lxxx. M. P. Et ab hac arce ad vrbē Siſipolim, c.M.P. Ab hac ad fauces inſulæ, xii. M.P. iſtius autē inſulę ambitus eſt ſeptingentorū quinquaginta milliarium. Ab eiuſdē inſulæ faucibus litora legendo ad vrbem حرزه c.M.P. Hinc ad vrbem لندشوذن cc. M. P. Et ab hac vrbe ad oſtium fluminis Cotolo cui adiacet vrbs سقطون vocata, cxc. M.P. Ab hac ad vrbem قلمار cc. M. P.

---

## *QVARTA PARS*

### *Climatis ſeptimi.*

QVarta hæc pars Climatis ſeptimi continet maiorem partem Ruſſię, regiones Finmarck, terram طست terram Illandę, & terram, [a] Almagius. Pleręque terrę iſtę ſunt ſolitudines, atq; deſerta, cum oppidis aliquot populoſis, niuibus perennibus, & exigui regionibus numeri. Verùm terra Finmarck multa poſſidet oppida, rura, pecudeſque: neque vlla reperitur in ea ciuitas populoſa pręter vrbē ابرين & vrbē Calmar. Ab vrbe Calmar Occidentē verſus ad vrbem Sactum habentur cc. M. P. & ab eadem Calmar ad oſtium ſecundi brachii fluminis Cotolo, lxxx. M.P. & ab hoc flumine ad دغواطة c. M. P. eſt autem hęc vrbs magna, litori maris adiacens, pertinens ad terram طبست At verò terra iſta poſſidet multa oppida atque rura, ſed vrbes perpaucas: & vehementius in ea viget frigus, quàm in terra Finmarck, nullo enim tempore, ne ictu quidem oculi, gelu caret algoreque. Ab vrbe Anhu, quæ venuſta eſt, conſpicua,

a.i. Infideliū

atque

atque populoſa, pertinens ad terram Iſlandę, ad vrbem دمواطه cc. M. P. Inter vrbes Iſlandę cenſetur etiam بلوى vrbs exigua magni caſtelli inſtar, cuius ciues agreſtes, minimæque induſtriæ, at ouibus abundantes ſunt; diſtat verò hęc ab vrbe Anhu Meridiem versus cum flexu ad Orientem ſex ſtationibus. Ab eadem vrbe Anhu viam ſecus litora carpenti ad oſtium fluminis Buhu l. M. P. conficienda. Hinc ad arcem قلموس longè diſſitam ab oris maritimis habentur c. M. P. Ab hac arce ad vrbem مدسونه ccc. M. P. Ab hac ad vrbem صوتو de terra Almagius maritima, LXX. M. P. De terra verò Almagius mediterranea eſt vrbs Nay ſex dierum itinere diſtans à mari. Ab vrbe Nay quoque ad vrbem قلوى quatuor dietę. Et ab hac versus occaſum ad vrbem مسار ſeptem dietę.

---

## *QVINTA PARS*

### *Climatis ſeptimi.*

IN hac parte quinta Climatis ſeptimi continetur ſeptentrionalis terra Ruſſię, & ſeptentrionalis terra Commanię. Et verò in terra Ruſſię ſub iſta parte comprehenſa paucę ſunt regiones, eęque montibus cinctæ: nec certam adhuc habuimus à quoquam de nominibus earum notitiam. Maris autem Tenebroſi occidentalis extremitas tangit partem Ruſſiæ ſeptentrionalem, pergitque in eandem plagam ſeptentrionalem: tùm flectitur ad occaſum, ac nullus extat poſt eius flexum locus permeabilis.

# SEXTA PARS
## *Climatis ſeptimi.*

HÆc ſexta pars Climatis ſeptimi complectitur exteriores Commaniæ regiones, & portionē terræ Bolghariæ. In terra Commaniæ eſt vrbs Troba, & vrbs Acliba, ambæ populoſæ, qualitatibus, & conditionibus minimè diſcrepātes. Inter Truba & vrbem Selau in plaga meridionali habentur c. M. P. per planities, in quibus raræ inueniuntur habitationes. A Truba ad vrbem Aclibam, quæ hac noſtra tempeſtate ditionem terminat Commanitarum, eſt iter octo dierum. In ſeptentrionali parte terræ Commaniæ cernitur lacus Ghanun, cuius aquæ ſuperficiem perpetuum occupat gelu, quod paucis æſtiuo tempore diebus exceptis nunquam diſſoluitur; influūt autem in hunc lacum amnes octo, quorum vnus eſt amnis Serua, quem nemo extra dies æſtiuos traiicere poteſt, quoniam præ ſummo frigore extremitates membrorum abſumit. In hoc etiam lacu generantur piſces, è quibus extrahitur magna glutinis copia: & in ſyluis eidem lacui adiacentibus inuenitur bellua, quæ vocatur Albabro.

Porrò in terra Bolghar eſt vrbs Babun fortis ac munita, in vertice montis extructa, ædificiis, ac fertilitate conſpicua. Ab huius vrbis parte ſeptentrionali iacet mons Cocaia, vltra quem nullum reperitur ædificium; neque vlla animantia ob algoris vehementiam.

SEPTIMA

# SEPTIMA PARS
## *Climatis ſeptimi.*

SVb hac ſeptima parte Climatis ſeptimi continẽtur reliquæ regiones Beſegert, aquilonaris plaga terræ fœtidæ, & maior pars terræ Begenac. Ex vrbibus Beſegert exterioris ſunt Maſira, & Caſira duæ vrbes exiguæ, quas rari mercatores adeunt; nemo enim audet ad illas accedere, quòd earum ciues alienigenas omnes eò venientes occidant. Sitæ ſunt autem prædictæ duæ vrbes ad amnem quemdam influentem in amnem Athel.

Verùm regiones Begenac paucæ ſunt, neque conſtat nobis eſſe apud eos populos vrbem maiorem vrbe Banamoni: copioſæ tamen ſunt eæ gentes, de genere Turcarũ, præliaque gerunt in Ruſſæos, & in confines Romæos: cùm ipſi fortes ac muniti ſint in montibus.

# OCTAVA PARS
## *Climatis ſeptimi.*

COmplectitur hæc pars octaua ex duabus terris loca deſerta, in quibus eſt terra profunda; Narrat enim Algihani ſuo in libro tranſiſſe illos,[a] prope terram iſtam poſtquam egreſſi erant de terra fœtida, eamque vidiſſe, & eius longitudinem itinere diei confeciſſe. Ad hũc terræ tractum nemo deſcendere valet cùm ob maximam ipſius profunditatem, tùm propter laterum aſperitatem; eam verò terram eſſe habitatam deprehenderunt ex fumo, quem pluribus in partibus eius interdiu viderunt, & ex ignibus quos veluti ſtellas interdum accedere, aliquando latere cernebant. At quod magis peregrinum videtur, eſt in ea flumen vmbræ

[a] *Intelligit Salam alioſque, quorum hyſtoria narratur ſuperiùs ex eodẽ Algihani, pag. 267*

inſtar apparens, ſecans illam ab Auſtro ad Aquilonem, cui adiacent ædificia. Nemo autem poteſt vlla ratione eò deſcendere, aut inde aſcendere, cùm id ſit quammaximè arduum.

## *NONA PARS*
### *Climatis ſeptimi.*

CONtinet hæc pars nona Climatis ſeptimi portionem terræ Iagog, & Magog interioris, & portionem maris picei, extremum ſcilicet mare orientale, quod etiam tenebroſum eſt. Narrat Auctor libri mirabilium eſſe in intimis regionibus Iagog & Magog flumen [a] Almashar dictum, ignotæ profunditatis, in quod gentes illæ, cùm bellum iniunt ſimul, & captiuos ducunt, proijciunt mancipia: iiſque proiectis egredi ſtatim è rupibus ad vtramque fluminis ripam erectis maximæ molis volatilia, quæ proiecta corpora priuſquam ad imum perueniant rapiunt, & ad prædictas rupes ſublata comedunt. Fertur præterea eſſe in huiuſce fluminis profundo ignis perpetuò flammigerans.

*a i. Locus interitus.*

## *DECIMA PARS*
### *Climatis ſeptimi.*

TOta hæc pars decima Climatis ſeptimi occupatur mari Tenebroſo, in quo nulla prorſus extat habitatio, & vltra quod quid ſit ignoratur. Atque hæc ſunt quæ de partibus orbis terrarum tam habitatis quàm mari obrutis cognoſcere potuimus. Quamobrem benedictionem Deo Domino creaturarum.

# INDEX

## RERVM ATQVE VRBIVM PRÆCIPVARVM

### IN HOC OPERE CONTENTARVM

Alphabetico ordine digeſtus.

### A


*ABadan ſpecula & arx. pag.* 121
*Abdallah filius Chordadbebe Hyſtoriographus.* 267
*Abidos caſtellum.* 237
*Abin incolæ magi.* 26
*Abu naſr-Algibani hyſtoriographus pag.* 267
*Acca ſcilicet Ptolomais vrbs nobilis. pag.* 116
*Adamas vbi reperiatur.* 32
*Aden portus duorum marium.* 25
*Eadem eſt montibus ita cincta, vt duobus tantùm oſtijs ad eam pateat aditus.* 25
*Adhab vrbis ſitus.* 44
*Adhab præſes moratur in ſolitudinibus.* 44. *Eiuſdem vrbis actor quinam ſit.* ibidem
*Adhana vrbs.* 195
*Adrabigian atque eius vrbes.* 208
*Aera libri huius notatur, pag.* 170
*Aeſtuarium prodigioſos producens piſces.* 68
*Aethnæ æmulus mons.* 123
*Agger celeberrimus à Bicorni conſtructus.* 267
*Aghena Metropolis ac ſedes regia.* 32
*Aghmat-Varichæ ſitus, atque amœnitas.* 75
*Aghmat incolę quales.* 75
*Ain-ſemes Balſami regio, Pharaoniſque voluptas.* 98. & 99
*Alaatſi fluuij origo, curſus, ac oſtium. pag.* 195
*Alabiadh fluuij origo, curſus, atque oſtium.* 162
*Alcatſr vrbs perſpicua.* 156
*Albanin Græci irruunt in circunuicinas partes Aſuan.* 18
*Albahnaſa vrbis ſitus.* 43
*Alchabur fluuius.* 199
*Alexander Ariſtotelis ſuaſionibus quærit, ac reperit arborem aloës. pag.* 23
*Alexander magnus iunxit ſimul duo maria.* 148
*Alexãdriæ deſcriptio exacta.* 94
*Alexãdriæ candelabrum celebre* ibid.
*Alexandrię aulam ingentem quis ędificauit.* 96
*Algebal vrbes, ac territoria.* 205
*Algezirę ſcilicet Meſopotamię limites.* 198. & 199.
*Almalec fluuius.* 204
*Almaſila vrbs.* 81
*Almonba fluuius.* 42
*Eiuſdem origo.* 43

Aloës quomodo, & vbi ab Alexandro inuenta. 23
Aloës vtilitas. 24
Aloës è folijs quomodo eliciatur. 24
Aloës Socotrina omnium optima. 23
Alrabij ſcriptor. 148
Alrami inſulæ longitudo, ſalubritas, & aquarum copia. 33
Alſcizs fluminis origo, curſus, atque oſtium. 211
Amaſiun mons, & quæ in ipſo reperiãtur plantę. 82
Ambarum quid ſit, & vbi producatur. pag. 29
Ammuria, ciuitas metropolitana in regione Matos. 237
Amol vrbs, atque fluuius. 206
Anatis fluuij oſtium. 155
Anconæ iter deſcribitur. 225
Andaluſiæ forma & magnitudo. 151
Angers ampla atque diues. 251
Animalia incantata. 27
Animalia venuſtiſsimę, atque pretioſiſsimę pellis vbi naſcantur. 245
Animalia muſci & Zibethi in monte Rabon. 32
Anſana vrbs antiqua ſecus Nilum, fertilis & amœna, è qua Pharao magos euocauit. 41
Antidotum contra morſus ſcorpionum, pag. 81
Antidotum contra morſus ſerpentum. pag. 14
Antachia vrbs. 195
Antuba vrbs. 101
Apoſtolorum Petri & Pauli templum & altare magnificentiſsimum in vrbe Roma. 224
Aquæ ſalutares. 26
Aquarum penuria vnde tanta in partibus Nigrorum. 7
Araba Peninſula, eſt Iaman. 50
Arabum lingua antiqua nũc ignota. 24
Arac regni magnitudo, ac limites. 203
Arbor ferrea in medio flumine erecta, è qua præcipites dant ſeſe homines. 70
Ardabil regio. 207
Arenæ colles ignis beneficio in argentũ conuertuntur. 37
Argenti fodinæ. 141
Arles non longè ab oſtio Rhodani ſita. pag. 215
Arma Nigrorum quæ ſint. 9
Armænia, atque eius vrbes. 240
Armæniæ limites. 195
Armænia duplex. 241
Armæniæ minoris deſcriptio. 2[illegible]2
Armæniam duo alluunt flumina nauigera. 242
Aſbahan. 125. ac 205
Aſcar-mocram ingens ciuitas. 125
Aſna antiqua vrbs ſecus Nilum. 43
Aſſarir vrbs cur ſic dicatur. 244
Aſtachar vrbs populoſa. 118
Aſtorabad vrbs. 205
Aſuan vrbs emporetica. 17
Aſuan frugibus atque carnibus mirę ſuauitatis abundat. 18
Athel ſedes regia duas in vrbes diuiſa. 243
Athel incolę cuius religionis. 244
Athel fluuij curſus, oſtiũ atq; origo. 244
Atraſæ vrbis ſitus. 66
Atrabeʒ unda. 263
Atraghan vrbs. 68
Atramenti ſutorij fodina. 141
Aulam Alexandriæ ingentem quis ædificauit. 96
Auri fodina diues. 30. & 141
Auri arena vbinam inueniatur. 245
Auri copia vbi reperiatur. 38
Aʒeke portus celebris. 74
Aʒeke fœminæ innuptæ quomodo ſe proſtituant. 74

B

BAal-bac vrbs nobilis ad Libani radices. 117
Bab-alabuab vrbs magna cum portu. pag.

pag. 240
Bachuan, atque eius montes. 144
Baghdad, atque eius ſitus. 197
Baghdad itinera ad Kaccam atq; alias vrbes. 144
Baghdad exacta topographia. 204
Baghani vrbs magna muro cincta. 86
Bagharghar regio, atque eius vrbes. 143
Bahanec fluuij origo & curſus. 68
Baidha vrbs cur ſic dicatur. 128
Baiona vrbs. 217
Bairut ſeu Beritus vrbs. 117
Balad ciuitas perſpicua. 201
Balch vrbs, atque eius territorium. 138. & 210
Barca vrbs. 42
Barcæ terra ad quid vtilis. 92
Barcelona vrbs. 2.9
Bardhaa vrbs matrix Armaniæ. 240
Barduinus ſeu Balduinus quo loco ſit demerſus. 102
Baſſara vrbs. 205
Begiaya Metropolis. 82
Belcqis vxor Salomonis oriunda è Saba. 26
Benezert vrbs atque eius lacus. 85
Bergian, atque eius limites. 262
Beruan, atque eius lacus. 144
Beruh portus Sinarum celebris. 64
Beryllus vbi reperiatur maximus. 32
Beth-leem atque eius templum exactè deſcriptum. 115
Bezonæ incolarum cibi horrendi. 22
Bochara vrbs. 141. & 210
Boggiana ciuitas. 163
Bona quo anno expugnata. 88
Botam montes aſperrimi. 141
Boues ſepulti. 63
Breſillum vbi naſcatur. 33
Brunduſium. 228
Bubali ſine caudis. 33

C.

Cacala vrbs ſerico ac veſtibus cacalicis celebris. 68
Cacqele ſeu cardamomi planta. 65
Cadeſia vrbs. 120
Cæſarea. 116
Caſartutha vrbs amœna. 201
Caſsa metropolis. 86
Cais vrbs antiqua. 41
Caitaghora emporium. 61
Calaa vrbs celebris. 81
Chalcantū copioſū in inſula Cypro. 194
Calla inſula camforæ. 34
Calhan incolæ capita habēt belluina. 71
Calat-Aiub vrbs. 159
Caleres emporium. 58
Canfora vbi reperiatur. 34
Canfora quo pacto ex arboribus eliciatur. 35
Canforæ patula vmbra. 34
Canes rubri feras dilacerantes. 28
Capad rex vrbes quatuor ædificauit in Chozar. 242
Capua vrbs. 227
Caranttia. 211
Carcaddani deſcriptio cum miraculo. 33
Carcaſſona. 219
Carcona inſula à Rogerio expugnata. pag. 90
Carinæ Rubri maris quomodo fabricentur. 108
Cartagena vrbs vetuſta. 161
Caruan Indiæ portus. 139
Caſan vrbs. 142
Caſmir celebris Indorum ciuitas. 65
Cataractarum Nili cauſa. 42
Caudata gens in inſula Namaneg. 70
Chacuni mons celebris. 21
Chaleſa in Sicilia ſedes erat Moſlemanorum. 170
Chamdan fluuius maximus. 70
In huius alueo arbor ferrea. 70
Chanecu portus Sinarum celebrior. 35
Charchir terra conſpicua. 145
Charchir incolarū cibus quiſnam. 146
Chaſaran inſulam gens incolit prodigioſa. 71

*Chorasan atq; eius termini.* 205. *&* 210
*Chouarazm ſeu Giorgiania.* 137
*Churegian, atque eius urbes.* 137. *&* 207
*Cocaia mōs cingit Gog & Magog.* 247
*Colira castelli ſitus.* 160
*Huius faſtigiū cur ſuperari non poſsit.* pag. 248
*Columna incrementi Nili index.* 98
*Comr inſula immenſæ magnitudinis* pag. 31
*Eius inſulæ Regi molles ac laſciui uiri ſeruiunt.* 31
*Conſtantinopolis deſcriptio.* 235
*Conſtantinopolitani freti latitudo.* 2 6
*Corinthi ſitus.* 191
*Cornu Carcaddani index ueneni.* 33
*Corpora Apoſtolorū Petri & Pauli ubi ſunt.* 224
*Coſantina nobilis urbs fluuio cincta.* pag. 85
*Cotis fodina.* 109
*Cqena urbs a quo condita.* 142
*Cqennaug ſedes regia.* 65
*Creta inſula atque eius magnitudo.* pag. 192
*Cubeſtan atque eius urbes.* 208
*Curſus menſura eſt centum millium paſſuum.* 166
*Cuſa urbs Nubiæ.* 17
*Cuts urbs ſecus Nilum.* 42
*Cypri deſcriptio.* 194

D

*Dainur regio atque urbs.* 207
*Damamil urbs ſecus Nilum.* pag. 42
*Damaſci urbis ſitus, ac laudes.* 116
*Damaſcenum mare ab Alexandro cum Tenebroſo iunctum.* 148
*Damaſceni maris lōgitudo ac latitudo.* pag. 166
*Danubij origo.* 222
*Daraa urbs ſecus amnem Segelmaſſæ.* pag. 75
*Daran mons cuius longitudinis.* 75
*Dhafar metropolis.* 52
*Dogiail fluuij curſus.* 200
*Domicilium mouens riſum omnibus ad ſe accedentibus.* 144
*Durius fluuius.* 215

E

*Ebro ſeu Iberi origo, curſus, atque oſtium.* 159
*Echmim urbs nobilis.* 41
*Effigies humana reperitur in cornibus Carcaddani.* 33
*Elbæ inſulæ magnitudo.* 168
*Ermaiſt urbs amœna.* 58
*Eufratis origo atque oſtium.* 197

F

*Farab ciuitas in Turcomania.* 211
*Fas metropolis duabus conſtat urbibus.* 78
*Ferrifodinæ celebres in montibus Kabel.* 66
*Firabuz urbs populoſa.* 58
*Flumen quod ſecat Ethyopiam cur non ſit Nilus.* 19
*Fodinæ ſmaragdi ubi ſint.* 18
*Fons orationis tempore tantummodo fluens.* 173
*Fornicatio permittitur apud ſubditos Balabere, non adulterium.* 64
*Foſtat quænam ſit urbs & cur ita dicatur.* 97
*Eiuſdem exacta deſcriptio.* 97. *&* 98
*Fretum Calabriæ nauibus infauſtum.* pag. 172
*Fruges nullæ recentes in partibus Nigrorum præter dactylos.* 9
*Frumentum ſpatio dierum 40. ad maturitatem perducitur.* 158

G.

*Genbitha principalior urbs Aethiopiæ.* 19
*Gens prodigioſa.* 71
*Geneua urbs.* 221
*Genua urbs.* 223

Ghaghan

Ghaghan vrbs. 212
Ghammas fluuij origo, curſus, atque oſtium. 214
Ghana vrbs regia populoſa & emporetica. 10
Ghanæ rex trahit originem a Mohamedis proauis. 10
Ghanæ regis iuſtitia ſingularis. 11
Idem rex bis equitat in die. 11
Ghanæ regem præcedunt elephantes & camelopardales. ibid.
Ghaur inſula frugifera. 71
Giarda mons aſperrimus. 247
Intra hunc montem aditus apertus ad vrbem in eius cacumine poſitam. pag. 247
Gigel vrbs duos habet portus. 84
Gibani ſcriptor. 33
Giban ſiuè Gehon fluuij origo, curſus, & oſtium. 196
Gibonis fluminis origo. 138
Gibon omnium fluminum maximum. pag. 138
Gibonis longitudo. 212
Gibonis in alueum ſe exonerant plura flumina. 138
Gil regio, atque eius vrbes. 140
Gilon vrbs venuſta. 200
Giodda vrbs, Meccæ portus, 45
Gionuan vrbs amœna. 49
Gionuan incolæ miſcellanei. ibidem
Giorgian vrbs. 208
Giroſt vrbs. 129
Giura mons. 221

H

Habaſciæ ſeu Aethiopiæ deſcriptio. 14
Habran vrbs quâ gente culta. 25
Hadbramut terra celebris. 26
Haleb ſeu Aleppus emporium. 196
Hamad vrbs ingens. 205
Haſan Ben-Almonder author rerum memorabilium. 20
Hauar quis ſit atque cur ſic dicatur. pag. 73
Hemts ciuitas antiqua. 198
Heraclia ciuitas. 260
Holuan metropolis. 260
Homines mulieribus ſimiles. 71
Homines prodigioſæ formæ belluarum more viuentes. 71
Hormoz ſeu Hormus. 129
Hormoz regis olim, nunc Hauz vocatur. 129
Hoſain filij Aali ſepulcrum frequens. pag. 204
Huelua vrbs. 155
Hyiacinthi fodina. 31
Hyacinthi peninſula. 146
Hyeroſolimæ atq; eius templi topographia. 111. & 112

I

Iathreb ſeu Medina & Medinat-Alnabi. 45
Inter Iathreb & Meccam quanta ſit diſtantia. 45
a Iathreb ad Meccam diuerſa patent itinera. 46
Idruntum vrbs. 229
Imagines in templo Hyeroſolimitano. pag. 112
Incantata animalia. 27
Inceſtuoſi impuniti. 64
Incolæ prim' ac ſecundi climatis cur ſint nigri, criſpæque comæ. 7
Incolæ Beriſſæ rapiunt incolas Lamlem ac diuendunt. 8
Indiæ reges fornicationem ac vinum permittunt. 32
Indi non multum contriſtantur in funeribus. 64
Indi cur ſe ſponte deijciant in flumen. pag. 70
Indorum æquitas atque iuſtitia. 63
Indorum mortui comburuntur. 63
Indorum Regum funebris pompa per vrbem. 63
Indorum publica fides. 63

Inſula

Inſula viridis à quo, & quo tempore expugnata. 154
Iter ab Alcairo ad Tennis. 100
Iter per Nilum à Metſr ad Aſuan. 99
Iter nouum à Metſr ad Bahnaſa. 106
Iter à Sohar ad Albahrain periculoſum pag. 54
Iter ab vrbe Damaſco ad Medinã. 119
Iter maritimum ab octo conſobrinis ſuſceptum. 156
Iter confectum iuſſu Regis Arac vſque ad Gog & Magog. 267
Iter ab Alcairo ad Medinam & Meccam. 107
Itinera diuerſa ex Metſr ſeu Alcairo ad varias vrbes. 100. & 101. & 102. 103.

K

Kabel vrbs ædificijs clara. 66
Kabel montes aromaticarum plãtarum feraces. 66
Kabun emporium. 129
Kaimac terra, atque eius limites. 213
Kalbe Indorum fluuius, in quem ſe deijciunt Sinenſes. 69
Kambaia emporium ditiſsimum. 60
Karch vrbs. 206
Karmania, atque eius vrbes. 129
Kaugha vrbs populoſa, emporetica. 13
Huius vrbis incolarũ potus. ibid.
Kaughitanarũ mulierũ veſtitus. ibid.
Kelcaian terra breſilli ferax. 65
Kucu celebrior Nigrorum Metropolis ac ſedes regia. 13
Kucu rex armis & militibus potẽs. 13
Kucutanorum veſtitus, & equitatus. pag. 13
Kufa vrbs. 120

L

Lacus calidus ægrotis ſalubris. 26
Lamleminéolæ notam inurunt ſuis infantibus. 8
Lamt quis, & cur ſic dictus. 73
Lapis mirabilis contra ſcorpionum morſus. 118
Laſaa vrbs. 26
Laſerpitium creſcit prope vrbem Sorra. pag. 134
Later ex auro triginta ponderis librarum. 10
Labla vrbs atque eius fluuius. 155
Lazurd vulgo Lazuli vbinam inueniatur. 245
Legionis iter deſcribitur. 218
Lempeiada peninſula. 173
Lignum ſerpentinum quale, & quam afferat vtilitatem. 14
Lyon vrbs Prouinciæ. 252
Lozana vrbs. 221

M

Magog incolarum ſtatura atque formæ. 249
Mahgem vrbs populoſa. 25
Maiafarecqin Armeniæ vrbs 239. & 241.
Maied inſula maxima ac fertilis. 36
Maied eſt nauibus Sinenſium refugium tutum. 37
Maiorca inſula. 166
Malaga vrbs matrix. 165
Malai inſula miræ magnitudinis ac fertilitatis. 37
Malattia vrbs fortis. 197
Malel & Dan vrbes cultæ a Iudæis. 8
Malta inſula. 170
Manbeg vrbs. 198
Mandab mons mari ſeptus. 20
Mons iſte aditum nauiculis intercludit. pag. 23
Manf quæ Memphis eſt. 98
Manſura vrbs magna. 57
Maracos vrbem quis condidit. 76
Mare Kaimakitarum furens expellit aurum infectum. 214
Mare rubrum plenum breuiis ac ſirtibus. 20
Maris Sin termini atque longitudo. 3
Mareb olim Saba, vxoris Salomonis

Vrbs

vrbs. 26

*Arces Salomonis,& vxoris ſuæ hac in vrbe.* 52

*Mareb vrbis celebre propugnaculū.* 52

*Incolarum eius vrbis ſubmerſio ſubita ibidem.*

*Margaritarum expiſcatio luculenta, in inſula Saranda.* 28

*Maſcat vrbs de terra Oman.* 53

*Maſſa aquis Locman ſubacta non eget fermento.* 266

*Maſſiſæ vrbis ſitus.* 196

*Mathan vrbs regia.* 15

*Huius vrbis Regis Sagittarij vt plurimum ſunt nudi.* 15

*Mauſel vrbs celebris, atque eius territoria.* 200

*Mauz fructus ſuauis,& ſpecies eius.* 28

*Mecca Arabiæ fælicis centrum.* 50

*Meccæ diuerſa itinera.* 45. & 46 & 50

*Medinæ ſitus.* 46

*Medinæ dactyli cæteris craſſiores. ibid.*

*Medinæ incolæ dactylis tantum veſcuntur.* 46

*Mehran fluuius celebris.* 57

*Meli inſula piperis.* 61

*Melilla vrbs.* 149

*Melindæ ſitus.* 27

*Melindæ incolæ ferrum exercent ibid.*

*Menhar fluuius, atque eius plantæ, ac piſces.* 145

*Merbat thus ſuauiſsimum profert.* 27

*Mertola.* 155

*Mercatores ad inſulas maris Tenebroſi ſe cōferētes in arboribus quieſcūt* 213

*Meſopotamiæ limites.* 198

*Meſsina vrbs cum celebri portu.* 171

*Mezemma vrbs.* 150

*Minias fluuius.* 215

*Minorca inſula.* 166

*Mocattam mons miræ longitudinis.* 44

*Moltan vrbs nobilis munitiſsimis inſtructa turribus.* 58

*Moltan præſes quando elephantos conſcendat.* 58

*Monbaza vrbs atque eius ſitus.* 28

*Mons attrahens naues.* 28

*Mons igniuomus prope inſulam Aegia. pag.* 29

*Mons Rahon animalibus muſci ac zibethi, plantis aromaticis,& gemmarum ſpeciebus diues.* 32

*Mons Moſis fertilis,& cur ſic apelletur. pag.* 149

*Mons igniuomus Aetnæ æmulus.* 123

*Mons ſubperuius vt Pauſilypus.* 25

*Mortui Indorum comburuntur.* 63

*Moſelle fluuius aromatum.* 65

*Moſes filius Noſair Andaluziam expugnauit.* 145

*Moſlemannorum limites quò perueniant.* 18

*Mulieres iudicant & cauſas decernunt.* 31

*Murides emporium.* 66

*Murſiæ Metropolis ſitus.* 161

*Muſci animalia.* 144

*Muſcus præſtantiſſimus vbinam.* 214


N


N*Abroara vrbs regia atque emporetica.* 62

*Nabroaræ regem mulieres comitantur.* 62

*Nabroaræ rex appellatur rex regum. pag.* 63

*Nabroaræ incolarum cibus. ibid.*

*Naiſabur vrbs.* 135

*Nana emporium.* 64

*Nantes Britanniæ emporium.* 250

*Naues clauis ferreis affixæ cur non poſſint prope montem Mandab tranſire.* 23. & 28

*Naues vno tantum ligno confectæ.* 150. *hominum capaces.*

*Nauis Noë quo loco quieuerit.* 202

*Naulus exigitur a peregrinis adeuntibus Gioddam.* 44

*Naulus prædictus tribuitur domino Mecchæ.*

Mecchæ. 45
Nauſia inſula in Eufrate. 199
Nigri tempore æſtus quem in locum ſe recipiant. 9
Nigrorum regiones ferè omnes ad flumina ſitæ. 7
Nigrorum ornatus, & cibus. 9
Nigrorum arma quæ. 9
Nigrorum ædificia ex luto. ibid.
Nigrorum vina ex millio cõfecta. ibid.
Nigrorum ac Nubarum naues cur ad Aegyptum vſque ſulcare Nilum non poſsint. 17
Nili duo, & quorſum tendant. 15
Nili origo. 16
Nili longitudo. 97
Niliaci incrementi examen. 98
Nili iuxta ripas quæ animalia reperiantur. 9
Niſibin vrbs ſcorpionibus afflicta, 201
Nitri fodina. 105
Normania atque eius limites. 252
Nuabia Metropolis à qua incolæ, ac regio ipſa nomen deſumpſere. 15
Nubia atque eius immenſa longitudo. pag. 17
Nul vrbs. 74
Nuſeruan rex quas quotque vrbes condidit. 242
Nuſeruan turres trecentas erexit. ibid.

O

OBeliſci duo Alexandriæ. 95
Obeliſcorum caracteris interpretatio. 96
Obeliſcos quis exciderit & erexerit. 96
Obolla vrbs. 121
Odhcos incolæ prodigioſi. 248
Oman regio. 53
Orleans. 251

P

PAlermi ſeu Panormi vrbis deſcriptio. 170
Papa dignitate oẽs reges excellit. 225
Papæ regia ædes. ibid.
Peloponneſij peninſulæ deſcriptio. 191
Perſici maris termini, vrbeſque ſecus illud. 117
Perſiæ vrbes, ac limites. 124
Perſicus ſinus atque eius termini, ac longitudo. 3. & 4
Piceum mare cur ſic dicatur.
Piperis arboris deſcriptio. 61
Piperis folia botros protegunt à ventorum pluuiæque iniuria. 61
Piſa vrbs. 223
Piſces prodigioſi ad libidinem excitantes. 68
Piſces colorati in fluuio Almaſilæ. 81
Piſces vim ſcincorum habentes. 117. & 146.
Piſces lati, verſicolores, ſcinco efficaciores. 247
Piſciculi in vrbe Sydone libidinem prouocantes. 117
Pompelona. 218.
Pontici ſinus limites. 5
Pontici maris origo ac longitudo. 259
Præſepe ſacrum Domini. 115
Prodigium naturæ. 37
Puteus Moſis. 109
Puteus igniuomus. 67. & 35
Pyrenæus mons. 217

R

RAbda vrbs vineis abundans fontibuſque. 49
Raca inſula, quæ volucrum inſula etiã dicitur. 72
In hac inſula ſunt fructus quidam contra venena. 72
Racca Metropolis. 197
Raneh inſulæ quæ ſint. 28
Raneh incolæ, atque fruges cuius coloris. ibid.
Raſ-alain vrbs trecentis irrigata fontibus. 201
Raſet vrbs in qua Turchis olim aditus, nunc autem præcluſus. 141
Ratsfaciuitas. 197

*Rauennę iter deſcriptum.* 225
*Reges uno nomine perpetui.* 63
*Regius mulierum comitatus.* 62
*Ray regio.* 206
*Regis Comr miniſtri nubunt maſculis pag.* 31
*Rhegio Calabriæ urbs.* 183
*Rhodani origo.* 221
*Robaibat inſulæ innumeræ.* 30
*Principis harum inſularum coniux populum iudicat.* 31
*Robaibat incolarum merces ſunt limaces.* ibid.
*Rogerius Siciliæ rex quas quotque urbes poſsidebat.* 170
*Rogerio Rege ſcripſit Author Arabs Geographiam iſtam.* 170
*Rogerius quo anno Tripolim expugnauerit.* 88
*Rogerius expugnauit inſulam Carconam.* 90
*Romæ Topographia, ubi multa mira.* 214
*Romæ ſedes inter cæteras maxima. pag.* 223
*Romæ ambitus.* 224
*Romanorum æra cur ſic dicatur.* ibid.
*Rothomagus urbs.* 252
*Rubri maris termini, longitudo, atque profunditas.* 4
*Rubri maris denominatio.* ibid.
*Rubrum mare ſyrtibus frequens.* 108
*Ruſsia, atque eius urbes.* 262

S

*Saba urbs.* 26
*Sabæ Agger.* ibid.
*Sabræ urbes ac territoria.* 142
*Sabta urbs celebris unde ſic dicta. pag.* 149
*Saghaniani fluuij origo.* 142
*Sahab inſula cur ita appelletur.* 37
*Huius inſulæ colles arenæ in argentum conuertuntur.* ibid.
*Saida ſeu Sidon urbs.* 117
*Sailæ inſulæ.* 38.
*Sailæ urbs incoliuoca.* ibid.
*Hac in urbe auri maxima vis.* ibid
*Salis ammoniaci optimi fodinæ diuites pag.* 142
*Sala antiqua & noua.* 77
*Salæ ſitus, portus, ac flumen.* ibid.
*Salerno urbs.* 227
*Salina celebris & unica in Nubia.* 7
*Salomonis menſa ubinam ſit inuenta. pag.* 152
*Saltis inſulæ longitudo.* 155
*Samarcand urbs.* 210
*Samaricqi terra atque eius urbes.* 265
*Samaritanorum ſymbolum.* 45
*Sameri inſula a Iudęis culta cur ita dicatur.* 45
*Sanaa emporium perpetua gaudens temperie.* 25
*Sancan urbs.* 45
*Sandiſulat Sinarum oſtium.* 37
*Sandur emporium.* 59
*Sandur incolarum viuendi ratio.* 59
*Sanf inſula.* 35
*Sanf incolæ nullum iugulant animatum.* ibid.
*Sangiæ piſcis virtus.* 214
*Saranda inſula expiſcatione margaritarum nobilis.* 28
*Sarandib inſula auro, & gemmis opulentiſsima.* 31
*Sarandib Dominus ſtudet æquitati ac bono regimini.* 32
*Sarandib rex quot habeat conſiliarios, & cuius ſectæ.* ibid.
*Sarandib Dominus oēs Reges lapillorum copia excellit.* 32
*Sarandib Dominus vinum ex Parthia deferendum curat.* 32
*Sarandib rex fornicationem interdicit. pag.* 32
*Sarandib plantæ aromaticæ.* 32
*Sarandib variæ urbes.* 32
*Saragoſta ciuitas atq; eius fluuij origo.*

*capta fuit.* 154
*Vlil inſula atque eius ſitus, & ſalina.* 7
*Vlma vrbs amœna.* 212
*Vltrofluuiales populi qui ſint.* 145
*Vniones vbi capiantur.* 32
*Volucres rubri coloris belluas marinas venantur.* 72
*Vrbs incoliuoca.* 38
*Vſtica.* 169
*Vuæ guſtui gratiſsimæ.* 49
*Vulcani inſula.* 169
*Vulpes auratæ pellis.* 245

Z.

*ZAb duo flumina.* 200
*Zabid emporium ditiſsimum* 24
*Zagharitæ populi qua viuendi ratione vtantur.* 14
*Zagharitæ curſus velocitate cæteris Nigris antecellunt.* *ibid.*
*Zalegh emporium frequens.* 20
*Zamacher vrbs ædificijs celebris.* 24
*Zangian.* 207
*Zoghar mare Sodomæ vnde originem trahat.* 111

# FINIS.

---

## *Errata ſic corrige.*

PAg. 5. linea 27. lege Abidos, pro Ande. p. 23. l. 17. limitibus. p 26. l. 24. viginti ſuperfluum. p. 29. l 28 piſces p. 30. in titulo, *primi.* p. 43 l 2. vrbibus. l. 28. deſertis. p 47. l. 36. partes. p. 50. in margine, Rubro. p 55 in marg intimum p. 59. l 32 aſtipulatur p. 62. l. 33 lacertos p 75 l 21 beneficio. p. 78. l. 9 meridionali. p. 89 l 30. Abi. p 93. l 2 lutulentam. p 137 l 37. Chouarazm. p. 120 l. 22. propugnaculis. p. 122 l. 10. quædam. p 126. l. 22. totidem. p, 130 l. 8 præterea. l. 32. ſtationes. p. 129 l. 11. decoræ. & l. 25 milliaribus. p. 131 l. 19: A. p. 132 l. 6. ſiniſtrorſum. p. 141. l 19 hac. p. 143. l. 17 regionum. p. 144. l 2 ſeptentrionem. p. 157. l. 19 comedi p. 72 l. 27 aut. p 207. l. 12. Ardabil. p 214. l. 5. ab vrbe & l 9. aliquot dierum, p 218 l. 36 Saragoſta. p. 226. l 29. itinere p. 236. l. 35 interuallum p. 241 l. 14. ex p. 243. l. 15. Bab-el. p 244. l. 17. regno. p. 247 l. 11. gratiſſima. p 252. l. 15. vrbem. p. 260. l 28. Atrapezonda. p. 266. l. 2. curſuq;. p. 263. l. 36. ad ipſam. p. 268. l. 5. aliquod.

# DE NONNVLLIS ORIENTALIVM VRBIBVS, NECNON INDIGENARVM Religione ac moribus tracta-tus breuis

*A Gabr. Sionita Profeſſore & interprete Regio ac Ioanne Heſronita interprete Regio, Maronitis è Libano, Nubienſi Geographiæ adiectus.*

CVM noſtram geographiæ Arabicæ Latinam verſionem, pleriſque amicorum guſtandam dediſſemus, quidam illorum quibuſcum arctiori neceſſitatis vinculo iuncti eramus, monere atque hortari videbantur, vt quod ad operis ſummam deeſſe crediderant, orientalium conditiones, ſtatuſque recentiores, breui narratione complecteremur: Nos vt eorum deſiderio aliquatenus ſatisfacere conaremur, celebriores nonnullas earum regionum, ordine alphabetico deſcribentes, quaſi data occaſione & anſa arrepta, de aliquot incolarum moribus, religione cæremoniis, victu atque veſtitu tractauimus. Præterea ſi quidam apud illos ſapientiæ doctrinæque ſtudiis illuſtres, ſui nominis famam atque gloriam reliquerint; ſi quid etiam in illis regionibus naturæ beneficio mirandum aut hominũ artificio rarum reperiatur, quidue victu, quid veſtitu ab aliis diſcreparent attigiſſe ſatis rati, ac veluti digito indicaſſe, quidquid minus neceſſariũ videbatur, omiſimus. Ne vero illa à nobis nullo authore dicta aut cõmemorata aliquis crederet, ea omnia ex Iacub Ben-ſidi Aali libro in Mollemannorum dogmata atque mores; ex Iuſof Ben-

Abdillatif virorum illuſtrium genealogia; ex Mohamedis Ben-Caſem horto rerum delectabilium, atque aliis quos inter legendum laudatos reperies, breuiter excerpſimus. Plura tamen ad hæc addi potuiſſent, cognitu neque ingrata neque inutilia, quæ mittenda cenſuimus, ne totius veteris teſtamenti Arabico-Latini graue opus, quod breui Diuino auxilio, & ſanctiſſimi Cleri Gallicani fauore in lucem edere ſperamus, conſumpti in leuioribus, temporis moras pateretur.

## Cap. I.

### *Arabiæ & Arabum nomen atque origo, & eorundem mores, veſtes, ac cibi.*

ARabia non ab Arabo Apollinis & Babiloniæ filio, vt Latinorum plerique aſſerũt, ſed ab Araba plaga non longè à Medina ſita, nomen ſortita eſt, quam incoluit Iſmaël Abrahami & Hagar filius, à quo etiam Iſmaëlitæ & Hagareni dicuntur; Huic verò plagæ nomen dedit Iaarob filius Cahhtan ſeu Iectan, filij Heber, filij Salch, filij Sem, filij Noe, qui primus, Mohamede Ben-Iacub Sirazita viro doctiſſimo, Arabicæ linguæ theſauri authore teſte, Arabicæ linguæ inuentor extitit, & poſt ipſum Iſmaël, qui prædictam plagam incoluit, eam excoluit, elegantem, ornatámque reddidit; ea de cauſa Sirazita ille Patrem eloquentiæ Arabicæ Iſmaëlem vocat. Quod ſi credere vellemus Iuſofo Ben-Abdillatif, nobis perſuaderet Cahhtan ſeu Iectan Abelis pronepotẽ extitiſſe, vt in ſua illuſtriũ virorũ Genealogia apertè aſſerit: At hoc eſt apertè affirmare linguam Arabicam primam omnium extitiſſe, quod non facile probatur nec approbatur, aut tunc temporis terram non fuiſſe labii vnius, quod clarè vt falsũ conuincitur. Meliùs igitur doctiſſimus Sirazita tenet Iectanum ex filiis Noë fuiſſe, cui etiam fauet Sacrarum paginarum authoritas Gen. cap. 10. Arabia ergo & Arabes ab Araba plaga nomen traxere, quod dedit Iaarob filius Iectan.

Porro

Porrò Arabũ quidã habitant vrbes, quidã deſerta incolũt, ſed vt mos eſt, ciues ſunt moribus excultioribus, vrbanitatemque proſequuntur: & propter mercaturam aliaſque artes, quas exercent non ignobiles, non humano inepti conſortio, neque tractandis negotiis impares ſunt. Quin immo inter illos non pauci reperiuntur, qui ſtudiis, & liberalibus artibus dediti, ſibi primũ, deinde ſuis, aliiſque multa afferunt emolumẽta, non tantũ per literarũ otia, verũ etiã res bellicoſas gerendo, non minùs imperio quàm obſequio apti, ac militaris diſciplinæ obſeruantiſſimi, quibus artibus ad eos vſque limites, quos videmus, ſui imperii fines propagarunt, ac firmauerunt. Plerique tamen poſtea otio ac longa quiete degeneres facti, malunt temporis clementia aëriſque temperie perfrui, ac ſe ſoli exponere, quã gentibus extraneis imperare, parcoq; cibo vti, quàm laborantes terræ bonis, amœnitateque frui.

Illi verò qui deſerta inhabitant Bedauyæ, deſerti ſcilicet gens dicuntur, atq; hi quidẽ ſunt innumeri, potentes, bellicoſi, armigerique, vagi tamen atq; errabundi: ſine tectis, ſine lectis atq; ſine ſtatione in tentoriis è goſſipina materia aut caprarum camelorũque pilis confecta ſe recipiunt. Sub dio ſine vlla quiete morantur, ac in continuo ſunt motu, ex vna in aliam regionem migrantes, & incertis ſedibus circumuagantes; proque paſcuorum vbertate, & aquarũ copia, armentorumque commoditate loca commutant: camelorum dorſis, vbi iter agunt, vxores, liberos, & quicquid habent vtenſilium circumferunt. Equos alunt graciles, macie torridos, tenues, minimẽque edaces, curſu tamen velociſſimos & laboribus aſſuetos: ea verò audaciâ ac pernicitate præditos, vt in obuios impetum faciant, & vbi neceſſitas poſtularit, maxima cum velocitate periculo ſe facilè ſubducant. Equites autem ita in equitando prompti ſunt atque agiles, vt nullus feré mortalium ipſorum artem dexteritatemque imitari queat, nam res quaſdam ſupra humanum captum, atque ita mirabiles exequuntur, vt falſç prorſus viderẽtur, niſi quotidianâ experiẽtia veras eſſe cõprobaret. Scilicet equo inſidentes, miſſileque quodlibet telum, quanta vi poſſunt, iaculantes, ſtimulato equo ante-

*Arabes vagi*

*Arabũ equi eorumque in equitando ars.*

quam ad terram perueniat, manu capiunt. Item ſi quod miſſile contra ſe venire videant, ſummâ dexteritate vel equorum lateribus protecti, vel eorumdem ſub ventre delitescentes, violentos telorum ictus vitant atque eludunt. Neque nouum eſt apud ipſos tela in terram iacentia equo currente è terra colligere, ſagitta eminùs vel minimum aſſem collimare, fundiſque multa præclara gerere. Arma his ſunt miſſilia tela, vtputà ſagittæ & haſtæ ſupra & infra ferrea cuſpide munitæ; quas ſummâ peritiâ admirabilique dexteritate eminùs & cominùs vibrant; enſes habent quibus, non punctim ſed cæsìm feriunt, pugioneſque punctim lædētes; fundæ etiam apud ipſos maximo ſunt in vſu, quibus lapides eminus in hoſtes vibrant ſiue aduerſi ſeſe opponant, ſiue ſe in fugam conuertant. Quamuis autem rarus ſit apud ipſos ſclopetarum vſus, imò ab illarum ſtrepitu auribus digito obturatis, quaſi ab iniecto fulmine deterreantur ac fugiant: nonnulli tamen ipſorum modò illis vtuntur.

*Arabum Arma.*

Cæterùm his hominibus præcipuus ſcopus eſt, Carauannis inſidiari, vias prædandi cauſa obſidere, rapinis latrociniiſque victum quæritare, atque aliorum labore & ære acquiſita in ſuos vſus conuertere, imò ſæpe annua Byzantini Principis vectigalia iſti deprædantur, vrbes non rarò inuadunt, viatoreſque, ſi inferiores eſſe contingat, bonis ſpoliant, aut impoſitam hominibus & ſarcinis mulctam, priuſquam abire liceat, ſoluere cogunt: quippe qui liberi ſunt, nec Othomannum, neque alium quempiam Dominum recipiunt, nec ſupremo vlli obediunt principi, ſed ſine certo Domino in plures familias copioſiſſimas diuiſi militant, ac ſuis illis familiarum principibus ſeu ducibus, qui auctoritate ac nobilitate cæteris præſtant, morem gerunt. Hæ quidem familiæ innumeræ ferè ſunt, quæ primi parentis cognomine, & agnomine diſtinguuntur: aliæ enim ſunt familiæ Abi-helal, aliæ Abi-Riſee; Abi Zaid, Abi-Sciobaib, & ſexcentæ aliæ, quarum ſingulę ſe ſe ſalutant nobiles, omneſque naturali quadam concordia ęquo iure cenſentur. Horum cibus panis eſt ſubcineritius, obſonia lac recens, & acidum, caſeus caroque caprarum & came-

*Arabes carauānarum deprædatores.*

*Arabū cibi.*

camelorum, legumina vt lentes, fabæ, & alia huiuſmodi, mel, oleum, ac butyrum. Cęteras ciborum delicias non agnoſcunt pręter orizam, quę in deliciis ſummopere apud illos eſt, tùm quia ea terra nimis abundat, tùm quia ineptè Mohamedis ſequaces confabulantur, ortam eſſe ex ipſius Mohamedis ſudore antequam mundo ſe manifeſtaret, mundum infeſtaret penè dixerim, cùm thronum Dei circuibat in paradiſo: Deus enim conuerſus reſpexit eum, Mohamedes præ pudore ſudauit, tergensque digito ſudorem, ſex extra paradiſum guttas miſit, ex quarum vna roſa, ex altera oriza productę ſunt, ex reliquis quatuor, quatuor Mohamedis ſocii nati ſunt. Solent etiam frequenter nutriri pulmento quodam Heriſe dicto, quod ex tritico prius decocto conficiunt, poſt ſoli exſiccandum exponitur, tum in vrna contunditur donec emundetur, poſtremò pingui carne ſimul coquitur, donec caro conſumetur, quod ſane palato non eſt ingratum. At Mohamedes pietatis laruâ, impietatiſque indutus, myſteria in his edendis requirebat, ſuiſque ſanè omni ratione deſtitutis abſurda perſuadebat: affirmabat namque hoc pulmentum à Gabriele Angelo ſe edoctum fuiſſe, & vtilitatem eius, eodem Angelo teſte, in eo conſiſtere, vt renes corroboret. Quandoq; Angeli iuſſu Mohamedes ex eo edens vna nocte pugnauit aduerſus quadraginta viros, aliáſque quadragies indefatigatus rem cum fœminis habuit. Sanè hęc, anuum delirantium fabellas aut alicuius Moſlemanicę ſectæ oſoris calumnias eſſę opinaremur, niſi pręfatum authorem iuris peritiſſimum eumdemque obſequentiſſimum Mohamedis ſectatorem ea omnia diſertè Arabico ſtylo, capite de quorumdam ciborum delectu & vtilitate videremus referentem. Et quidem inſanus vir iſte ſuis delirans cibos perſuadebat edendos, qui ſibi placebant, idque Angeli auctoritate confirmabat: Inter cætera eſum cucurbitarum ſuadebat, ſed melongenarum cibus ſupra omnia ei placebat, qui teſte eodem, quem modò laudauimus, authore, hominum ſagacia aut imbecilla ingenia ex multò aut exiguo in edendis melongenis amore dimetiebatur, impudenterque hāc fruticem in paradiſo deliciarum ſe vidiſſe affirmabat, nam

*De oriza fabella.*

*Mohamedis delicati vbi.*

cúm ſemel vi eſſet carcere detentus (inquit Ben-ſidi Aali) Gabriel Angelus de cœlo deſcendens illum in deliciarum hortum, quem Gennet elenaam vocant tranſtulit. vbi inter cæteras fruticem hanc vidit, poſcentique ab Angelo cauſam propter quam ibi eſſet conſita, reſpondit, quia Dei vnitatem inter cæteras plantas, ac te verum eſſe prophetam confeſſa eſt. Pluribus Iacub Ben-ſidi Aali pergit narrare cibos, quibus Mohamedes vtebatur: vti dactylis, vuis, carnibus venationum, quæ omnia vt vana & ridicula omittimus. Quis enim vnquam mortalium his quę retulimus audiuit vaniora? quis anilia hæc blateramenta nõ rideat? & indigna putet vt ſanæ mentis hominibus exponantur? & tamen miſera illa gens ignorantiæ tenebris circumfuſa has nugas ipſâ veritate certiores credit & amplectitur. Porrò eorum potus præter aquam, eſt camelorum caprarumque lac, quo & famis & ſitis ardorem expellunt. Et quamquam ob Mohamedis leges vinum multi non bibant, plærique tamen eorum egregiè generoſa vina appotant, & Chriſtianorum Carauannas inuadentes primò vinum expetunt.

Veſtitus verò ipſorum viliſſimi ſunt, & præter goſſypinum manicis ampliſſimis induſium, & penulam laneam caprinis aut camelinis pilis rudi admodùm modo lineis albis nigriſque diuiſim contextam, nihil quo ſe tegant, habent. Nudis ſæpiſſime pedibus incedunt. Nobiliores eorum pulchrioribus indumentis vtuntur, & calceis, pauci autem caligis induuntur. Illorum lumbos cingit coriacea zona rubro colore vt plurimum infecta: capita verò albo tulipanto ſeu cydari goſſypina aut linea nõ multis ſpiris complicata inuoluuntur. Ipſorum fœminæ etiam ferè nudæ incedunt, quæ goſſypino cyanei coloris induſio corpus, caputque linteo tegunt, faciemque velant. Illarum ornamenta ſunt inaures, monilia, torques, & annuli vitro aut alia vili materiâ confecta, frontem deinde, genas, labia, brachiaque cęrulei coloris notis tenui acu factis tingunt, inficiuntque. Atque hæc ſint ſatis dicta dę Arabibus Beduinis.

*Arabũ veſtes*

Cap.

## Cap. II.

### *Baghdadi ſitus, Reges, ac viri nonnulli illuſtres.*

BAghdad, quæ & Dar-aſſalam, ſcilicet ciuitas pacis dicitur, nomen à monacho quodam dicto Baghdad, qui (teſte Ben-Caſen) Eccleſiæ in illis pratis erectę inſeruiebat, ſortita eſt. Dar-aſſalam verò, eodem auctore teſte, illā vocauit Abu Giaphar Almanſur ſecundus Chalifa Abbaſæus, qui eam anno ab Hegyra 150. expugnauit. Vrbs hæc veteris olim Chaldeæ, nunc Meſopotamiæ, quæ ab Orientalibus Diarbecr modò dicitur, regia eſt, quam prædictus Almanſur in ampla ſupra Tigrim planitie collocauit, duaſque in vrbes diuiſit, quas flumine interlabente ſublicius pons cymbis ſupra fluuium impoſitis coniungit. Hanc igitur hoc in loco extructam multis annis Almanſurus gubernauit, & poſt ipſum alii Chalifæ vt Negmeddin, Fadhl-allah emir-elmumenin & alii vſque ad 339. ab hegyra annum, quo eam rex Aadhd-eddaule, & Saif-eddaule ceperũt, qui cũ ſucceſſoribus ſuis eâ potiti ſunt, donec Othomannicus imperator Solymus multis copiis atque ſubſidijs in ſuam redegit ditionem, quam modo Baſcià multis Ianizaris militibus ſtipatus gubernat ac moderatur. At de his plura apud Ahmad Abi-Bacrum Baghdadicum in ſuis annalibus inuenies.

Cęterùm vrbs hęc nobilis eſt ſcholis, quæ omni ſcientiarum genere floruerunt & adhuc florent. Hîc Ahmad Aſſalami poęta celeberrimus carmina ſua ſcripſit, de quo rex ſæpe dicere ſolebat; en deorum nuncius Mercurius ad nos de cœlo delapſus. Hîc etiā Alpharabius celebris philoſophus ac medicus, quamquam ex hac vrbe non ſit oriũdus, ſed de Farab in Turcomannia non ignobili vrbe, tamen & philoſophiæ & medicinæ ſtudiis imbutus eadem ibidem ſumma cum laude publicè profeſſus eſt, & poſt longos labores multis relictis in vrbe auditoribus in Harran

ran Meſopotamiæ vrbem ſe recepit, vbi Ariſtotelis librum de auditu inueniens quadragies perlegit, & eidem libro ſupraſcripſit, vellem iterum legere. Hinc demum Damaſcum profectus obiit anno ab Hegyra 339. Hæc Ben-caſem in libro de viridario electorum.

---

## Cap. III.

### *De Bochara Auicennæ patria.*

BOchara ab Europæis Bachora vetuſtiſſima vrbs ad Euphratis fluuium, non longè ab oſtio, qua parte reſpicit Arabiæ deſertæ montes ſita eſt. Patria eſt Honain Abu Ali Ben-Sina quem Auicennam Latini vocant, quamquam eius pater ex Belch vrbe de Choraſan fuerit; Ludouicus Nonnius fortè vellet eſſe Auicennam ſibi conterraneum, nam in ſua Hiſpania aſſerit Auicennam Cordubenſem eſſe: ſed Ben-Caſem diligentiſſimus author, qui virorum illuſtrium vitas ſcriptas reliquit, contrarium affirmat, cum Auicennam in quodam Bocharæ pago natum eſſe teneat anno ab Hegyra 370. Auicenna ergo his in partibus natus omnes ſtudiorum ſuorum gradus euaſerat, cum nedum octauum decimum ætatis annum attigiſſet, nam medicinæ ſtudijs teneris ab annis ſe dedit, inquit Ben-Caſem, adeoque in illis profecit vt ipſe primus auſus fuerit de Regum ac Principum ſanitate philoſophari, & apud illos medici officium exercere. Iſtud priuilegium nulli ante ipſum medico fuerat conceſſum, quoniam illius terræ reges nulla medicorum ope vtebantur ante Auicennam, ſed naturæ beneficio, aut aliqua herbarum vi ſecreta, ac tuta experientia ſanabantur. Cæterũ Auicenna libros ferè centum, à ſe conſcriptos edidit, teſte eodẽ auctore ſupra citato, ſcripſit enim de Medicina multos libros, de philoſophia nonnullos, epiſtolas familiares, theſaurum in explanationem nominum tum herbarum, tum lapidum, carmina quoque de anima, atque etiam de ſanitate conſeruanda. Vixit annos 58. ac tandem

*Auicennæ ſtudia.*

anno

anno ab Hegyra 428. in vrbe Hamadan obiit.

Quidam tamen inter Orientales tanti viri gloriæ fucum offundentes, non ab Auicenna tot compoſitos fuiſſe libros aſſerunt, ſed à ſummo quodā medico, cui famulabatur ita digeſtos, ac poſtea ab ipſo Auicenna exſcriptos & vulgatos; ſuáq; opinionē hoc cōmēto ſtabilire nitūtur. Fuit (inquiūt) in partib⁹ oriētalibus inſignis quidā medicus, qui arte ſua cæteros omnes anteibat, ac inde ſummis principibus not⁹, tantū gloriæ & diuitiarū cumulauit, vt ipſorū pleroſq; opib⁹ ac diuitiis ſuperaret. Ea fama multi illecti ſuos filios huic medico diſcipulos dare atque etiā vt famularētur ipſi, magna vel mercede vel pretio vel precib⁹ tradere conabātur, ſed ille, ne ſuæ doctrinæ ſecreta alij detegerent, nullos voluit arcanorū ſuorū conſcios iuxta ſe intra priuatos parietes habere. Auicennę mater, ſagaciſſimi ingenii mulier licet paupercula, hunc agreſſa medicum, ipſi ſuum filium famulandi gratia offert, ac ſummum ſe, filiumque ſuum beneficium accepturos teſtatur, ſi quæ ipſe omnia ſolus facere non poterat, coquere herbas puta, pelues mundare, domum verrere, hæc per Auicennam fieri pateretur, ſurdum ipſum eſſe à natura ac perinde mutum, nihilque eſſe periculi, cur de ſcientiæ arcanis timeret. Ille mulierem vera dicere ratus, Auicennam tamen interrogat, qui à matre inſtructus tamquam aures non habuiſſet nihil reſpondit, ſeque ita ſtolide geſſit, vt eruditionis cuiuſlibet incapacem animum habere fuerit viſus. Cum tamen die quadam ille probare vellet, an ita duras aures haberet Auicenna; peluem, qua eradendis pilis tonſores vtuntur, à ſummo culmine deorſum mittit ad Auicennæ pedes, qui nec ad tantum ſonitum improuiſum conuerſus, tamquam nihil audiiſſet, ſedulam demandatus rei curam demonſtrauit. Ab eo tempore medicus ille, certior factus Auicennam omnino & ſurdum & mutum eſſe, cuique nihil præcipi niſi per digitorum micationem, aut ſignis aliis poterat, ipſi in dies magis fidere cœpit, ac ſua ſcripta omnia, cùm domo exiret, propalam in cubiculo reliquit, quæ clanculùm ac ſagaci diligentia exſcripta, Auicenna matri fideliter cuſtodienda tradebat. Mortuo tandem poſt longum tempus

b me-

medico illo, Auicenna ſilentium linguæ prodidit, medicinã profeſſus, quæ didicerat ad praxim reduxit, & vulgatis præceptoris ſui ſcriptis tanquã ſuis, tantã doctrinæ famam apud ſuos comparauit, vt in ſummorum principum notitiam necnon amicitiam venerit, adeo vt omnes ipſum ſuæ ſanitatis ac vitæ arbitrum libenter euocarent. Hęc illi, quæ vtlibet ſe habeant, aliorum iudicium eſto.

---

## CAP. IIII.

### *Damaſci nomina, Deſcriptio, Vbertas terræ, atque Viri illuſtres.*

DAmaſcus Arabibus Sciam & Demaſc, Syris Darmſuc eſt. Sciam a Sem Noë filio multi nomen ſortitam eſſe volunt: Demaſc autem à Demaſco Canaani filio, qui eam erexit, nomẽ deſumpſiſſe Abi-Attaher affirmat. Darmſuc denique quaſi doro ſumoco, hoc eſt terram rubram Syri vertentes, in qua Adam formatus eſt, non malè appellant. Metropolis illa, totius Syrię nobiliſſima, quę qualibet frugum copiâ mirè luxuriat, ſiue arborarios fructus, ſiue vinearum prouentus requiras. Oliuetis verò ditiſſima eſt, cúmque omnium ferax ſit, tum vel præcipuè locupleti ferri venâ diues eſt, cuius temperatura adeo fœlix eſt, vt maximę apud omnes nationes ſit auctoritatis, nam præter Abana & Pharphar amnes, quorum aquis inuictam armorum temperiem parant artifices, peculiaris ipſis eſt etiam ratio ferri temperandi, quod tali induſtriâ paratur, vt neque ſcutũ, neq; galea, vim ipſius remoretur. Suburbani etiam agri amœniſſimi, & aquarum copia, quas Naaman Syrus ſupra cæteras laudibus celebrauit, auræ lenitas, aëriſque clementia vrbis fælicitatem ita pandunt, vt meritò à ſcriptoribus paradiſus terreſtris nuncupetur. Vrbs hæc in ampla ſita eſt planitie ad Libani, ibi Hermon dicti, radices, ſex millia paſſuum ambitu ſuo continens, totáque duplici muro cincta fortíque munita arce, à quodam Florentino in vrbis vmbilico quadratę formę conſtructa, muris foſſiſque cincta, ad quam per vnicam tantum portam Orienta-

*Damaſcenũ ferrum.*

ex parte ponte ſublicio intratur. Hanc deinde ornant limpidiſſimi ac ſaluberrimi fontes, nundinarum fora ampliſſima arcuato ſed magnifico opere conſtructa, publica ædificia vti ſunt meſcuitæ, balnea, & peregrinorum hoſpitia, textrinæ demum vbi ſerici textores & polimitarii artem textoriam omnis generis ſerici exercent. Hanc nobilem vrbem ſubactis Mamaluchis & Ægypti imperio deuicto à Selimo, anno ab Hegyra 922. Baſciâ Ianizerorum militum copiis inſtructus moderatur. Hîc adhuc ſpectare licet locum ex quo Spiritus ſancti tuba Paulus demiſſus eſt prope portam, quam Chriſtiani vocant portam Diui Pauli, ſimulque cernere domum Ananiæ, vbi Beatus Paulus illuminatus, & fontem vbi baptizatus eſt. Iuuat etiam cernere locum, vbi, vt incolæ tradunt, occiſus fuit Abel à fratre nequiſſimo Caino, qui locus diſtat vno ferè milliari ab vrbe. Hac item in vrbe, omnibus anteactis ſæculis, ſtudia litterarum atque diſciplinę floruerunt, doctiſſimique viri in ea extiterunt, inter quos Sanctus Ioannes Damaſcenus, qui vitæ ſanctimoniâ atque Theologiæ doctrinis claruit. Eam quoque illuſtrauit Poëtarum Arabum facilè princeps Almotanabbi, qui literis & armis præſtãtiſſimus erat, ac propterea ſæpè de ſe dicere ſolebat carmine Arabico: *E qui & campus me cognoſcunt: bellũ, cõcertatio, charta & calamus.* Hic Mohamedi omnibus viribus aſſimilari ſtudebat, ſed res non eumdem habuit euentum, nam ille cùm eleganter, ornatéquę ſcripſiſſet Alcoranum, hic tum ſolutâ tum ligatâ oratione mirum in modum excelluit: ille armis, hic arte militari præſtitit, ille Nabion id eſt propheta nuncupatus eſt, hic Motanabbi, hoc eſt prophetans voluit appellari: At illę viuens & poſt mortem infinitos ferè populos ſeduxit, hic vero dum vitam ageret non paucos ad ſe traxit, tamen poſt obitum anno 354. ac ætatis ſuæ 51. omnes eius ſectatores diſſipati ſunt. Huic ſanè defuit calliditas illa, atque pietatis larua, quibus hominum mentes impoſtor ille iniquus obcæcauit.

Refert quoque Ben-Caſem, præſtantiſſimum philoſophum Mohamedem Abi Abdillah publicè hac in vrbe philoſophiæ ſtudia profeſſum eſſe, ſuſtinuiſſéque omne

b ii con-

contrarium conuenire cum ſuo contrario aliqua in re, exceptô Deô, qui nulla in re cum creaturis poteſt conuenire, ſcripſiſſéque ingens volumen de vnitate exiſtendi principiorum: Tandem obiiſſe Damaſci anno ab Hegyra 638. ætatis ſuæ 78. Innumeri ſunt penè alii, qui hac in vrbe floruerunt.

---

## Cap. V.

### *Haleppi enconia, ſitus, emporium, merces, portus. atque mercatores.*

HAleppus, quæ ab incolis Halcb ſemper dicta eſt; Bellonio Hierapolis eſt, teſte Mylio; Berroea Gyllio, & Anthiochia Villanouano, eſt totius Orientis celeberrimum & nobiliſſimum Emporium, populi frequentià, ac mercium opulentià cæteras Syriç vrbes longè ſuperans. Ad hanc vrbem Perſæ, Armeni, Orientales Indi, atquè ferè Europæi omnes vndique terrarum confluunt. Portus eius, à quo trium dierum ſpatiô diſtat, Eſcandarunch ab incolis, ab Europæis Alexandreta (vtrumque enim nomen paruam Alexandriam denotat) nuncupatur, ad quem naues gregatìm ſe vndique locorum conferunt. Vrbs tota tribus amœnis collibus diſtincta iacet, ita vt pars eius in planitiem porrigatur. pars altera in cliuos amœnos blandè aſſurgat, amnis deinde haud magnam aquarum copiam ſecum trahens, vrbem alluit, & riuulis ex iſto per hortos atque ſata arte diductis irrigat. Agro fœliciſſimo feraciſſimóque frumẽtorum, oliuarúmque cingitur. At præcipuè ditat vrbem arborum mororum ampliſſima planities, quibus ingens bombycum copia alitur. Vrbis verò ambitus ſex millium paſſuum continet, quamquam mœnibus foſſiſque cincta ſit, quæ hoſtilem impetum ſuſtinere nequeant, fortiſſima tamen arce, quç vrbis medium occupat locum, defenditur ac munitur. Hanc anno ab Hegyra 922. Hoc eſt anno ſalutis 1515. Soltan Selim in ſuam poteſtatem redegit, & infini-

infinitas penè diuitiâs in ea reperit. Nam auri argentíque facti, teſte Sciarfeddino, qui duobus tomis Othmanorũ victorias complexus eſt, ſupra myriadem habuit centum quinquaginta millia, quæ ſumma tunc temporis erat maximi momenti; infecti verò ingentem vim: holobrezitæ verò ac ſericæ veſtes; holoberæ præſtantiſſimæ, & coccineæ ſupra trecenta millia, gemmarum etiam atque vnionum ſummam copiam. Denique pręter alias innumeras diuitias, armamentaria octo armis inſtructiſſima poſſedit, quæ omnia ita militum animos erexerunt, tantũque virium ac roboris dedere, vt eodem anno multas alias prouincias audaciſſimè aggreſſi ſint & ſubiugarint. Non minori tamen ſplendore atque opulentiâ nunc fulget, quàm priſcis temporibus, imò modò ædificijs atque negotio fœlicior eſt & illuſtrior, adeo vt poſt Conſtantinopolim & Cairum inter Othmanis ſubiectas vrbes primas teneat, cuius ſi gloriam, ſi opeș, ſi rerum omnium abundantiam ſpectes Reginam inter Orientis vrbes eminentem dixeris. Carauannæ hùc vndique terrarum conueniunt, vt ſimul Meccam & Medinam peregrinationis causâ petant. Hùc etiam ſæpe Sultanni Turcarum exercitus conueniunt, & non raròlmperator ipſe; ac ſi ſola capax eſſet in vniuerſa Syria tantorum exercituum alendorum, qui ibi diu commorantes, vires reficiunt, vt deinde inuadentes Perſam faciliùs expugnare poſſint. Incolæ eius ſunt ferè ex omnibus nationibus, nam in ipſa degunt Muſlemanni, Maronitæ, Græci, Armæni, Neſtoriani, Iacobitæ, & nonnulli Coptitæ, Iudæíque quamplurimi. *Aleppi diuitiæ.*

Mercatura in ea exercetur nobilis, nam cum ſumma bombycum copia vt dictum eſt in eius ampliſſimo territorio alatur, maxima ſerici vis reperitur. Lapilli etiam non pauci, vti Margaritæ, Carbunculi, Saphiri, Adamantes, Sardonyces, aliæque lectiſſimæ gẽmæ copioſè hinc diſtrahuntur. Bezuar item lapis ſubniger ad viriditatem tendens, olearũm ferè conditarum referens colorem, quem capraium ſylueſtrium è ventre Indi Orientales Perſæque collimitanei eruunt. Ambarum etiam ac Bengeüinum, ſtorax ſeu ſtyrax, Maclabus, Aloës lignum, ac Libanicum, & Bagh- *Merces.*

 dadicum,

dadicum manna, varias in partes abundè diſpenſantur. Muſcus prætereà Orientalis præſtantiſſimus & longè Occidentali melior, qui ex paruo ſubrubri coloris animali hoc modo extrahitur: Baculo animal pluribus vno eodémque loco ictibus verberatur, adeò vt ſanguis in vnum concurrat locum, ac tum pellis inflata ſanguiniſque plena ita ſtrictè ligatur, vt inde ſanguis concluſus egredi nequeat: pellem illam in vnam aut plures veſicas contractam exſiccari ſupra dorſum animalis ſinunt, donec abſque vlla vi nulloque adhibito inſtrumento eæ veſicæ cadant, vbi ille ſanguis ſuauiſſimus, in muſcum beneolentem poſt vnum menſem conuerſus reperitur.

*Muſci animal.*

Hinc oriũdus eſt nobilis ille Grãmaticus Othman Abu-Homar, cognomine Ben-ellhhageb celebris, qui Cafiá atq; Sciafiam de grammatica ſcripſit qui poſt ſpatium temporis ſe Damaſcum recepit, vbi obiit anno 672. ætatis ſuæ 72.

---

## Cap. VI.

*Libani ethimon, laudes, Cedri deſcriptæ, Vina, loca munita, flumina, veteres ac noui incolæ, vbi de Maronitis atque eorum Patriarcha.*

Libanus ab Arabibus Lobnan, à Syris Lebnon dictus, mons eſt in Syria celeberrimus, ſic denominatus à vocabulo Syriaco Lbunto, quod Thus denotat non verò albedinem. Is Cedrorum ſuaueolentia, Machlabi plantarum, atque thuris preſtantiſſimo odore, cæterarúmque arborum atque florum fragrantiâ ita abundat, ſicut in Canticis paſſim videre eſt, vt inde potiùs ſuaueolens quã albus denominandus ſit.

Montis huiuſce laudes atque gloriam Sacræ paginæ ſatis ſuperque celebrant, nam de hoc in omnibus ferè Bibliorum præſertim Prophetarum libris fit mentio. Hinc nati ſunt tot Satrapæ, tot filij Enacim, totque Gygantes. Ad latera eius habitabat Amorrhæus, Pherezæus, Hethæus, & Euæus, atque omnes ferè fortiſſimi Hebræorum aduerſarii.

uerſarii. Hîc erat illa domus ſuperbiſſima, ſeu Libani turris centum longitudinis cubitorum porrecta, quinquaginta latitudinis, cuius rudera adhuc in ipſo Libani ſaltu viſuntur. Hîc Cedri extant ſuaueolentes, ex quibus ſapientiſſimus Salomon ligna pro Dei templo excidenda à decem virorum millibus curabat. Hîc cernes Hortorum fontem placidiſſimum, qui Syriacè ab incolis Nahro Kadiſcio, ideſt flumen ſanctum vocatur, cuius copioſiſſimam ſcatebram vidimus, atquè ex eius gelidis aquis placidè hauſimus. Hîc ſpectantur non hominum arte, ſed naturæ quædam contra hoſtes intra viuum ſaxum munimina ampliſſima, quorum oſtia belli tempore atque obſidionis, vel quælibet muliercula aduersùm exercitum integrum facilè defendere valet. Vniuerſus autem montis ambitus, vt incolę ferunt, 600. ferè paſſuum millia complectitur. Soli cœliq; mira felicitas, ſiquidē mōs iſte nō inueſtis aut ſterilis eſt, ſed denſis virentibuſque nemoribus ornatus; campi ſubiacentes vberrimi, & opimæ meſſis feraces, ac omni frugum genere mirâ luxuriâ abundantes, aquis perennibus irrigui, quibus peregrinantes ſitim paſſim leuare poſſunt. Vina proferunt generoſiſsima ac nutritiua, grata guſtui, non ingrata ſtomacho, corpori ſalubria, quæ nullum ventri tumorem, veſicæ nullum gignunt impetum, ſed cibum concoquunt in ipſo ſtomacho, peccanteſque abſtergunt humores, & naturæ vires fouent, adeo vt meritò Oſęas capite 14. cecinerit, *Memoriale Iſraël erit ſicut Vinum Libani.* Quinetiam ipſum Noam vineam plantaſſe hoc in monte, in quodam pago Saidania dicto, Deiparę Virgini, ob imaginem a Diuo Luca depictam ſacro, Noſtrates plurimi prodiderunt. Fluuij ex eo plures emanant, & præcipui ſunt Iordanes qui ex duōbus fontibus Iur & Dan, aquis & vocibus commiſtis nomen atque ſcaturiginem trahit: Pharphar & Abana, atque Tripolis fluuius. Vberrimè etiam hoc in monte creſcunt cupreſsi, pini, buxi, aliæque frondoſæ arboreș. Cedri præſertim, quarum ſpeciem vt oculatiſsimi teſtes deſcribemus. Cedrus ſępe à Salomone decantata creſcit ſummo in monte, cuius ſi altitudinem ſpectes, pino excelſiorem, ſi craſsitiem quatuor

*Hortorum fons.*

*Libani vina.*

*Libani cedrus deſcripta.*

tuor interdum, interdum quinque viri brachiis coniunctis truncum amplecti non poſſunt. Ramos non ſurſum eleuatos, ſed omnes per tranſuerſum porrectos, longè latéque ſe diffundentes ordine quodam pulſant, ita vt ſit ramulus ramulo & folium folio ſic ſpiſſè coniunctus, alterique copulatus, vt non naturâ ſed arte mirabili extenſos exiſtimes, atque ita multos & ſedere & ſupinos iacere ſupra hos ramos non ſemel vidimus. Folia verô denſa inter ſe, frequentiáque, anguſta tamen ac dura, ſpinoſa ſed perpetuò virentia. Lignum nodoſum & paulò contortum, durum tamen, incorruptibile, ac ſuaueolens. Fructus Cypariſſi conis non abſimiles, qui gummi tenax ſed mirè fragrans tantùm emittunt. Hunc ergo montem Maronitæ incolunt, qui à Diuo Marone Abbate vitæ ſanctimoniâ pietatéque perilluſtri, atque ab eius diſcipulis originem trahunt, vel vt quibuſdam placet à Maronia terra. Vtrumlibet tamen verum fuerit nec ne, parùm liquet, non deſcendunt tamen ab vllo Marone Hæreſiarcha, cum nullus iſtius nominis extiterit, neque vnquam Maronitæ hæreſeos labe cionquinati. Effutiant quicquid voluerint nõnulli aduerſarii, qui ob inanem quandam mundanamque delectationem, ſemper proni ad aliena vlcera lambenda videntur; malunt enim falſa mendaciis confirmata ſcribere, quàm veritatem indagantes benè de aliis ſentire. At his ſilentium imponemus, donec alia ſe ſe opportunior offerat occaſio.

*Libani incola.*

Iſti igitur totum montem prædictum ſoli occupāt, magnamque argenti vim ſingulis annis Domino illius terræ pręter ordinaria vectigalia, ne vllus cum ipſis habitet alienę religionis cultor, neque vllus, vt in partibus Græcorum fit, rapiatur in captiuitatem pro Bizantino principe infans, impendunt. Vbi omnia Chriſtianæ religionis Catholicæ officia adminiſtrare liberè poſſunt, immò & campanis ſoli vtuntur, cùm cæteris nationibus ſint interdictæ, nam cùm ſemel in Moſlemaniſmi primordiis ad campanarum ſignum collecti Chriſtiani Moſlemannos inuaſiſſent, cladémq; ipſis ingentē intuliſſent, illis omnino regionibus campanarum vſum interdixerunt, quas in ſuum domi-

*Campanæ in Libano.*

dominium atque poteſtatem poſteà redegerunt, Maronitarum Patriarcha, qui Antiochenus eſt, ſummâ obſeruantiâ atque obſequiis colitur ab vniuerſo populo, ipſéque cum vniuerſo clero ſuo maximo amore ac reuerentia fertur in ſanctiſſimum Romanum pontificem, quem & ſummum paſtorem, Chriſtíque in terris legitimum atque vnicum vicarium agnoſcit atque fatetur. Sacra celebrat linguâ Syriacâ, atque reliqua quæ ad Dei cultum pertinent. Multa alia de his vide apud eos qui de ſanctiſſimo ſepulchro, eiuſque viſitatione in Palæſtina, quam modò terram ſanctam vocant, peregrinationes ſuas ſcripſerunt. *Maronitarũ Patriarcha.*

---

## Cap. VII.

### *De Mecca, eius Dominio ac territorio, déque templi ipſius origine, ſtructura, ſacrificiis, & ad illud peregrinationibus.*

MEcca vrbs Arabiæ deſertæ matrix nobiliſſima, quæ & Becca dicta reperitur in Alcorano, à Zardo falsò Arach denominatur: Arach enim eſt ad Euphratis ripam, Mecca verò vt diximus in Arabia deſerta non longè à linea æquinoctiali conſtituta. Quidam autem ſitam eſſe volunt in Arabia fælici, ſed valde aberrant à Communi Arabum Geographorum ſententia, nam & hic noſter author ait, arbore quadam ſeparari terminos Iaman à terminis Meccæ, & Ben-Caſem diuidit Hagiaz Peninſulã quæ territoria Meccæ ac Medinæ complectitur, à Iamam, & communiter apud oriẽtales regimine diſtinguntur, Hagiaz enim à Dominò Meccæ, Iaman verò à Baſcià gubernatur. Hęc igitur apud Moſlemannos ſanctior vrbs eſt, non ob Mohamedis ſolùm reuelationes, quas ibi habuit, ſed præcipuè ob fanum illud, ſi religionem ſpectes profanum, ſi ſtructuram ſuperbiſſimum, & hoc Kabe (ſcilicet quadrata domus) Mohameręi indigitant, quod fabuloſè ferunt primò ædificatum fuiſſe ab Angelis, & ab Adam ipſo ſępe viſitatum; *Arabiæ deſertæ limites.*

c ne

ne tamen aquis vnà cum terra obrueretur, tranſlatum ad ſextum cœlum quod Dar-Aſſalam ſcilicet habitaculum pacis Moſlemanni vocitant: poſt diluuium verò Abraham aliam domum priſtinæ omninò ſimilem ædificauit, quia vmbra illius ei de cœlo miſſa eſt. Hæc Iacub Ben-Sidi Aali.

*Mecca templum deſcriptum.*

Et quidem hęc eſt ſacellum quoddam non nimis amplum quadratæ figuræ, vt nomen ipſum exprimit, quatuor portis adapertum per quarum vnam patet miniſtris aditus, aliæ verò ſemel in anno aperiuntur; totum verò auro fulget & veſte Holobrezita vndequaque tectum, & ne vllus cominùs accedat ad parietes, ferro pereleganti opere elaborato, ipſos circumdederunt, intra illud nemo mortalium ingreditur præter ſeniores quoſdam qui ſacelli curam gerentes longâ ad pectus demiſſâ barbâ diu noctúque ibi manent. Iuxta hoc ſacellũ deinde cernes ampliſſimã aream marmoreis ſtratam lapidibus, quam in gyro ornant octo ingentes faces, atque triginta ſex aureę lampades perpetuò accenſæ. Patent ad hanc aream ſimulque ad ſacellum prædictum tres aditus ſeu ſemitæ, quibus tam viri quàm fœminę nudis incedentes pedibus perueniunt ad ſacellum, quod ſummâ reuerentiâ ſuo modo atque cultu preces ſuas obmurmurantes ſepties circumeunt, angulos deoſculantur, gemunt, & Abrahami ac Mohamedis auxilium patrociniumque implorant. Ambit deinde totum hoc ſpatium perelegantis ſtructuræ quaſi murus ſuperbum ædificium, in quo ſexdecim portæ numerantur principaliores, per quas patet ingreſſus egreſſuſque, vbi infinitę cernuntur lampades appenſæ, & incredibilis magnitudinis faces ſeu luminaria accenſa. Intra hoc ſpatium, nempe inter columnarum atque pilarum ordines, officinæ ſunt Aromatopolarum, lapillorumque ac holoſericarum veſtium vendentium, quorum tanta eſt copia vt vix exprimi linguâ poſſit. India namque maior quæ vltrà Gangem eſt, ſummam vnionum copiam atque lapillorum mittit, Bengala & Arach ſericas veſtes copioſè liberaliterque ſuppeditant, Arabia fœlix etiam ſuos lapillos atque pretioſa aromata adminiſtrat, Æthiopia denique eadem affluenti atque larga manu adfert. Non enim hîc aut templum aut vrbem

*Merces ac lapilli venales.*

eſſe

eſſe diceres, ſed totius mundi nundinas ſimul collectas intuereris. Videres hîc, niſi rideres potius, hominum turbam deoſculantem atque amplectentem maximo cum ardore & affectu lapidem quemdam, quem ipſi Hagiar Alaſuad, ſcilicet lapidem nigrum, vocitant. Aiunt enim hunc lapidem eſſe margaritam ex paradiſo, cuius lumen, vniuerſum Meccæ territorium illuſtrabat, quæ tamen ob hominum ſcelera denigrata eſt. Coram hoc Mohamedes, teſte Iacub Ben Sidi Aali plorare, dolere, veniam peccatorum à Deo implorare, gemituque ac lacrymis auxilium contra hoſtes poſcere præcipiebat. Poſtquam ſacellum illud, atque lapidem prædictum inuiſerunt, ſe ad aliud intra templum ſatis amplum ſacellum conferunt, vbi puteus eſt, dictus Zam Zam; & eſt inquit auctor præfatus, fons ſeu ſcatebra quæ fluxit ſub pedibus Iſmaëi dum gemeret ſitibundus, quam Hagar primò videns filio ait linguâ Copticâ Zam, Zam, hoc eſt, ſiſte, ſiſte gradum. Ex hoc puteo multi ſunt qui aquam exhauriunt, atque dant peregrinis quibus præceptum eſt corpus & caput eadem aquâ ter ſe lauare, atq; ex eadem bibere, ſecumque ſi poſſint deferre, Deumque orare vt ſibi ipſis ſanitatem concedat, veniamque peccatorum tribuat. Huic ſtructuræ accedit nobilis diſciplinarum Academia, beneficiô & munificentiâ Solimani anno fere ab Hegyra 949. erecta, qui & ſumptibus architecturam mirabilem & prouentibus lycæum ipſum ditauit. *Fabuloſus lapis.* *Meccæ Putei origo.*

His templi viſitationibus peractis peregrini omnes decimo ab vrbe milliari ad templum quoddam ſupra collem extructum proficiſcũtur, eòque turmatim confluentes, pro conditione atque ſtatu, vnum aut plures arietes ad ſacrificandum emunt. Et quia multi eſſe apud Moſlemannos ſeu Mohamedis ſectatores ſacrificia inficiantur, fideliter hîc quę Iacub Ben-Sidi Aali de cæremoniis, conſuetudinibus, victu & veſtitu ſuorum docet, proponemus. Sic enim loquitur; Dhabhia (ſic vocant Arabes ſacrificium) eſt iugulatio, quadrupedum in Dei oblationem & cultum, eaque ſunt agni ſex aut ſeptem menſium ad minimum, cameli quinque annorum, vituli verò duorum. Maſcula eligantur præ fœminis, eaque munda, candida, nullaque la- *Mohametanorũ victima.* »

 be

„ be naturali aut violenta infecta: ſint quoque pinguia, corpulenta, & cornigera. Vnuſquiſque tenetur ſuas victimas propria manu iugulare ac diſenterare, aut ſaltem ſi iugulationi adeſſe non poſſit ob aliquas vrgētes neceſſitates, alios ſubſtituat, qui id ſuo loco præſtent; ſinguli enim antequā quicquā manducent particulā tenentur aliquam ex victimis edere, reliquū verò ſi poſſint, pauperibus hilari mente elargiri. Qui ad has oblationes admittuntur, vnum offerant arietem pro ſe, alium pro mortuorum animabus, alium denique pro Mohamede, vt in die iudicii à calamitatibus eos liberet. Hæ victimæ Deo offeruntur (inquit prędictus auctor) ad Abrahami imitationem, qui Iſmaëlem filium ſuum Deo immolare voluit, quique vrbe cum filio egreſſus, duxit eum ſecum ad quemdā collem (quem illi vocant Mena) vbi Deo ipſum in victimam offerre volebat, ſed cùm gladius ſcindere eius collum non potuiſſet, apparuit intra manus eius aries candidus, pinguis, & corniger, quem Deo pro filio immolauit.

Hîc dum talibus ſacrificiis peregrini incumbunt, Arabes Beduini, ſeu deſerti cultores, frequentes, ac veluti ſturni ſpiſſi Carauannas aggrediuntur, eaſque deprędantes ſtatim in aſperos colles & loca inuia tali velocitate ſe recipiūt, vt potiùs eos non currere ſed volare diceres. Neque ſolùm peregrinos inuadunt, ſed cùm poſſunt vrbes, pagoſque diripiunt, & quamquam in territorio Meccæ quod ex parte orientali ſex occupat milliaria, ex ſeptentrionali duodecim, ex occidentali 18. ex meridionali deniquè 24. omninò arma interdicantur, ideoque Mecca & Medina Alharamain vocentur ſcilicet duo loca, in quibus pugnę atque armam interdicta ſunt, tamen iſti nunquam à bello, vaſtitatę, ac domorum vrbiumque deprędatione deſiſtunt, propterea ſæpe peregrini in iſtis locis arma ferre coguntur, vt inimicorum vim atque audaciam repellere poſſint.

*Arma ac pugna Meccæ interdicta.*

Meccæ territorium ob aquarum pluuiæque penuriam, ſterile admodum atque infœcundum perhibetur, ideoque olera pauca, pauciſſimæ plantæ in ipſo conſitæ cernuntur, non enim incolæ aut vinearum deliciis, aut

*Tellus infæcunda.*

denſo-

denſorum nemorum amœnitate, hortorumque irriguis fontibus virentium fragantia fruuntur, ſed perpetuo ęſtu, perpetuiſque ſolis ardoribus tam terra quàm indigenę torrentur. Et hæc eſt fortè cauſa, propter quam arborum ramos, ſi qui ſint, apud ipſos frangere, fractoſque deferre nefas eſſe ducant. Tantùm balſami arbuſta ex vrbe Cairenſi huc delata fæliciter creſcunt, atque modò ita ſunt propagata, vt omnis ſuauiſſimus balſami liquor nonniſi ex hac vrbe per vniuerſas regiones copiosè affatimque diſpenſetur. Hîc deinde ſumma Columbarum copia inuenitur, quæ quia ſunt de genere atque ſtirpe eius quæ ad Mohamedis aures (vt Moſlemanni nugantur) accedebat, eo pollent priuilegió atque authoritate, vt non ſolùm eas occidere, ſed aut capere, aut fugare nefas eſſe exiſtiment. *Columbæ impunes.*

Huius vrbis dominium, vniuerſamque Medinæ terram, quaſi hæreditario iure poſſidet Scerifus quidam, qui Alamam-Alhaſcemi ideſt dux ſeu anteſignanus Haſcemęus, nũcupatur, qui de Haſcem Mohamedis proauo originẽ trahit; & quamquam olim Ægypti Sultanorum, ac modò Othomannorum pareat imperio, nunquam tamen ſuo dominio auctoritatéque fuit ſpoliatus, immò Othomãnus imperator non ſe Meccæ Medinęque aut Dominum aũt imperatorem, ſed ſeruum humilem perhibet. Scerifus igitur iſte qui etiam Emir, quaſi Meccę rex ſeu imperator nominatur, quamquam non paucos habeat prouentus, multaque ſint peregrinorum munera, aliorumque principum dona, ob affectantium tamen imperium, frátrum diſſentiones, Arabúmque Beduinorum continuas pugnas inuaſioneſque, ſemper ferè pauper eſt. Hanc enim ob cauſam annuorum Ægypti vectigalium tertiam partem, atque vt peregrinantes ad Meccam ab Arábum inuaſionibus protegantur Othomannus imperator elargitur. *Meccæ Dominus.*

## Cap. VIII.

*Medinæ ethimologia, Mohamedis origo, fraus, dominium, ſepulchrum, vxores, liberi, ſocij; ac diſſentio inter Perſas & Turcas.*

MEdina ſcilicet vrbs per antonomaſiam dicta, & Medinat-Alnabi, hoc eſt ciuitas prophetæ, quia Mohamed primò cùm Meccam patriam deſerere coactus eſſet, ſe in hanc vrbem quæ Iathreb dicebatur recepit, ac eius dominus factus eſt. Non igitur quia ex ipſa ſit oriũdus, vt multi malè ſibi perſuadent, Mohamedes dictus fuit Medinenſis: ſiquidem Meccæ natus, ibique educatus, tum demum ibidem ætatis ſuæ anno 40. & Alexandri magni 933. vt notat Ben Caſem, cœpit maledictam & execrabilem ſuam euomere doctrinam, & clàm primò, deinde palàm, impudentiæ laruis indutus, nouas opiniones ſpargere, nouaſque

*Mohamedis fuga.*

leges diſſeminare auſus eſt. Hoc vt ad magiſtratus aures peruenit, publico edicto tanquam vrbis peſtis eiectus eſt, anno ætatis ſuæ iuxta Ben-Caſem ſententiam 52. iuxta verò Abdillatif Ben-Iuſof, 53. ad hanc vrbem quæ tunc temporis Iathreb dicebatur fugit, & ab hac fuga quæ Arabicè Hegeraton, aut Hegera dicitur, æram Moſlemanni deſumunt ſuam, quæ incidit circa annum Domini 622. Et quamquam hic annus, qui Chriſticolis eſt 1619. ſit ipſis 1028. quia tamen iuxta annos lunares, quos 354. diebus conſtare docent, enumerant, aliquot menſibus ſupra 31. annos circulus lunaris ſolarem hucuſque exceſſit. Vnde menſes illorum errantes ſunt, ac incerta ſede vagantur.

*Mohametanorum æra.*

In hac igitur vrbe arte, dolo, ac fucatis verbis paulatim ad ſũmos euectus honores: excuſſo ſubiectionis iugo & Eccleſiaſticus atq; Politicus Princeps eſt declaratus. Is vbi primum ſe ad tales honores euectum eſſe ſenſit, amicitiam multorum ſibi conciliare ſtuduit, ac ſimul ſuas leges pa-

*Mohamedis leges ac Dominium.*

lam publicéque promulgare. Secundo itaque anno ſuæ fugæ cœpit ieiunii leges ſancire: Tertio vinum ſuillamque carnẽ interdicere, & ſic deinceps ſua omnia deliria, nouæ doctrinæ ſpecie promulgare, dominiũque quod vſurparat ſtabilire, ita vt intrà octauum à ſua fuga annum, Munam vrbem & Meccam patriam à qua fuerat turpiter expulſus, in ſuam ditionem redegerit, & ſic audacter ad alias conquirendas regiones ſuamque infamem legem promulgandam perrexerit.

Quod verò ad Mohamedis vxores attinet quamquam quatuor in matrimoniũ eum duxiſſe Ben-Caſem aſſerat, multas tamen pellices, pluresq; cõcubinas addidiſſe dicitur; nec mirum, nam cap. de Vacca, quod Surato-Ibaqra indigitatur, ſuis præcepit, Mulieres ducite ſingulas, binas, ternas, quaternaſque, pellices verò concubinaſque tot poſſidete, quot alere poteſtis: quodſi tot fœminas aliis permiſit, cur id ſibi prohiberet? cui vni decem prophetarum in coëundo vim ac robur Deum conceſſiſſe (teſte Ben-Sidi Aali) impudenter iactabatur: immo quaſcumque ſcortationes ſalax vir iſte, effrænus, ac planè belluinus, quęcumque contra naturã ſcelera, ac ſtupra, quæ ſceleſtiſſimè patrabat, in Deum Angelumque Gabrielem referre non verebatur. Deum enim ea omnia Angelo dictante ſibi cõceſſiſſe audacter gloriabatur. Porrò vxorum legitimarum prima Chodaige dicebatur, de qua duos ſuſcepit filios, & filias quatuor: Zainab ſcilicet & Fatema, quam in vxorem duxit Aali, tertia Om Calthum, & quarta Rakia quas ambas in matrimonium duxit Abu-Becr. Secunda vxor nuncupatur Aiſce filia Abi-Bacri primi Chalifæ, quæ tantùm erat ſex annorum, teſte Ben-Caſem, dum Mohamedes illam in matrimonium duxit, & hanc matrem fidelium Moſlemanni appellant, quę præter linguarum cognitionem hiſtoriis Arabum euoluendis diligenter incumbebat, & hæc valdè Mohamedem diligebat, laudibuſque ſemper efferebat. Tertia fuit nomine Maria quæ Mohamedi peperit Ebrahim, qui Caſem cognomento erat, indéque paſſim Mohamedes vocatur Abulcaſem; alii tamen volunt alium fuiſſe Ebrahim à Caſem, & Conſtan- *Mohamedis vxores ac liberi.*

ter

ter hanc opinionem amplexus eſt Ben-abdillatif ſed contrarium Ben-Caſem tenet atque demóſtrat, Mohamedem tres tantùm filios maſculos habuiſſe, Ebrahim ſcilicet ſeu Caſem, qui octodecim menſibus tantùm vixit, Taieb, ac Taher, quos Chodaige procreauit, & ambo in cunabulis perierunt. Vltima denique Mohamedis vxor Zainab appellatur, & hanc etiam fidelium matrem multi vocant, quæ prius fuit vxor Zaidi Ben-Harteh Mohamedis Domini, eodem Ben-Caſem teſte, quam à Domino repudiatam lætus duxit Mohamed in vxorem.

*Abu-Bacr Chalipha.* Socios ſeu conſiliarios habuit quatuor, primus fuit Abdollah qui & Abu Bacr dictus, iſque intimus Mohamedi ac Syncerus amicus. Hic cùm ditiſſimus eſſet, propria pecunia largè & liberaliter Mohamedis neceſſitatibus ſubueniebat, quo tandem mortuo ei in dignitate ſucceſſit, atque primus Chaliſa ſiue ſucceſſor extitit. Obiit anno ab Hegyra 13. & ætatis ſuæ 63. atque propè Mohamedem in eodem tumulo ſepultus eſt. Secundus ſocius, fuit Homar filius Chattab, cognomento Faruq, qui Abi-Bacro ſucceſſit, & decem annis ſexque menſibus ſucceſſoris officiô functus eſt. *Homar Chalipha.* Iſte primus fuit, qui rex fidelium vocatus eſt, ac Moſlemannorum Annales ſcripſit, & Alcorannum in volumen redegit, & qui Ramadani ieiunium obſeruari curauit. Denique eodem citato auctore teſte, occiſus eſt anno ab Hegyra 23. atque propè Abi Bacrum ſepultus. *Othman Chalipha.* Tertius ſocius fuit Othman, qui tertius Chaliſa extitit, & duodecim quibus regnauit annis, in ſuam ditionem Cyprum, Naiſabur, Maru, Sarchas & Mauritaniam ſubegit, ac demùm anno ab Hegyra 35. obiit, ſepultuſque eſt in vrbis Cœmeterio. *Aali Chalipha.* Quartus denique ſocius atque Chaliſa fuit Aali, qui Emir Elmumenin etiam dicitur, hoc eſt rex fidelium, iſte occiſus eſt anno ab Hegyra 40. ætatis verò ſuæ 63. atq; ſepultus eſt in vrbe Kerbelā. Erat etiā cognationē iūctus Mohamedi, eius ſcilicet patruelis, fratrum enim filii ambo erant, ac ipſius gener, atq; familiaritate teneris ab annis coniunctus, & ſimul cum Mohamede Moſlemannica lege fuit imbutus, quam ob cauſam ſæpe dicere ſolebat, ego ſum primus Moſlemannus. Inde fit vt Perſæ tanquam hære-

hæreticos alios tres Chalifas deteſtentur, atque eorum ſcripta, vbicunque inuenerint flammis exurant, & crudeliter in eorum obſeruatores animaduertant; quia ſcilicet impudenter imprudenterque ſe Aali prętulerunt, & dignitate iure teſtamenti debita eum ſpoliarunt, propterea perduelles atque hæretici à Perſis tenentur. Hinc bella, contentiones, diſſidia, interneciones, ac denique vrbium vaſtitates, agrorum depopulationes, oppidorumque incendia inter Perſas, Arabes ac Turcas orta ſunt: ita vt in ſe mutuò tanquam in hoſtes acerrimos & hæreticos abominabiles crudeliter ſæuiant. *Inter Perſas ac cæteros alios diſſentionis cauſa.*

Tandem hic Pſeudopropheta anno vndecimo poſt ſuam Hegyram ſeu fugam, vti Ben-Caſem capite 31. de cantu ac vocibus aſſerit, ætatiſque ſuæ 63. relicto Abi-Becr ſucceſſore animam ſuam Medinæ diabolo tradidit ſine fine in gehennæ tormentis cruciandam, ibidemque ſepultus eſt in tumulo Aaiſce vxoris ſuæ. Hic ſuperbum templum atque ingens, pereleganti architectura munificaque arte eſt erectum, quod quotidie Othmannorum ſumptibus aliorumque principum donariis certatim ſplendideq; augetur, illuſtraturque. Intra hoc ædificium ſacellum extat non perfectæ quadraturę venuſtiſſima teſtudine tectum, ſub qua eſt vrna lapidea Hagiar Monaüar ſcilicet lapis lucidus dicta, quæ, vt dictum eſt, ad Aaiſce Mohamedis vxorem pertinebat. Hęc tota auro ac ſerica veſte eſt tecta, ferreiſque cancellis auratis vndequaque circundata; intra hanc, quæ auro gemmiſque fulget, Mohamedis fœtidum cadauer fuit collocatum, quod nec in aërem elatum, nec vi magnetis ſurſum, aut alia arte eleuatum, ſed humi lapidea vrna fortè vacua miſere iacet. Templum hoc Molleman̄i peregrini poſt à Mecca reditum inuiſunt, & eò libentius, quia Mohamedes adhùc viuens dicere ſolebat, qui tumulum meum poſt obitum inuiſerit, ac ſi me viuentem inuiſiſſet, & ego illi vitam omnibus voluptatibus affluentem concedendam apud Deum intercedam; propterea gregatim omnes ſummum huic loco honorem deferunt, ſummaque veneratione eos cancellos (cum nemini pateat aditus ad prędictam vrnam) amplectuntur ac *Mohamedis mors.* *Mohamedis Tumulus.*

deoſculātur,& fælices ſe ac beatos prędicant. Hinc factum eſt vt multi huius loci deſiderio patriam conſanguineoſq; reliquerint: plerique etiam tali inſania dementiaque capti fuerint, vt ſibi ſponte oculos eruerint, ne ſcilicet quicquam mundanum, vt inquiunt, viderent: reliquuum vitæ curriculum ibi peregerint.

Cæterùm Medinæ ambitus eſt duorum millium paſſuum, eſtque muri circuitus, quem Aadhd Addaule rex Baghdad anno 364. condidit. Eius territorium præter dactylos atque nonnulla olera, arbores aut fruges profert nullas, ac vti in Arabia deſerta ſita eſt, ita tota ſterilis atque inculta, aquarum penuria laborat, ſolis ardore, arenarumque calore torretur.

## Cap. IX.

### *De Metſr ſeu Alcairo, eiuſque animalibus, ſegetibus, incrementi Niliaci ſignis miris, pullis, columbis, ac incolarum veſtibus.*

MEtſr non ſolùm vrbis ſed totius Ægypti regni nomen eſt, à Meſraim Noë filio ſic dicta, inquit Mohamed Sirazita. Vrbis verò nomen præcipuum ab incolis Alcahera, ſcilicet victrix dicitur, Ab Europæis Alcairo, ſeu Cairo, olim autem Memphis vocabatur. Atque hęc Metropolis eſt totius Ægypti regni atque matrix nobiliſſima, quę Mamaluchis deſtructis, & à Solimanno Bizantino Principe deuictis, à Baſcià militia turcica 25. millium Spahiorum Ianizerorumque munito ſummo ſplendore regitur & gubernatur. Porrò vrbs diues eſt Caſſiæ arboribus, quarum truncus, rami, & folia nucibus adeò ſunt ſimiles, vt quoties non pendeant fructus, nuces eſſe dixeris. Eſt quoque Saccari arundinum, frumenti atque reliquarum ſegetum feraciſſima, cùm bis in anno in nonnullis adiacentibus terris frumentorum abundantiſſima colligatur meſſis: fœnum verò quater: olera, vti fabæ, ciceres, lenticulę atque *Ægypti vbertas.* ſimilia

ſimilia ferè ſemper vireant. Adde ingentem candidiſſimi ſalis inexhauſtamque copiam; nam aqua Nili in foueas concluſa, abſque vllo artificio ferè intra triduum ſolis ardore expoſita in ſalem nitidiſſimum concreſcit. Superioribus etiam annis celebris erat balſami plantis, quę modò Othomannorũ iuſſu tranſlatæ ſunt ad vrbẽ Mecchenſem, & præter numero ſeptem arbuſcula, quæ in Proregis viridario ſumma diligentia adſeruantur, nulla in vniuerſo Ægypti regno inueniuntur. Arbuſcula hæc cubiti altitudinem non excedunt. At Meccæ fæliciſſimè vt dictum eſt creſcunt; horum folia ſunt Amaraco ſiue maioranæ ſylueſtri ſimillima, ſuccus verò, qui balſamum eſt, educitur è trunco aut ramis parua facta inciſione. *Balſami arbuſta.*

Animalia in ipſa reperiuntur plurima, Equus præſertim marinus, qui molem corporis ingentem cum habeat, pedes & collum perbreues, caput maximum, deformis admodum redditur; nihil aliud tamen, ex tanto animali laudatur, aut in pretio eſt, pręter caudam ac dentes; illa enim equorum collis camelorumq; appenſa pulchrum ac venuſtum ipſis miniſtrat ornamentum. Dentes verò vt fertur, contra vertiginem & capitis dolorem proſunt; ex illis quoque fiunt annuli, quos non tantùm ornatus gratia in dextro pollice geſtare ſunt ſoliti, ſed etiam ad hunc vſum, vt fortiùs arcuum ſuorum neruos adducant, nec pollicem criſpatum offendant. Capiunt venatores hanc belluam foueis leui tegumento ſtratis, in quas, cùm noctu ad orizam edendam egreditur è Nilo, cadit, neque euadere poteſt. Item Crocodilus, qui terra æquè ac flumine gaudet, iiſdem excipitur inſidiis, cuius in nece ploratus effictitius eſt, ac planè nugatorius. Extat præterea Chamæleon animal quadrupes lõgitudine vnius palmi, formã lacertæ viridis referens, niſi quòd hoc ſit grandiuſculo corpore, variiſque coloribus affectum. Roſtrum aut lacertæ aut ranę ſimile habet, linguam acutam, qua muſcas venatur, caudam prælongam, exilem ac teretem, dorſum gibboſum atque aſperum, inceſſum tardum teſtudinis ſimilem, ventrem flacidum, ſtrictumque, corpus minimè opacum, imò ſubdiaphanum ac tranſparens, in quo vnum tranſpicitur inteſti- *Chamæleontis deſcriptio.*

 num,

num, pellis modò nigra modò viridis ſæpeque verſicolor cernitur. oua quæ dactylorum ferè nuclei molem refe- runt, quæque pelle tenui ſerpentum ouorum inſtar, cir- cunducta, producunt. Qui verò hoc animal aëris ali- mento ſemper viuere, in colores quoſcunque, quos proxi- mè attingit, conuerſione ſubita ob corporis ſubtilita- tem variari, aut magnitudine (vt Democritus, te- ſte Plinio libro 28. c. 8.) Crocodilo ſimile tenent, ridi- cula omnino ac nugatoria docent; quare præter innumeras experientias hac de cauſa ſpeciatim factas, mercatores Europæi plures fide digniſſimi hoc animal vitellis, caſeo, hortorum herbis veſci teſtantur, & panniculis verſico- loribus appoſitum nunquam priſtinum colorem mutaſſe non rarò ſe vidiſſe affirmant. Quod ſi fortè aliquando ſub- iectum colorem recepiſſe id comprehenſum ſit, nihil mi- rum videri debet, quandoquidem, & qui purpura induun- tur, colorem illum etiam à ſua veſte mutuantur, & in alio- rum vultus tranſmittunt; quare variç illæ colorum muta- tiones ad naturam animalis potius, quam ad obiectum co- lorem referendæ ſunt.

*Pulli abſque gallinis pro- ducti.*

Iſtud verò ea in vrbe ſingulare eſt, quod nullibi fortè terrarum reperitur, vt pulli ex ouis, non naturali gallina- rum calore; ſed ignis naturalis beneficio, hominumque artificio recludantur. Incolç enim conſtruunt ſibi furnos duorum ferè altitudinis cubitorum, atque vna tantum portâ anguſta adapertos. In ſuperficie verò plana ſuperio- ri, vbi nulla ſunt oua, carbones accenſi, canalibus qui- buſdam circumductis apponuntur; in inferiori autem oua quamplurima (ſinguli enim furni plus minuſue qua- tuor aut quinque millia ouorum capiunt) ordine diſpo- nuntur, ac vt diximus carbonibus in illis canalibus poſitis ignis admouetur, qui diù noctúque ardens temperatum præbet calorem ad 21. diem, qua pulli incipiunt excludi ouis vſque ad 23. qua tranſacta, ſi quæ remanent ex quibus non oboriantur pulli, inutilia atque corrupta eſſe depręhē- duntur. Pulli igitur tanta copia excluſi, intra paleas edu- cantur ſpatio octo aut decem dierum, quo tempore ela- pſo accedunt ruſtici homines, qui ſecuram pullorum cu-

ram

ram promittunt, quorum nominibus in albo relatis, ſingulis, menſura quadam lignea ſine fundo, quaſi modio, dantur tot menſuræ, quot volunt, eo pacto vt vna pullorum pars ſit pro terræ Domino ſeu pro Turcarum Imperatore, altera pro furnorum magiſtro, tertia denique pro iis, qui pullos educarunt, eaque induſtria exiguo tempore, tota Ægyptus maxima pullorum repletur copia.

Eſt etiam aliud illa in vrbe mirandum, ac notatu dignũ, quod refert Abu-Chalil Ben-Aali, de Nili incremẽti certa & non fallaci aut errabũda cognitione; nam ſolet, inquit, intra decimæ quintę diei ſpatiũ vſque ad vigeſimã ſecundã Rabii Atthani (hoc eſt Iunii) cadere ros quidam, qui quamquam nullum apparens ſignum aut palpabile imprimat in terra, neque vllum relinquat veſtigium deprehendendi an ceciderit, terramque madefecerit, vti rores efficere ſolent, incolę tamen quodam naturæ ſecreto id cognoſcunt, atque certò ſciunt: ſiquidem decima quinta die eiuſdem menſis aut 16. terrã, ſiue arenam de Nili ripa deſumentes ponderant ſtatera, atq; eam ipſam vſque ad ſecundã diem aſſeruant, qua die iterũ eam arenã ponderant, & ſi grauiorem eſſe deprehendant, certò cecidiſſe rorem affirmant: ſin verò eiuſdem ſit ponderis, eam repoſitam tertia die denuò ponderant, ſicq; ſemper faciũt, donec ea terra grauior deprehendatur; maior namque eius terræ grauitas, rorem cecidiſſe indicat, eſtque argumentum Niliaci incrementi certiſſimum. At in eo naturæ euidens miraculum (ſubdit idẽ author) ac huius roris vis virtuſq; in eo conſiſtit pręcipuè, vt præter Niliaci incrementi certiſſimum ſignum, aër purgatus ac ſalubris reddatur, morbi, lætiferæ peſtes, febreſque annuæ, quibus miſerè anguntur incolæ, ceſſent, & quod magis eſt, omnes qui iis febribus lætalibus laborant, ſtatim ad ſanitatem reſtituantur.

*Columbæ Tabellarij officio fungentes.*

Singulare etiam, atque incredibile ferè videtur, quod non ſolum hac in vrbe, ſed in Aleppina, Damaſcena, ac Tripolitana ſpectatur, columbas ſcilicet quaſi hominum nunciatrices nouarum rerum euentus pacis bellique ſucceſſus mira velocitate denunciare. Siquidem ſæpè hæ columbæ Damieta egreſſæ ad hanc vrbem (intereſt enim

d iii ſpatium

ſpatium octoginta leucarum ) in qua Proregis ſedes curiaque eſt, abſque vlla mora, vlloque periculo vno aut altero die ſe conferunt, atq; ſchedulas ipſarum pedibus aut collo alligatas deferunt. Nec ſane hæc aut falſa ſunt, aut fallaci arte geruntur, ſed hominũ ſagaciate mire excogitata. Quare dum oua in nido, materno, ac innato fouentur calore, aut dum neceſſarios expetunt cibos pulli: prouida mater atque amans diſtrahitur, & Damietam vſque aut aliam in vrbem aſportatur; quæ quia tenellos iuxta naturæ leges pullos alere tenetur, cõpellitur quodammodo atque amore naturali cogitur nidum inueſtigare, dulcique ſuos eſca nutrire, hoc modo mater ſæpe aſſuefacta, ſtatim atque ob vrgentes neceſſitates dimittitur, in eam vrbem, ex qua abſtracta erat, alis explicatis euolat; vt autem ſciatur epiſtolam eſſe redditam, habent alias columbas ſimiliter inſtructas, per quas, ſi opus eſt, reſcribunt.

Porrò vrbs, quæ admodum frequens ac refertiſſima populo eſt, incolas habet præter Spahios, Ianizaros ac non paucos mercatores admodum viles ac effœminatos, nullique virtuti deditos, qui laborem virtutemque peroſi, telluris vbertate aëriſque clementia abutuntur, ac modo ſupini, modò ore proni humi iacentes, in ſole, qui æque ipſis hyeme ferè ac æſtate gratum præbet calorem, apricantur, & miſerè otioſam ætatem traducunt. Incolarum veſtes, nobilium præſertim, talares ſunt ac ea forma, quæ infra dicetur. Plebei, præter ſubuculam quæ ad ſuras vſque pendet, ac zonam coriaceam, qua ſunt cincti, nihil, quo ſe tegant, habent: omnes tamen tàm viri quàm fœminæ, tàm nobiles quàm ignobiles, barracano ſeu fragmento quodam laneæ materiæ inconſutili, quod illis pro pallio inſeruit, vtuntur; fœminarum tamen barracana laxiora fluxioraque ſunt, quæ à capite vſque ad talos pendent, quibus faciem ac reliquum corpus tegere poſſint. E contra verò puellæ hîc ſunt quatuordecim & 15. annorum plures; quæ hominum aſpectum non verentes abſque vlla tunica vlloque velamine nudæ omnino incedunt. At hoc frequẽtiori in vſu eſt in circumiacẽtibus pagis, in illo præſertim itinere, quod ad vrbem Hieroſol. ducit. nam Carauannis has in par-

*Ægyptiorũ veſtes.*

*Puellæ nudæ.*

in partes iter facientibus, puellæ ex pagis omnino nudæ exeuntes multa obſonia diuendunt. Neque enim his puellis ante circumciſionem, quæ fit anno 14. aut 15. aut ante matrimonium vllum datur induſium; Lacædemoniórum more, quæ intecto corpore, donec nuberent, incedebant.

## Cap. X.

### *De Tripolis nomine, vbertate, balneis, ac Templis.*

TRipolis quæ ab incolis Tarabolos dicitur, Syriæ vrbs eſt antiquiſſima, cuius meminit Quintus Curtius libro ſecundo, & Plinius libro ſexto, nomen à tribus, quibus olim conſtabat vrbibus, vendicauit, ad vnū ſita eſt milliare à mari, duobus diſtincta collibus, ita vt pars eius in cliuos amœnos blandè aſſurgat, pars altera in planitiem porrigatur; ex ea parte qua mare reſpicit, ornat eam ſimulque diuitem reddit planities ampliſſima arborum mororum, quibus ingens bombycum copia alitur, atque cytrorum horti, granatorumque ac ſaccari arundineta; ex alia verò qua Libanum reſpicit, oliuarum guſtu ac ſuauitate præſtātiſſimarū feraciſſima ſylua, quindecim milliū paſſuū latitudine, longitudine verò octo extenſa, opimam atque opulentam reddit; huius verò totius ſpatii medium dirimit penè æqualiter, ſecatque placidus amnis, qui originem è Libano trahens, agros campoſque vrbis placidè irrigans, vtramque ripam mirè fœcundat. Is deinde vrbem interfluens, agroſque ſuburbanos alluens, ad vnum ex vrbe milliare mari ſe immiſcet. Adde etiam placidiſſimum fontem ab radicibus Libani ſcatentem, qui ſua aquarum copia totam vrbem amœnam reddit, deinde per aquæductus vnius ſpatio milliaris vſque ad mare excurrens, eos, qui in portu commorantur, recreat ac reficit. Demum vrbs hæc frugum omnigenarum ſuauitate atque guſtu præſtantiſſimarum feraciſſima eſt, vini oleique plu-

rima, frumento atque cęteris ſegetibus opima. In hac fœliciter, vt cæteras omittamus, creſcit arbor quædam ſeu potiùs frutex Almauz dicta, vulgò poma Adami, eſtq; ſtipite viridi, folia habens in digitorum modum protenſa, nullos tamen producens ramos præter ea folia, quæ ſunt tam longa, & lata, vt quiſque facilè vno tantùm tegi atque cooperiri poſſit. Fructus à ſtipite pendentes fabarum recentium ſiliquis inſtar ſemel arbor hæc profert, hique ſunt ſapore delicati ac dulces, gratique palato, colore dum maturi ſunt ſubflauo, odore roſis non abſimiles, guſtuque ferè peponibus, forma oblonga, cortice craſſa, quæ facilè veluti ficus detrahitur, ſemen nullum habent, ſed ſtipites album in terrã gummi emittunt, quod in aliam creſcit fruticem.

Quamquam vrbs nullis ſit cincta muris, ſeptem tamen quadratis ſed fortibus turribus ad maris littora ſitis cuſtoditur, imminetque ei ex editiori colle, qua parte Libanum reſpicit, arx munita, quam aiunt incolę à Chriſtianis Francis eſſe conſtructam.

Intra vrbis ambitum ędes quamplures lapide quadrato conſtructæ, elegantibus ſtoreis, tapetibus ſuperimpoſitis, puluillíſque ſtratæ: parietes auium, florumque picturis ornatæ viſuntur. Superba etiam conſpiciuntur balnea, ea forma, vt ingredientibus prima fronte ſeſe offerat amplum atque ſpatioſum apodyterium eminenti teſtudine tectum, in cuius medio extat marmoreum labrum, frigidum fontem excipiens, parietibus verò circumquaque murus adiectus eſt latitudinis vnius cubiti, alteriuſque altitudinis, quem loturi aſcendentes veſtes exutas eo in loco reponunt, balneatores autem ſtatim loturis duo offerunt linteola, quorum vno corpus, alio caput tegant; & ſic inuoluti atque crepidati ad penitiora pergunt loca, vbi inueniunt plures cellas caldarias, & ad ſudandum aptiſſimas, alias frigidarias, in quarum ſingulis labra aquarum calidarum fimo animalium calefactarum continentur, hinc balneatores poſt ſudorem egreſſi ad amplam cameram patentemque accedunt, in qua plura habentur baptiſteria aquarum calidarum frigidarumque capacia, vbi quiſque

que aquas pro ſuo arbitrio temperare, ac ſe lauare prout libet, poteſt. Omnes verò hæ cellæ atque cubicula ſunt pulchro artificio concamerata, quorum ſuprema pars ſpecularibus verſicoloribus, quæ Camriat incolę vocant, lumen excipientibus, ornantur. Ad hæc balnea tam viri quã fœminæ accedunt, ſeparatim tamen lotiones peraguntur; nefas enim apud ipſos, atque omninò illicitum, & pœna mortis cautum eſt, ne vlla fœmina viro ſociata ad balnea admittatur, ſed aut viri matutinis horis, fœminę verò pomeridianis accedant, aut diuerſa balnea adeant: atque ita nihil ibi indecorum, nihil turpe aut libidinoſum vllo pacto committitur. Id autem mirandum quòd tam Moſlemanni quàm Chriſticolę omnes promiſcue ad balnea accedant, nec vllo pacto diuerſę religionis conſortium euitent, ſed ſimul omnes balnea frequentent, ſeque inuicem tam viri quàm fœminæ amore proſequantur. Cernuntur etiam hoc eodem loco munifica Chriſtianorum templa in Moſchæas (proh dolor) conuerſa, atque etiam alia Moſchæarum, ſiue vt nominant Meſcuitarum ſuperba ædificia, ſumma arte, marmore, aut ſaltem quadrato lapide conſtructa vrbem ornant, quarum hæc eſt topographica deſcriptio. Adeunti hæc templa primò occurrit ampla area marmore ſtrata, cuius medium quadratum lauacrum occupat, vbi ad orationem acceſſuri ſuo more ſe lauant & abſtergunt, poſt ad ingentem aulam accedunt nullis imaginibus, aut aliis picturis, non auro aut gemmis fulgentem; ſed nudi parietes conſpiciuntur, vt docet Ben-Sidi Aali de Meſcuitarum ſtructura. Pauimentum totum eſt ſtratum ſtoreis, quibus plebei inſident: ditiores tapetibus, quos ipſis mancipia ſubſternunt, vtuntur. Ex teſtudine ſeu fornice plures pendent lampades, quæ orationis tempore accenduntur, & ea finita extinguuntur. Hæc tẽpla ſunt ferè vbiq; locorũ ſphæricæ formæ, & laminis plumbeis tecta: his adiunctæ ſemper ſunt prælatæ turres quædam, quæ Moſlemannis inſeruiunt pro turribus Chriſtianorum campanariis: hæ ſunt cylindricæ, atque teretes, quarum faſtigia quatuor ſunt adaperta feneſtris Meridiem, Orientem, Occidentem atque Septentrionem reſpicientibus. Has turres ſtatis ho-

ris eorum doctores conſcendunt, & valida voce ex iſtis feneſtris clamorem intendentes, digito in altera aurium inſerto, homines ad orationem conuocant, quo finito, lotioneque legali facta, omnes calceis in limine portæ ordine relictis ſummo cum ſilentio diſcalceati ad inſtratum pauimentum accedunt. Emamus ſiue anteſignanus orationem incipit, omnes ſequuntur, & dum flectit genua, alij idem præſtant, & illo erecto cæteri ſe erigunt, & ipſum vocem attollentem vel deprimentem adſtantes imitantur; vbi neminem, tuſſientem, oſcitantem, deambulantem aut confabulantem, ſed ſummo ſilentio oratione peracta reſumptiſque calceis diſcedunt.

Fœminę autem nullæ poſſunt his ſtatutis horis ad meſcuitas accedere, ſi viri adſint: nec vllam virorum ſocietatem habere poſſunt, excepto anteſignano, qui eas dirigit ac orandi modum docet, vt refert author ſupracitatus. Permittitur tamen illis non templum ingredi, ſed ad fores ſe ſtatuere, indeque citò antequam virorum oratio peragatur, diſcedere debent. Ac ſubiungit idem auctor fœminarum eccleſiam eſſe partem propriæ domus interiorem, tantùm enim apud illos deſpectę ſunt fœminæ, vt multi eas non paradiſum ingredi, ſed ad fores cum Chriſtianis, virorum gloriam inſpecturas confabulentur, non obſtantibus quæ Mohamed in Alcorano fœminis etiam in paradiſo promiſit.

Porrò quod ad magnum Tripolitanæ vrbis ſplendorem facit, mercatorum omnium receptaculum atque emporium quoddam eſt, quo ex omni orbis parte terra marique pretioſiſſimæ quæque merces adducuntur, atque hinc in longiſſimas mundi partes diſtrahuntur. Huc enim Perſæ, Orientales Indi, Arabes, Ægyptij, Europæi deinde ferè omnes vti ſunt Galli Maſſilienſes, Turonenſes, Lugdunenſéſque, Itali deinde, Veneti, Siculi, Hiſpani, Angli, Belgæque confluunt: merces pręcipuæ hîc proſtant, goſſypium, filamenta goſſypina, tapetes, lana, cineres ad conficiendum ſaponem, ita vt ſæpe Venetorum naues his cineribus onuſtæ videantur: ac denique vt alia omittamus, oleum pręſtantiſſimum, ac ſerici maxima vis ob ingentem

*Tripolitanæ merces.*

bom-

bombycum copiam qui hoc pacto aluntur: Minutiſſima bombycum ſemina (Vere incipiente dum tempus incaleſcere, arbores germinare, morique folia producere cæperint) variis linteis candidis inuoluta aſſidua diligentique cura diebus 12. plus minuſue, interdiù mulierum ſinu, noctu temperato goſſypii calore confouentur. Vbi verò vermiculi generati tenellis mororum foliis ſubſtratis imponuntur, ac in orbiculis quibuſdam ex boum fimo confectis duarum aut trium hebdomadarum ſpatio repoſiti mororum foliis aluntur; donec adultiores euadentes, & albeſcentes ad hortos moris albis conſitos aſportentur, vbi amplis caſis ex ſtoreis confectis, palis, ac ceruis fultis reconduntur. Porrò ij, qui horum curam gerunt, mororum arbores foliis denudant, eaque virentia ad has caſas conferunt, reptantibuſque per ſtoreas ſulcris ſuſtentatas bombycibus, ea in alimentum bis in die præbent, donec tandem albeſcentes adultioreſque effecti, ſpumam emittere, filaque ducere incipiant; hoc enim ij, quibus hi ſunt curæ, animaduertentes ſurculos ſimul colligatos & connexos ipſis apponunt, quos bombyces aſcendentes, albos aut flauos globulos mira arte intus incluſi texunt, ac in orbem glomerant. Expleto tandem hoc texendi genere, ſericei illi globuli colliguntur, & in ahenum ſupra focum pēdens aqua feruenti plenum iniiciuntur: artifices fila extrahentes, ingenti alabro rotæ inſtar contorquent. Ex his orbiculis meliores durioreſque eliguntur ad ſobolem propagandam; nam bombyces illis irretiti inuolucris in candidos papiliones mutantur, ac naturæ inſtinctu ſpolia illa dura perforantes, exeunt, qui demùm ex mutuo maris ac fœminæ congreſſu ſemina producunt, quæ diligenti cura cōſeruantur, vt ſequenti anno noua proles modo præſcripto propagetur. Mores autem incolarum huius vrbis, indumenta, cibi, Chriſtianorum conditiones, ac denique fœminarum ornatus, quia non ſolùm huic vrbi, ſed etiam vniuerſæ Syriæ conueniunt, ſequentibus capitibus proponuntur.

## Cap. XI.

### *De Variis Orientalium veſtibus, Ornatuque ac fœminarum luxu.*

ORientalium veſtes ferè omnes talares ſunt, quarum aliquæ inferiori extremitate dextrorſum ac ſiniſtrorsùm leuiter conciſæ, aliæ ad talos vſque defluentes integræ. Superior enim veſtis manicas habet cubito tenus laxiores, & ad talos etiam pendet: interiorem verò, quæ vt plurimum è materia goſſypina eſt, alii ad talos, alii ad ſuras, ad crura alii gerunt, quam fluxior zona ſerica aut goſſypina, aut etiam coriacea artificiosè elaborata cingit. Veſtes iſtæ ſunt oloſericæ aut byſſinæ, aut vndulatæ ſeu cimatiles aut denique goſſypinæ, quibus collariis carentibus orientales pro cuiuſq; conditione ſe ornant. *Orientalium vitta varia.* Capitis velamina quamquam omnes tulipanto ſeu cydari vtuntur, varia tamen ſunt, atque iuxta varios ſtatus dignitateſque varii geſtantur tulipanti. Principes enim atque magnates candida tela ſed tenuiſſima Indica, mira arte contorta oblonga potius quàm ſphærica vtuntur. Cadii ſeu Iudices, Muſdii qui ſcilicet rebus ſpiritualibus præſunt, ingenti tulipanto longitudinis ſcilicet quinquaginta aut ſexaginta vlnarum tenuiſſimæ goſſypii materię in ſphæricam formam fabricato multis circulis contorto vtuntur. Ciues etiam eiuſdem formæ, eiuſdēque materię cydarim ſed minoris molis, paucioribus gyris aptatam gerunt. Scerifi ſeu nobiles de ſtirpe Mohametæa originem trahentes tulipanto viridi pluribus etiam ſpiris circumuoluto capita tegunt. Milites atque dominorum ſerui tela etiam candida vtuntur, ſed forma oblonga ita vt ſuperior apex ſit fluxior, laxiorque, ſtrictior inferior. Chriſticolæ verò pro cuiuſque conditione ſerico, aut tela tenui aut goſſypio verſicolore, ſaltem non albo, formæque non rotundæ capita circumuoluũt. Maronitarum verò Patriarcha cæterique ſuffraganei Epiſ-

copi,

copi, capiti impoſito nigro capitio, tulipantum ingens ſuperimponunt, forma ſphærica conuolutum, colore tamen cyaneo: reliqui ſacerdotes eodem colore ac forma, ſed minori mole in gyrum etiam edito, capitio excepto, vtuntur.

Fœminarum deinde indumenta, procerum præcipuè, ſumptuoſa valde ac ſuperba ſunt, quia non ſolum ex ſerico, & Byſſo, ſed auro argentoque, ſplendida arte ac munifica contexta, ad talos vſque pendent; vbi verò in publicum prodeunt, (quod illis pręter balnea raro conceditur) peplo laxiſſimo albo totę circumuoluuntur, faciem verò totam reticulo ex equinis ſetulis tenuiſſimè contexto velant, ita vt alios ſpectare, non autem ſpectari poſſint, quod ita diligenter obſeruant, vt ne maritus quidem ſuam vxorem queat internoſcere. Quod ſi vxor maritum obuium inueniat, ne ſalutare quidem liceret, aut vix eum alloqui poſſet, quoniam turpe apud ipſos eſt fœminam aliquo viro ſociatam aut cum ipſo iocantem palam videre. Induſia habent ad ſuras pendentia, quibus tamen laxiores adſuuntur manicę, ſubligacula verò ex tenui aut tela, aut goſſypio ad talos vſque defluentia gerunt, quæ tam viris quàm fœminis communia ſunt. Dum etiam per vicos incedunt, ocreatæ, aliæue caligatæ proficiſcuntur, quod ſi breue iter ſint confecturæ, calopodiis vtuntur elegantiſſimis arteque venuſta confectis, auro ac variis coloribus pictis, quę domi etiam ipſis inſeruiunt; Procerum tamen fœminæ iiſdem ex argento aurato frequentius vtuntur, indutæ pedes ſoleolis ſimili arte atque induſtria verſicoloribus. Collum deinde condecorant torque, brachia onerant ornantque plurimis monilibus aureis aut argenteis, ſæpe vnionibus ac gemmis cęlatis, pedes pedalibus, aures inauribus, annulis denique digitos. Capillos etiam tæniis ſericis, aut byſſinis compoſitos, ex quibus quatuor pendent argenteæ vel aureæ catenulæ, ab occipitio poſt tergum demiſſos condecorant. Hæc omnia præter plurima alia vndique terrarum ſumma cura requiſita curioſéq; collecta, in opulentiſſimo honeſtiſſimi viri omnique virtutum genere ornatiſſimi Iacobi Guitardi ſcrinio ac muſeo videnda cuiq; patent.

*Mulierum veſtes.*

*Muliebria ornamenta*

Chriſtianorum fœminæ eodem modo ornare ſe ſolent; at non tantam audent pompam laſciuiamque oſtentare. Hæ capiti vſcuffiam imponunt altam ac teretem, ex qua pro cuiuſque conditione ac fortunę plures pendent nummi aurei aut argentei, & huic album aut alterius coloris velum ſuperimponunt ad ſuras vſque pendens. Oculos penè omnes ſuperciliaque collirio quodam ac ſtibio illiniũt, genaſque fucant. Manuum palmis, vnguibuſque puluerem quemdam ſubuiridem aqua immixtum venuſtatis cauſa applicant, qui exſiccatus eas rubras efficit. Tales fucos, ſicuti & nummos quorum ſupra meminimus, & pleraque alia multa, videre eſt inter res mirabiles & antiquas Ioannis Baptiſtæ du Vallii, qui tanta diligentia ac ſagaci indagatione eas vndique requiſitas aſportauit, vt quacunque de re ferè ſermo inciderit, illam ſi rara ſit, ſtatim ex ſuo Gazophilacio promat, vſum oſtendat, & proprietates doceat. Sed vt ad propoſitum redeamus, munditiem omnes tam viri, quàm fœminæ diligenter colunt atque obſeruant, adeo vt dum aluum aut veſicam exonerant, ſummoperè caueant ne quid vrinæ veſtes maculet, crederent enim iſti hoc pacto ſe eſſe immundos. Vt vero hoc fugiãt periculum, omnes ſe fœmineo modo, dum meiunt, incuruant, & aquis, quas ſecum deferunt, vel deferendas curant, ſe luſtrant, vel lapidibus, ſi aqua deerit, tribus, vel trilatero ſaxo tergere ſe debent, vt monet Ben-Sidi-Aali capite de lotione. Et ab his adeò cauent, vt ſupra bruta animalia aut ſpuere aut mingere nefas eſſe ducant. Quapropter ſemel vir honeſtus, ac nobilis Gallus cùm ad vrbem Tripolitanam iter faceret, & aſino vt plerumque mos eſt inſideret, ac veſicæ purgandæ neceſſitate vrgeretur, iumentoque ſuo deſcendere ægrè ferret, ſuo loco incautus mingere cœpit. Huiuſmodi rem Agaſones cùm vidiſſent, omnes furibundi ac rabie prouocati, obiurgant, contumeliis afficiunt, ac lapides in eum coniiciunt, eũ, ſublato altero pede, iumenti dorſo deiiciũt, conatique ſe Italico licet corrupta lingua explicare, vt impetum illum ſuum aliqua ratione tuerentur, dicebant, *Non ti bergognar? ti far piſceria ſoprale gen te di Dio? Vallah ti ſtar ca-*

*Fœminarum fucus.*

*Mundities tam virorũ quam fœminarum.*

*Mohametanorum ſuperſtitio.*

*fer.* Hoc eſt non te pudet creaturam Dei animatam vrinæ tuæ ſpurcitiis maculare? per Deum te modo infidelem eſſe agnoſcimus.

## Cap. XII.

### *Varia circa orientalium cibos ac potus proponuntur.*

ORientales quamquam ſua non tam opiparè accommodent conuiuia, nec tam curiosè, vt Europæi faciunt, apparent, aut tantis gulæ irritamentis ad edendum ſe prouocent, lautè tamen ſatis ac ſplendidè conuiuantur. Porrò quotidiani eorum cibi præter panem frumentaceum optimum, qui vbique pondere vænalis extat, ſunt carnes veruecinæ ob paſcuorum vbertatem, bonitatemque ſapidiſſimę, quæ variis modis parantur, aliæ enim elixæ, aut minutim in fruſta conciſæ ac ſine oſſibus aſſatæ accommodantur, aliæ lebetibus impoſitę ſine aqua coquuntur, alię in minutulas partes diſſecantur, atque ex ipſis multis aromatibus conditis artocreata conficiuntur, aliæ denique pilis marmoreis contuſę farre commixtæ & in globulos coactę, cacabis iuſculo decoquuntur, ipſiſque cedunt in cibum. Frequentior tamen cibus tum apud magnates, tum apud plebeios eſt oriza variis modis accommodata. Volatilium etiam tam domeſticorum quàm ſylueſtrium carnes maxima abundant copia, ibi enim gallinæ, capones, turtures, perdices, columbi, turdi, ſofriat, anſeres, anates, aliæque id genus aues, ſine larido tamen accommodatæ, vili pretio emuntutur. Abſtinent tamen omnes à ſuffocato ac ſanguine, & Moſlemanni à carne ſuilla. Bellariis ſeu dulciariis eduliis valdè delectantur, ſolent enim placentas conficere ſaccaro & amygdalis aut nucibus pineis, malis etiam citrinis melle conditis; oriza ſaccaro aut melle ac butyro cocta *Zarda* ab illis dicta, muſto ad mellis ſpiſſitudinem cocto, vuiſque paſſis Damaſcenis præſertim. Fructus vt nuces, ficus, pyra, amyg-

amygdalas atque ſimilia omittimus, quia communia ipſis ſunt. His itaque parati hora prandii aut cœnæ inſtante, manibus lotis precibuſque pręmiſſis ad menſam accedunt, quæ eſt illis corium rotundum, cui panem obſoniaque apponunt. Panem cultris non ſcindunt, ſed manibus frangunt. Furculæ apud ipſos in vſu non ſunt, ſed tantū cochlearia lignea variis coloribus picta, & vbi hæc opus non ſunt, tres digiti, vt monet Ben-Sidi-Aali, ſupplere debēt. Culinę vtenſilia, vti ſartagines, ollæ, cucumæ, cacabi, ænea ſunt ſtanno obducta; quę verò ad menſam attinent, vt lances, patinæ, paropſides & ſimilia è ſtanno Anglico ſeu Cornualino, quod vulgò ſtannum ſonans ſeu tinniens dicitur, conficiuntur. Etiam valde ſunt in vſu vaſa Indica vulgò porcellana dicta, quæ ipſis quotidie inſeruiunt; alia materia aurea, aut argentea omninò eſt illicita, quam Mohamedes, vt idem auctor ait, vel præcipuè prohibuit, quoniā huiuſmodi vaſis diabolum vti, Mohamedes nugabatur.

*Menſæ vtenſilia.*

Potus communior ac frequentior aqua eſt, nobiliores tamen ditioreſque aquam ſaccharo dilutam, ſæpe etiam ambaro & muſco mixtam appotant. Vina Syriæ generoſiſſima ſiue alba ſiue rubra, quamquā plerique ipſorum bibant, apud ipſos tamen ſeruantur nulla, nec minùs diuenduntur, ſed tamen apud Chriſticolas vęnalia extant, poſtulantibuſque pecunia diſpenſantur. Æſtiuo tempore Acſama vtuntur, potus enim iſte melle vuiſque paſſis aqua mixtus, ac niue conficitur, qui caloris ardorem temperat, corpuſque totum refrigerat.

*Orientaliū potus.*

---

## Cap. XIII.

### *De linguis varijs Orientalium, ac præſertim de Arabica, vbi de ſcriptoribus Arabibus.*

Octo in Oriente hodiè potiſſimū linguę vigent principaliores, Arabica nempe, Perſica, Turcica, Hebraica, Chaldaica, Syriaca, quæ parum differt à Chaldaica, Gręca, & Armena. Arabica tamen vt cæteris commu-

cõmunior, frequentior, nobiliorque, magis eſt in vſu, quæ non ſolùm Arabibus vulgaris eſt ſed Africanis etiam, Barbaris, Nubis, Ægyptiis, Syriſque omnibus, vt deinde ſacra eſt apud Turcas, Perſas, Indoſque plures. Tantùm illa extenditur quantum Moſlemannorum ſceptrum, Mohamediſque nomen propagatum eſt. Siquidem nullus Turca eſt aut Perſa, honeſtior præſertim, qui Arabicam ignoret linguam, cuius præceptis omnes ferè ſuos liberos imbui curant, vt doctiores euadant ac legibus Mohamedis incumbere poſſint. Hac enim lingua Alcoranus ſcriptus eſt, nulliquè mortalium poſſibile eſſe ducunt, hunc vnquam in aliam linguam debito modo transferre. Indeque factum eſt vt Alcoranus nulla alia lingua, excepta Arabíca, reperiri poſſit, ac proinde pleraque in ipſum extant commentaria. Hac etiam lingua publicæ preces domi foriſque fiunt, atque hac vt plurimum leges decretaque traduntur; hac, inquit Zaheri, Beati in paradiſo vtuntur, hac denique ferè omnia philoſophiæ, Medicinæ, Aſtrologiæ, Legum, Rhetorices libri ſcripti ſunt.

*Arab: lingua limites.*

*Alcoranus ſolùm in Arab: lingua reperitur.*

Perſica enim Poëtis ſublatis, atque hiſtoricis nonnullis pauca ſcripta ſunt: Turcica aut pauca aut nulla habet: Chaldæa ſeu Syra ferè extinctæ ſunt: Græca & Armena in Oriente omnino dilapſæ ſunt; in Hebraica verò veteris teſtamenti ſublata authoritate, Rabini præter fabulas ſcripſerunt nihil. At lingua Arabica ſemper floruit ac floret; hanc enim philoſophi nobiliſſimi, Auerroës, Algazeles, Abu-Becr, Alfarabius, qui à Moſlemannis ſecundus cognominatur phyloſophus, Mohamed Ben-Iſaac, qui firmamentorum clauem conſcripſit anno 663. & Mohamed Ben-abdillah de elementorum contrariorumque exiſtentia, ornarunt. Aſtrologi nobiliſſimi Giafar Abu-Maaſciar Belchita, Mohamed Abu-Rihan Choüarezmita de canone in matheſis ac aſtrorum intelligentiam anno 421. Abu-Naſr Cōmita de inſtructionibus in Aſtrologiam anno 357. Abu-Giafar, & Ben-Haſan Tuſæus de ſignis aſtrorum condecorarunt. Eam etiam illuſtrarunt Mathematici inſignes Abu-Zaid Ben-Honain, qui Euclidem in Arabicam linguam tranſtulit, & Thabet Ben-Corra, qui eun-

*Viri illuſtres qui Arab: lingua ſcripſerunt.*

dem Euclidem à multis mendis correxit, atque commentariis anno ab Hegyra 282. illuſtrauit. Medici Alfarabius ſupradictus à quo Auicenna multa deſumpſit, Honain Ben-Iſac Abadita, qui multa in artem medicam ſcripſit anno 260. Ebn-Sina ſeu Auicenna Abu-Aali Bocharita, & Aali Ben-Iſa, qui de ſimplicibus atque compoſitis medicamentis ſcripſit; Mohamed Ben-Abdillatif, cognomento Ebn-Elbitar de plantis Ægyptiacis earumque virtute ſcripſit anno 646. & Mohamed Ben-Eladib de cauſis morborum. Hiſtorici Bidhaüi de Chaliſis ac Sultannis: Chalaccan de hominum memoriis anno 601. Ebrahim Ben-Helal de imperio Dailemitico anno 383. Iſmaël Ben-Aali, & Abdollah Ben-Aſaad Iamanita temporum euentus calamitateſque ſcripſit vſque ad 750. Legiſlatores, atque ij, qui de Alcorano ſcripſerunt, enumerat centum quinquaginta Ben-Sidi Aali in ſuo de dogmatibus Moſlemannorum libro. Rhetores, Grammaticique innumeri ferè ſunt, quos diligenter apud Ben-Caſem laudatos inter legendum nomine, cognomine, patria & anno reperies. Nec noſtrũ hîc inſtitutum eſt omnes Arabicos ſcriptores recenſere, cùm de his catalogum ampliſſimum Thomas Erpenius vir ſanè doctiſſimus, omnique ſtudiorum genere exculTiſſimus in lucem edendum promittat; at his paucis ante oculos propoſitis, Arabicam linguam à præſtantiſſimis viris fuiſſe excultam ſufficit demonſtraſſe.

## Cap. XIV.

### *De Orientalium, Moſlemannorum præſertìm, dogmatibus.*

CVm iam aliquid de Orientalium nonnullis vrbibus ac moribus dixerimus, abs re non erit ſi breuiter pauca de ipſorum cultu ac religione tractauerimus, ſiquidem in Oriente, vt notum eſt, degunt Moſlemanni qui Mohamedis ſectatores ſunt: & Chriſtiani, ac Iudæi, quorum hîc nullam faciemus mentionem.

Por-

Porrò Chriſticolæ in Oriente omnes Chriſtum dominum Dei filium pro hominum ſalute incarnatum credunt, ac fatentur, & ſacroſanctum ipſius Euangelium omnes ſummo honore venerantur. Quia tamen infenſus generis humani hoſtis zizania ſeminare non ceſſat, ſanctiſſimamq; Chriſti vnicam Eccleſiam, vbique terrarum ac gentium, tanquam leo rugiens affligere ſemper conatur, multorum mẽtes ſeduxit variaſq; in hæreſes fœdas ac lethales induxit. Et quidem Melchitæ ſeu Græci, qui per totum Orientem lõgè lateque ſunt ſparſi, Spiritum ſanctum a ſolo Patre procedere, Purgatorium nullum exiſtere peſſimè crediderunt; indeque illis odium inteſtinum in ſummum Pontificem, atque in omnes ei in ſpiritualibus ſubiectos, ita vt eidem veraciſſimo Chriſti in terris Vicario primatum pertinaciter adnegent. Atque hos Georgiani in omnibus ſequuntur. Neſtoriani, qui hæreſim à Neſtorio ac Theodoro Mopſueſteno exhauſerunt, per vniuerſam Chaldæam, vnde etiam Chaldęi dicti ſunt, Meſopotamiam, Indiam Orientalem, qua de cauſa etiam Sancti Thomæ Chriſtiani nuncupantur, ſparſi, regiones illas inhabitant. Hi duas in Chriſto perſonas conſtituunt, Chriſtumque non eſſe dicendum Deum incarnatum, ſed Deiferum, quia per cohabitationem ſolam puro homini ac ſimplici eſt Deus copulatus, ſtolidè arbitrantur; hinc etiam Virginem Mariam non Deiparam ſed Chriſtiparam appellandam eſſe contendunt. Cum Græcis etiam Spiritum Sãctum à Patre & Filio procedere negantibus, temerè aſſentiuntur. Neſtorio deinde à Cõcilio Epheſino damnato ſummum honorem deferunt, ac tanquam virum ſanctiſſimum, cuius oſſa quæ in Thebaide conſepulta, ſolo contactu mortuum reſuſcitaſſe nugantur, publicis precibus inuocant ac venerantur. Iacobitæ, Dioſcoriani, & Eutychitæ ſic ab hæreſiarcis Iacobo Baradeo, Dioſcoro, & Eutyche dicti à Cõcilio Chalcedonenſi ſunt damnati. Iacobitæ quidem ac Dioſcoriani per totam Syriam ſunt diffuſi; Eutychiani verò, quos in omnibus Coptitæ ſequuntur, per vniuerſam Ægyptum, Nubiam, Æthiopiam atque Indiam ſuperiorem ſe dilatant, ac diffundunt. Omnes hi à prædicto Concilio hæretici ſunt

*Græcorum ſchiſma.*

*Neſtorianorum habitatio ac hæreſis.*

*Iacobitarum patria ac hæreſis.*

declarati, quia Chriſti naturas humanam ſcilicet & diuinam, duaſque voluntates & operationes confundentes ac permiſcentes, vnam tantùm in eo conſtituêre: negant enim poſt Verbi vnionem cum carne, duas naturas inconfuſas, duas voluntates, duaſque operationes impermixtas in Chriſto Domino, ſed vnam tantùm ex his conflatam autumant. Vt verò hanc ſuam hæreſim aliquo exteriori ſigno profiteantur, vno tantùm digito crucis ſigno ſe muniunt, vt ſic vnam Chriſti naturam, operationem, voluntatemque teſtentur. Ad hæc, Confeſſionem nullam admittunt, ſed eorum multi in Eccleſiæ parietibus factis foraminibus peccata ſua confitentur, alii verò Deo ſoli, qui cordium ſcrutator eſt, confitendum aiunt. Coptitæ verò qui Ægyptum, Nubiam & Æthiopiam inhabitant, vt diximus, circumciſionem more Iudaico addiderunt, quam ad ſalutem eſſe neceſſariam affirmant, & quia in Euangelio ſcriptum eſt, *Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto atque igne*, aquam elementarem non ſufficere contendunt, ſed ferrum ignitum, quo puerorum frontibus, aut genis, aut temporibus crucis ſignum inurunt, adhibent. Armenos, Pauliſtas, aliaſque ſectas Orientales breuitatis cauſa omittimus, quoniam eas omnes ſacri Doctores fuſè confutarunt, nec viſum nobis tam fœtida vlcera defricare. Accedamus ergo, petita venia & ſalutata modeſtia Chriſtiana, ad ea quæ de cultu vano ſuperſtitioſoque impoſtoris ac pſeudoprophetæ Mohamedis docet Sidi Ben-Aali in ſupracitato libro. Moſlemāni igitur vox ethymologiam habet à verbo Aſlama, quod, ſe dedit, obtemperauit, ac fidelis factus eſt, denotat. Inde Iſmaëlitæ omnes Moſlemanni dicti ſunt, quaſi Deo obedientes ac fideles.

*Coptitarum regio, ac errores.*

*Mohametanorum dogmata.*

Horum igitur cultus religióque in eo conſiſtit, ait Iacub Ben-Sidi Aali, vt credant omnia colloquia à Gabriele „ Angelo, facta Prophetæ noſtro, dum ipſum de ijs, quæ cre„ denda ac faciēda interrogabat, quæ ſunt ea, quæ ſequūtur. „ De dogmatibus Moſlemannorum eſt, vt omnes credant in „ vnum Deum, cui nullus alius eſt par (& hanc vltimam particulam directè contrà Chriſtianos protulit, qui tres in Deo æquales perſonas veraciſſimè credunt ac fatentur) Te-

neant-

neãntq; Angelos ſeruos Dei eſſe,& credãt in ſcripturã,quæ miſſa eſt ad Apoſtolos, quæ ex communi opinione ipſorum diuiditur in centũ & quatuor libros, quorũ decem ad Adamum miſſi ſunt,quinquaginta ad Set,& triginta ad Enoc (quem Edris vocitant) & decem ad Abraham, lex ad Moſem,pſalmi ad Dauidem,Euangelium ad Iſa ſeu Ieſũ Chriſtum, Alcoranus deniq; ad Mohamedem; Vt quoq; teneant hos miſſos eſſe ob hominum vtilitatem,& credant in diem reſurrectionis poſt mortem,& aliquos eſſe ad ignẽ prędeſtinatos, alios ad Paradiſum, iuxtà Dei voluntatem, nam in Alcorano dicitur, nemo ex vobis eſt, qui non habeat locum ſuum in paradiſo, & locum in inferno determinatum; Credant etiam bonorum præmium, malorum autem ſupplicium: & Sanctorum interceſſionem. De dogmatibus eſt etiam,vt firmiter credant in calamum diuinũ, qui digito Dei creatus eſt. Calamus iſte ex margaritis eſt confectus, eius longitudinis atque ſpatij, quod vix eques velox conficere poſſit annis quingentis. Eo fungitur munere, vt ſcribat ipſemet omnia præterita, exiſtentia,ac futura; atramentum quo ſcribit,eſt ex lumine: linguam verò,quâ ſcribit,nemo intelligit, præter Archangelum Seraphaelem. Credant etiam ſepulchrorum ſupplicium, nam ſolent ſæpe mortui cruciari in ſepulchris ſuis, vt factum eſt in quodam ſepulchro,quod eſt intra Meccam &Medinam. Hæc ex pluribus ſufficiant ne plus æquo dixiſſe videamur.

## CAP. XV.

### *De Moſlemannorum præceptis.*

MOſlemannis omnibus Hebræorum more præputiorum circumciſio præcepta eſt, quæ non octauo à natali die iuxta Iudęos celebratur, ſed poſtquã pueri octauum, nonũ, decimum, vndecimum, ac duodecimum attigerint annum: vt ſic, inquiunt, quid agant, intelligant, ac fidei profeſſionem cum rationis vſu teſtentur. Fœminæ verò

quamquam iuxta multorum opinionem huic legi ſubiectę non ſint, pleræque tamen, vt in Ægypti regno fit, huic legi ſe ſubmittunt, ibi enim puellæ tredecim, quatuordecim,& quindecim annorum circumciduntur; At Sidi Ben-Aali capite de circumciſione ait, circumciſionem maſculis legem eſſe, fœminis verò honoris cauſa.

*Puella circumciſa.*

Iiſdem ſecundo loco oratio præcipitur, preceſque horariæ, quas in templis aut domi foriſque peragere debent. Quinquies ad has preces interdiu, noctuque accedunt. Primæ orationis tempus eſt hora antelucana, cùm apparere incipit Aurora: ſecunda fit circa meridiem: tertia poſt meridiem antequam Sol declinare incipiat: quarta poſt ſolis occaſum dum ſtellæ apparere incipiunt: quinta denique prima noctis vigilia, ſeu tertia noctis parte, quę licita eſt, inquit Ben-Sidi Aali vſque ad mediam noctem, quo tempore tranſacto illicita omnino eſt. His ergo præcisè horis adeò ſunt intenti, vt nemini illas abſque peccato tranſgredi liceat, imò ait Ben-Sidi Aali, ſi quis in mare fuerit deiectus, ſciatque orationis tempore inſtare, ſi poteſt, orationis legem complere debet; ac mulier, inquit, dum parturit, non eſt ab hac lege immunis, ſed infantis caput aliquo in loco reclinare debet,& ſtatutum orationis tempus adimplere, quod in hac ſecta arduum omninò eſt.

*Orationis horæ ſtatutæ.*

*Leges de oratione ſeueræ*

Viatores autem omnes ſtatim atque orationis tempus inſtare aduertunt, à via parùm ſemoti ſe lauant, ſi aqua adſit, alioquin terra leuiter effoſſa ſe lauare ſimulant, & illinc non diſcedunt donec orationem compleant ſuam. Præcipitur etiam in pauperes ac pupillos eleemoſinæ erogatio, qui verò adeo tenui ſunt fortuna, vt pauperibus elargiri nequeant, Xenodochiis inſeruire, & in publicis viis ſternendis laborem inſumere tenentur, quoniam ſe Deo ſatiſfacere hoc modo arbitrantur. Itèm Ramadhani ieiunium obſeruare, quod triginta diebus conſtat; ieiunium verò incipiunt ab Aurora vſque ad Solis occaſum, donec certò noctem aduenisse, aſtraque apparere cognoſcant, tunc enim oratione veſpertina peracta mēſæ ſe apponūt, & quibuſlibet cibis veſcūtur, nullo autē modo à carnibus aut aliis ſe abſtinēt cibis, excepto vino, quod ieiunii tempore omninò

*Mohametanorum ieiunii leges ac cæremoniæ.*

nino eſt interdictum, quoniam in tranſgreſſores ſeuerè animaduertunt. Et licet interdiu non ſolùm à cibo ſed potu abſtineant, noctem tamen totam in epulis ac dapibus & crapulis vſque ad Auroram conſumunt, tabernæ enim, Ramadhani tempore, nocte cuique patent, quam cum canticis ac ſtrepitu, non aliter ac baccanalibus diebus inſomnem tranſigunt. *In ieiunio commeſſationes.*

Cuilibet eorum etiam, ſemel ſaltem in vita, Mecchenſis templi atque Medinenſis viſitatio ſummoperè commendatur, de qua quoniam ſupra capite ſeptimo ſatis dictum eſt, nihil hic ſubiungemus.

Præcipitur etiam decertatio ac pugna contra ſuæ fidei hoſtes: Mohamedes enim inquit Author idem, in mandatis habuit, vt non ampliùs Chriſti exemplo, humilitate, precibus, ſuaſionibus, ac monitis ad legis obſeruationem homines induceret, aſt ferro ac bellis fidei reſiſtentes inuaderet, & tanquam Diuinæ iuſtitiæ vindex ſicarius iſte in trangreſſores animaduerteret, pertinaces ac perfidos pro tanto ſcelere vlciſceretur; obtemperantibus verò, & vltro huic legi ſe dantibus innumeras fœminas pulcherrimas, voluptates copioſiſſimas, flumina multa lacte & melle ſcatantia, paradiſos ſeptem bonis omnibus affluentes pollicetur. Immo præſcriptum eſt illis, teſte Ben-ſidi Aali, vt ſi proprio ſanguine Principi opem ferre nequeant, ſua ſaltem pecunia ac bonis ei ſuccurrere teneantur. Suiſque proponunt, ſi quis ipſorum in bello moriatur, ſtatim in cœlũ euolaturum: propterea certatim quemlibet laborem aggredi ac omnia ad necem pericula ſubire non dubitant. Hac de cauſa ſolent apoſtatis, qui ad Moſlemannicam trãſeunt profeſſionem, ſagittam tradere, quam digitus index ſurſum erectus ſuſtentat; Sagitta quidem bellum aduerſus fidei ſuæ hoſtes denotat: vnicus autem digitus, Dei vnitatem contra Chriſticolas, qui ſanctiſſimæ Trinitatis perſonas veraciſſimè credunt, indicat. Demùm lotio corporalis aqua naturali, quæ triplex eſt apud illos, prima enim & quotidiana ante horarias preces, quæ legalis eſt apud ipſos, de qua fusè tribus capitibus tractat Ben-Sidi Aali. Ea hoc modo fit, primò denudatis cubito tenus brachiis *Belli leges.* *Mohamedes bello non pace legem condidit.* *Lotio triplex*

manum

manum ac brachium dexterum lauant, deinde ſimili pacto ſiniſtrum, poſtea naſum, aures, faciem deinde totam, collum, capitis verticem, pedes vſque ad iuncturas, ſi ſint denudati, alioquin calceorum extremitates ac ſuperficiẽ, poſtremò pudenda, dumque talibus ſe luſtrant aquis, preces ſuo modo obmurmurant. Cùm verò has lotiones ad leuiora delenda peccata fieri autument, pro grauioribus emundandis, balneis vtuntur, ac lotione totius corporis ad crimina delenda opus eſſe nugantur.

*Lotionis cæremonia.*

*Turca pro grauioribus peccatis balneis vtuntur.*

Tertia demùm lotio fit dum aluum aut veſicam exonerauerint, non enim charta aut linteo vtuntur, ſed aqua frigida qua pudenda ipſi aut ipſorum mancipia lauant: nefas enim eſſe ducunt, ſi veſtimenta vllo modo aut vrina aut alia re proximè inhoneſta fuerint maculata: imò ſi id accidat, luſtratione opus eſſe opinantur. Sidi Ben-Aali autem duobus capitibus vẽtre veſicâque expurgatâ oſtendit modum ſe abſtergendi lauandique, ſed quia relatu inſulſa sũt, & auribus mundis ingrata, illa vt futilia planè omiſimus. Ad hæc demùm imagines aut pictæ, aut ſculptæ, omnia furta, homicidia, rapinæ, adulteria, caro etiam ſuilla, vinum, ſanguis, morticina, ſuffocata, ac immunda animalia apud ipſos prohibentur.

*Poſt aluum aut veſicam exoneratam aqua adhibetur.*

## Cap. XVI.

### *De Moſlemannorum atque Chriſtianorum funeribus.*

AVctor ſupra citatus poſtquam de lotione, ieiunio, Eleemoſinis tractauit, fusè etiam de cura circa moribundos gerenda, de teſtamento, exequiiſque in fine ſui libri pluribus agit. Moſlemanni igitur ſtatim atque ſentiunt ſe morbo grauatos, Abedum ſeu Pium aut Santonem accerſendum curant, qui ipſos in fidei ſuę profeſſione confortet, cæleſtia eis proponat, & aliquid pro opportunitate ex Alcorano recitet. Interim ſi morbus ingraueſcat, atque vicinæ

*Mohametani moribundi.*

cinæ mortis inſtare periculum ſentiant loti teſtamentum faciunt, atque omnia quæ furto, rapinaque ſunt ablata, creditoribus ſyngrapho ſolutionis dato, iuxta leges reſtituere tenentur, ſi quæ verò furto latrociniiſque doloue ſint vſurpata, neſciantque cui ſint reddenda, aliquam argenti vim publicis ædificiis, vti Xenodochiis, Moſchæis ſiue Meſcuitis, balneiſque, pauperibus etiam ac religioſis ſuis legant; Quinetiam hac de cauſa multi captiui libertate donantur, vt ab Auicenna factũ legitur: alii libros in vſum cõmunem teſtamẽto deſignant: alii denique alia pro libito ſtatuunt. At Ben-Sidi Aali de Mohamedis præcepto eſſe ait, vt bonorum tertia pars in vſum publicum cedat, Xenodochiis, atque Meſcuitis legetur. Qui autem ab inteſtato moritur, eum ab aliis mortuis obiurgari nugantur. *Mohametanorum teſtamenta.*

Vbi verò animæ corporis vinculo ſunt ſolutæ, cadauera lauari proximi conſanguinei curant, & goſſypio nares, os, oculi, aureſque obturantur: tum melioribus induuntur veſtibus & candidis induſiis, albuſque capiti tulipantus imponitur, cadauera demùm feretro imponuntur, & ad coemeteria, quæ extra ciuitatem ſunt, ingenti comitatu efferuntur eo ordine, vt ſantones religioſique præeant, poſt hos reliqua virorũ turba confusìm, quã ſequitur feretrum, quòd fœminæ plorantes, moeſtaque voce ac lugubri eiulantes ſubſequuntur, ſtriduliſque clamoribus vſque ad ſepulchra comitantur. Ibi veſtibus illis quibus ornata ad ſepulturam erant, ſpoliantur, ac albo linteo ab imo vſque ad verticem inuoluũtur, atque facie ad Meridiem verſa terra teguntur. His peractis multæ funduntur pro defuncto preces, multæque pauperibus, vt idem faciant, erogantur eleemoſinæ. *Cadauera lauantur.* *Funebris pompa.* *ſepeliendi modus.*

Porrò Chriſticolæ in illis partibus quotquot ſunt, dum tali in ſtatu verſantur, ſanctam ſumunt Euchariſtiã, quam cõfeſſio præcedit ſacramẽtalis, deinde aut verbis aut ſcriptis teſtamentum conficiunt. Intereà Sacerdos iàm iàm moriturum monere, adhortarique non ceſſat, vt Chriſtianã religionem conſtanter ore & corde confiteatur, fideique articulos omnes affectuosè amplectatur, ac denique ad vitam æternam hac ſpe eum venturum pollicetur. Eo demũ

*Funebris pompa.* mortuo thura in cubiculo odoreſque incenduntur. Dein cadauer albo linteo inuolutum, feretroque impoſitum quatuor ad cæmeteria baiuli efferunt, illudque plures viri comitantur, ac multæ ſubſequuntur fœminæ. Interim proximiores conſanguineæ affineſque plorare, cineres ſupra caput faciemque ſpargere, veſtes dilacerare, capillos euellere, genas vultumque percutere, & demùm eiulantes horridos ad cœlum clamores extollere non ceſſant. Viros etiam videres diſcinctos ad feretri latera calamitatem ſuam deflere, tulipanti tænias explicare, barbam euellere, ac lacrymis gemitibuſque terram implere. *Mortuos deploratos.* Vbi verò ad ſepulchrum ventum eſt, laicorum corpora, ſindone alba inuoluta, aut etiam veſtibus induta, facie ad Oriẽtem verſa humantur; Sacerdotum verò, Pontificum præſertim corpora veſtibus ſacerdotalibus induta in ſella ſtatuuntur, ac lapide ora ſepulchrorum occluduntur. *Sepeliendi mos.* Supra deinde ſepulchra thura cremantur, atque multæ funduntur preces. His peractis fœminæ in gyrum ſepulchrum ordine ambiunt, & næniis moeſtis ac lugubribus, ſtriduliſque vocibus de morte amici conqueruntur, querulaſque cantilenas in defuncti laudem affinis canens, omnes alias reſpõdentes ad lacrymas excitat. *Fœminæ mortuos deplorantes.* Sacrum ad hæc pro mortuo celebratur, quo peracto omnes Sacerdotes, qui ibi interfuerunt, multique Clerici, alii etiam ſeculares à defuncti hæredibus ad prandium conuocantur. Accumbentes autem menſæ proximior conſanguineus inter epulas ſępiuſculè, vt pacem ac requiem pro defuncto precentur, monet hortaturue, hi verò alta voce, Deus miſereatur eius, cuius cauſa hos edimus cibos, reſpondent. *Conuiuia funeſta.* Prandio verò finito, mortuj hæredes verbis amicis ſolantur, ac requiem eidem precantes diſcedunt.

## Cap. XVII.

### *Quænam ſit Moſlemannorum de Deo, de Chriſto, deque Virgine doctrina & opinio.*

MOſlemanni omnes, Arabes ſcilicet, Perſæ, Tatari, ac Turcæ vnum Deum Omnipotentem creatorem cœli ac terræ, ſapientiſſimum, æternum, atque bonis præmia, malis ſupplicia tribuentem confitentur atque prædicant: tamen verum Deũ, qui tribus perſonis adorari, & coli vult, omninò negant, tribuſque potiſſimum argumentis ex Alcorano deſumptis ad ſanctiſſimam perſonarũ Trinitatem negandam temerè ducuntur. Primò Deus omnipotens eſt ens ſimpliciſſimũ, ergo vnus, ſolus ac ſingularis, ſi enim trinus eſſet plures eſſent, ac proinde non ſimplex. Cùm verò nullam aliam generationem, quàm carnalem per commixtionem maris & fœminæ eſſe norint, ſecundò argumentatur: Deus nullam habuit vxorem, igitur neque liberos. Tertiò ex abſurdo aliud trahunt argumentum, ſi plures eſſent, inde deſtructio vniuerſi ſequeretur, nam fieri poſſet, (inquiũt) vt aliqua diſcordia diſſentioque inter illos oriretur, ac proinde maxima creaturis incommoda. Aliud quoque argumentum Mohamedes acutum, ſcilicet: capite de mulieribus ſub fine addebat; vbi ſic, Maria mater Chriſti quanquam iuſta ac pia eſſet, fœmina tamen erat, ciboque indigebat, igitur Deus eſſe non poteſt. Inſipiens vir iſte atque omninò ignarus beatam Virginem vt tertiam Trinitatis perſonam à Chriſtianis coli adorarique putabat. At hæc argumenta cum aranearum telis ſint debiliora, Chriſtianorum mulierculis, vt leuia ac inania diſſoluenda relinquimus: neque talia vllum merentur habere reſponſum. At verò nos ex ipſo Alcorano, etiam inuito Mohamede, Diuinas Perſonas, Chriſtique Diuinitatem, quam accerrimè impugnat, fatendas compellemus. Capite enim de mulieribus, quod *Surat Anneſa* indigitant,

*Argumenta Mohametanorum contra Chriſtianos.*

paulò ante finem ait, profectò Iſa (ſeu Ieſus) filius Mariæ Miſſus eſt Dei, & eſt verbum eius collocatum in ipſa, ac Spiritus de ipſo, hoc eſt de Deo. Et capite de fœderibus, quod *Surato-Lookud* vocant, paulò etiam ante finem ſic ait: Memento ô Ieſus fili Mariæ beneficii mei

*Ex Alcorano Perſonæ & Chriſti diuinitas demõſtratur.*

„ erga te ac matrem tuam, dum te corroboraui Spiritu
„ Sanctitatis, alloqueris enim homines in cunabulis &
„ adultus, & creabis de luto volatilia, inſufflabis enim
„ in luteam formam, & creabis volucres permiſſu meo;
„ ſubdit deinde, leproſos mundabis, cœcos illuminabis,
„ ac denique mortuos reſuſcitabis; atque eadem alibi ſæpe repetit. En quomodo ſuo ſe gladio iugulat impoſtor iſte, quomodo duas ſanctiſſimæ Trinitatis perſonas, Verbum ſcilicet atque Spiritum Sanctum agnoſcit, quomodo etiam Chriſtum appellet Deum, ad quem enim creatio pertinet niſi ſolùm ad ipſum Deum? attamen miſer iſte atque inſipiens quòd hîc acerrimè impugnat, alibi vltrò concedit: Tanta nempe vis veritatis eſt ac virtus, vt eam ſæpe hoſtes, etiam ab ipſa extorres obtorto velut collo, proferre ac fateri cogantur. Ad hæc etiam verum prophetam natum de virgine, virum non cognoſcente, & à Gabriele Angelo annunciata, capite de familia Amram, quod *Surato Al-Amram* vocant, ingenuè ac ſponte fatetur. Porrò ob talem tantamque Chriſti dignitatem atque arctam cum Deo familiaritatem, quodque propheta inſignis, & omni virtutum genere afflueret, ſceleſtiſſimorum ac perditiſſimorum hominum ludibriis eum exponere, Dei bonitati indignum eſſe putabat, ac proinde cruci affixum, atque mortuum omnino negabat. At alium in Chriſti ſimilitudinem ac formam mutatum, eius loco à Iudæis crucis patibulum atque mortem ſuſtinuiſſe exiſtimabat. Sic enim capite de mulie-

*Mohamedes Chriſti mortem negat.*

„ ribus loquitur; ob turpem illorum (ſcilicet Iudæorum)
„ ſermonem (ſubintellige, ſupplicio affecimus eos, vel
„ quid ſimile) in Mariam atque in Meſſiam Ieſum filium
„ Mariæ Miſſum Dei, dum occidiſſe illum gloriabantur.
„ At ſanè non occiderunt eum, neque cruci affixerunt,
„ ſed alium in eius ſpeciem atque ſimilitudinem mutatum.

Et

Et paulò poſt, certò non occiderunt illum, ſed Deus ad „
ſe eum tranſtulit, & in die iudicii erit teſtis ſupra eos „
(hoc eſt ſupra Iudæos atque Chriſtianos) Similia habet „
capite *de Al-Amram*, vbi de Virginis natiuitate, annunciatione, atque Chriſti Domini miraculis & in cœlum tranſlatione ſeu aſcenſione, falſa veris mixta tractat. Ob hæc Moſlemanni omnes tali opprobrio atque infamia crucem habent, vt eam miſeros Chriſtianos adultos, qui ad Mohametçam legem tranſeunt, ter pedibus conculcare, terque conſpuere cogant. Cęteros verò Chriſtianos imprudentiæ atque ſtupiditatis arguunt, qui Chriſtum probra, & crucis ignominia, turpem, acerbamque mortem perpeſſum eſſe affirmant. His plura iungere promptum fuerat & facile, ſed ne leues aliorum nugas effutire, aut infidelium in Chriſtianos opprobria repetere videremur, ea omnia ſilentio potius tegenda, quam typis vulganda ſumus arbitrati, dicendique finem fecimus, grauiora molientes.

*Crux Chriſti apud Mohametaos ignomigno ſa.*

FINIS.

# DOCTISSIMIS VIRIS
## D.D. GABRIELI SIONITÆ
### ET IOANNI ESRONITÆ MARONITIS,

*De Geographiæ Arabicæ verſione Latina, deque ſubiuncto libello:*

## IO. BAPTISTÆ DVVALLII,

Linguarum Orientalium Interpretis, gratulatorium Exaſticum.

*QVÆ miranda ſuis Natura amplectitur vlnis,*
*Vixque homini, longo tempore, tota patent.*
*Hæc breuibus noſcenda vltrò conceditis horis,*
*Dum narrat vaſto quicquid in orbe Liber.*
*Ergone, conſumptis opibus, terráque marique*
*Errandum? vtrouis plura Libellus habet.*

# Summa Priuilegij.

L*Vdouicus Franciæ & Nauarræ Rex Diplomatibus ſuis ſanxit, ne quis præter* Gabrielis Sionitæ *&* Ioannis Heſronitæ *voluntatem imprimat librum, cui titulus eſt* Geographia Nubienſis, *aut alibi terrarum impreſſum in Regnum Gallicum importet, venalemuè habeat. Qui ſecùs fecit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna multabitur. Vti latiùs patet in literis datis Pariſijs anno M. DC. XX.*